BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
15 I
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

31 13-19 C.39
a
24

Digitized by Google

Digitized by Google

IVRIVM
ALLEGATIONES
MAVRITII DE APICELLA I.C.
PICENTINORVM NOBILIVM
Ciuitatis Regindæ Minoris.

IN QVIBVS EXACTE, AC DILVCIDE VARIÆ, ac Perutiles materiæ Seruitutum, Iuriſdictionum, Præcedentiarum, Feudorum, Gliſæ ponendæ,& eius effectus,&c.

SIGNANTERQ. DE REBVS ECCLES. NON ALIENANDIS, & quomodo diſtrahendis pertractantur.

CVM DECIS. SAC. CONS. FERE IN OMNIBVS, & eorum indè ſequuta obſeruantia.

OPVS OMNIBVS VTILISSIMVM, CVM ECCLESIASTICIS, tum etiam Secularibus, quouis in foro verſantibus.

DVPLICI INDICE DECORATAE, ARGVMENTORVM SCILICET, & rerum omnium, in eis tractatarum.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBL. S. COLL. ROM. SOC. IESV

NEAPOLI,
Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longi. 1621.
SVPERIORVM PERMISSV.

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino,

D. ANTONIO ZAPATAE

S.R.E. CARDINALI AMPLISS.MO

SVPREMI HISPANIARVM CONSILII CATHOLICÆ Maieſtatis, eiuſq; in Regno Neapolitano Locumtenenti, & Capitaneo Generali meritiſſimo.

IGNEVS ille tuus vigor, dulciſſimuſq; ſpiritus (Illuſtriſſime Princeps) illaq; tuorum greſſuum ſuauiſſima lumina, quorum Fama ſacro purpurata diademate huc vſq; peruenit alata, me adeò extulere, vt ad tui obſequium ardenter impulerint. Non erit certè cur uerear; Heroum perſæpè exhilaratur ſeueritas. Et hinc ego Illuſtriſſime Princeps, vt tantulum quidem abiſſus obſeruantiæ meæ erga te oſtenderem, iure meas perperam elucubratas Allegationes tibi dicandas fore decreui. Cariæ enim Regina illa, cum amoris ſui flammas erga maritales cineres pati non facilè potuiſſet, orbis totius miraculo, doloriſq; ſui expellendi gratia, ære vacuo ſubſtentatum mauſoleum abſoluit, in quo tàm induſtres ſudarunt Artifices, & ætatis illius Sculptores eximij; Pictoreſq; illuſtriſſimi defatigati quieuere, quod poſtmodum Deorum æternitati commendauit. Hoc idem exequar, non equidem tuum, vt nomen æternitate, immortalitateq; donarem; ſed, vt te dante, huic operi ad æternitatis memoriam, virtutis aram extruerem. Nam Familiæ tuæ Genus præclariſſimum, & Auorum tuórum Proſapia, pulcherrima eſt, magniſque illuſtrata natalibus, ex quò ſacro prætereundum eſt ſilentio, quod ore fæliciter attingere non valeo. Ex ipſa enim tot Patres venerabiles, & immortales exorti ſunt Principes. Leges enim hoc opus continens ſacroſanctas, Viro, generis nobilitate clariſſimo, inceſſu, iuſtitia, ac pietate religioſiſſimo iure optimo dicandum erat. Probitas, & authoritas tua maxima hominnm frequentia teſtificatur. Tu enim Gadibus, & Pamphilone, non ſine tui nominis gloria Antiſtitis inſignitus dignitatibus ſedem obtinuiſti; & Diæceſim illuſtrando, ad frugalem

cultum tuum reuocaſti gregem, populum edocuiſti, & fratres confirmaſti. Tu Burgenſem Archiepiſcopium, maxima cum omnium admiratione humiliter reſpuiſti. Eò præterea claritatis euectus es, vt tuis certè meritis Summus Pontifex ſupremi ordinis Antiſtitem omnium plauſu delegerit. Quod te, vel purpura illuſtratum, aut certè illuſtrantem non facilè iudicem. Tibi denique à Potentiſſimo, Inuictiſſimoq; Hiſpaniarum Rege Neapolitani Regni cura demandata eſt, & hæc tua hucuſque præfatio. Hinc fit, vt omnes glorientur, cum virtutem, prudentiam, clementiam, & iuſtitiam admirantur, ſummam in omnibus vigilantiam commendantes. Hac enim opus eſt Regnis, Vigilantia enim ſolius tua opus eſt hoc in Regno, tàm longè, latèquè porrecto, cuius fæliciſſimæ claues tibi à Noſtro Piſſimo Rege, ſumma cum animi alacritate fuere commiſſæ (Piſſimum Opus, ac prope Diuinum) quo frugibus abundanter, diſcretione abundantius, iuſtitiaque inculpabili tua Populus tibi ſubiectus abundantiſſimè perfrui poſſit; & totius Reipublicæ Nauis, cuius aureus regiminis clauus iudicio, conſilioq; integerrimo tuo commendatus eſt, à quocumque vndarum impetu, ventorumque procella cautiſſimè, auſpicatiſſimèque (vt in reliquis factitare conſueſti) præſeruetur, defendaturque. Ignauia certè haud fatemur imperia contineri. Hæc paucis tuarum laudum deſcripta, immò potius efficta præconia ad operis illuſtrationem erunt quàm maximè præcipua: quippè quæ exactam in cunctis prudentiam, nec vi vlla oppugnatam iuſtitiam, ingenitus tui ſenſus fortitudinem, magnanimam liberalitatem, & ſtudium, quibus omnibus tuus tàm fæliciter decoratur animus humilibus obſeruabunt ſupercilijs. Illud vnum inquam, Illuſtriſſime Princeps, Vetulæ illius Hieroſolymitanæ obuli tantum elargitionem, quàm Deo in Templo obtulit non eſſe obliuiſcendum, ſiquidem illius Vetulæ donum cordium ſcrutator penitiſſimus Deus primorum, procerumque omnium oblationibus iure antepoſuit; quippè quia ſyncerì potius animi affectum, quam exigui munuſculi effectum exiſtimauit. Hoc poſtremò efficit donum tibi Illuſtriſſimo Principi dicatum, quod clypei Vices gerens in detractores, honorem meum defendendum, tuendumque ſuſcipiet, & vota animi, quæ ſingulis horis, viribus augebuntur maximis, vt ad ſeruitutem tàm maximi Principis inflammentur ardentiſſimè patefaciet. Vale Neapoli Kal. Decembris 1620.

Dominationis Tuæ Ill.^mæ & Reu.^mæ

humillimus ſeruus;

Mauritius de Apicella I. C.

LECTORI AVCTOR.

EN tibi, Lector humaniſſime, qualeſcumque ij ſint, in tuam tamen vtilitatem prodeuntes ingenij mei labores primi, offerunt enim tibi ea, quæ induſtria plurima, ego ingenioſæ non abſimilis Api, florida meæ iuuentutis tempeſtate conſcripſi, velut vix decimo octauo ætatis anno peracto, opus illud abſolui de donationibus in duas digeſtum partes, & ad Deciſiones Guidonis Papæ ea addidi, quæ ex diuerſis Iuriſconſultorum ſententijs collegi, quod fortaſſe cupidæ legum iuuentuti melle iucundius, ſuauiuſq; videbitur. Quamobrem non ambitione illectus, ſed amicorum efflagitatione compulſus, & Principis huius benignitate inuitatus, opus hoc in lucem edidi. Vt pateat, quæ mea fuerit in Regem obſeruantia, Regios obeundo Magiſtratus, in Patriam Charitas, in te Amor ſingularis. Accipe igitur opuſculum meum, quod ſi ex animo inſeruiendi tibi metieris, erit maximum, ſi ex vtilitate fortaſſe non paruum. Vale.

Illu-

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

D. ANTONIO ZAPATAE

S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO.

Catholicæ Maieſtatis in Neapolitano Regno Vices Gerenti, Supremi Hiſpaniarum Conſilij.

Pro Opere Mauritij Apicellæ.

Ode D. Proſperi Antonij Zizzæ Academici Ocioſi.

SPLENDOR Hiſpanæ, columenq; gentis
Purpuræ rarum decus, ex Ibero
Gemma Sebetho data, clariores
Quæ beet vndas.
Quid tibi cultu ſpecioſa Syren
Offerat? tandem tibi quæ ſacrentur
Dona, Zapate? ingenij recentes
Accipe flores.
Quos tibi Pindi medio è receſſu
Sedula hæc flores Apis eruendo
Seligit tu flos hominum, decoros.
Accipe flores.
Accipe, & primi monumenta amoris
Quæ tibi grato ex animo dicantur
Cerne, qui poſſis vel ab Occidente
Ducere Solem.

Cæſaris de Ponte V. I. D. viri Patritij Neapolitani Epigramma ad Authorem.

PArua licèt, geminauit Apis montana labores,
Condit odoratis iam thyma mella fauis.
Magnus Apis fugiatq; vorax, aluearia circum
Mella fluunt, carpſit Pallada nectar Apis.
Floribus hybleis quot paſta APICELLA ſalictis,
Tot pariter roſei nectaris antra beat.
Murmure iam leges, reſponſa tonantia ſacras
Aſpicies; Sanctum ius ſapit omne caput.
Delphica vaniloqui ſileant oracula Phœbi,
Veridicis cedant relligione notis.
Ex Ape iam cera eſt, cera dat Purpura lycno
Lumina, inextincto lumine fulget opus.

Franciſci

Digitized by Google

Franciſci Antonij Boniti V.I.D. Patritij Amalphitani
De Reginda, Authoris Patria.

EPIGRAMMA.

O Benè quam felix ego REGINELLA MINORIS
Incedo, & comis gratia iuncta mihi.
Frater honos, virtuſq; ſoror; pubeſcimus æuo,
Neſcia ſunt vinci pectora noſtra manu.
Deſpicio rutilas, Hermiquè, Midaquè Coronas;
Dulcia tàm MAVRI, - ſunt mihi verba - TII.
Quis capiet iunctis lites, REGINA, moleſtas?
Sumquè etenim, MAIOR, non vocor ecce MINOR.

Del Signor Diego de Riſa Gentil'huomo Napolitano
in lode dell'Autore.

QVando s'imperla à l'apparir l'Aurora,
S'arma di ſaſſi il piè l'Ape ingegnoſa
Contra'l furor de venti, & animoſa
Fra contrarie ripulſe s'auualora.
Và in verdi campi, e di ruggiada indora
La bocca, e inteſſe al piede opra viſcoſa;
Poi ſuſurrando parte, e ſi ripoſa
Là, doue il ſuo lauor dolce inſapora.
Fortunato APICELLA che t'ingegni
Trar melati conſigli da le leggi,
Per farti eterno, ed eternar i Regni.
Segui pur l'alta impreſa, e accogli i freggi;
Che ſe fortuna arride à tuoi diſegni
Gloria qui non ſia mai, che ti pareggi.

R. D. Andreæ Iacobellæ de Reginda Auctotis Patriæ
legum cupidæ iuuentuti.

SPonſa ego, iam Regis ſolio ſpectanda potentis;
Tam ſedeo grauibus facta beata viris.
Gratulor, & tanto felix Regina marito,
Cui ſimilis forma non reperitur Amans.
Nomen HONOS ſceptro magnos mihi iunxit honores;
Regis dum MAIOR non vocer indè MINOR.
Pulchri ambo; Nimphis tantò Rachelgia Minoris
Pulchrior eſt, quantò Sydere Phœbus adeſt.
Hic potis ingenito nomen ſi traxit ab æuo,
Non Procerum noſcet Gloria tanta mori.
Legibus hanc ſacris armat Mauritius Aulam
Et præbet cytharis nunc APICELLA melos.

ARGV-

ARGVMENTA ALLEGATIONVM.

ALLEG. I. ſol. 3.

AGitur de ſeruitutibus acquiſitis ex pacto, vel alio modo, & quando quis fabricare in re ſua prohiberi poſſit, & de ſeruitute latius non tollendi ſi ea impeditur plantatio arborum, cum enucl. l. altius, C. de ſeru. & Aqua, & l. Meniana C. de ædif. priuat. cum determinatione caſus.

ALLEG. II. ſol. 13.

De modo, & forma exequendi per delegatum in cauſa delegata, & de cognitione exceptionum coram eo proponendarum ipſam executionem impedientium, cum deciſ. S.C.

ALLEG. III. ſol. 22.

De nullitatibus opponendis, quæ impedire poſſunt ad vlteriora in iudicio cum declaratione Reg. Pragmat. 5. incip. comparente reo de ord. iudic. cum deciſ. Curiæ inferioris, confirmationis per M.C. & S.C.

ALLEG. IV. ſol. 24.

Depoſitio principalis quando, & vſque ad quot tempus litis opponi poſſit, & quis dicatur principalis, cum deciſ. caſus.

ALLEG. V. ſol. 27.

Filio quando liceat in ius Patrem ſine venia vocare, cum obſeruantia ſequuta.

ALLEG. VI. ſol. 28.

Paupertatis priuilegia quæ ſint, & ſi eſt faciēda remiſſio mercedis, & cenſus ob fortuitum, & inopinatum caſum ſequutum, cum obſeruantia caſus.

ALLEG. VII. ſol. 32.

Mandatum Procuratoris, quando præſumitur ex temporis antiquitate, cum obſeruantia caſus ſequuti.

ALLEG. VIII. ſol. 35.

Priuilegia quando ammittuntur ex non vſu, & eius preſcriptione, & de iuriſdictione quando tertio quæratur in alieno territorio; & quando renunciari illis poſſit, & renunciando afficiat, cum declarationibus ad Extrauag. Ambitioſæ cupiditati.

ALLEG. IX. ſol. 43.

Agitur de legato dotis, & eius anterioritate, de nouatione illius; de obligatione bonorum hæredis, de legato alimentorum à viro vxori relicto; & de liberatione primo creditori venienti faciēda, ſi cum cautione, vel ne, ad l. is à quo ff. de rei vendic. cum deciſ. S.C.

ALLEG. X. ſol. 43.

De reconuentione Clericorū; de remedijs rigalibus contra illos turbantes laicos; De modo citationis per laicum, de remiſſione quando facienda ſit, comparentibus, cum obſeruantia S.C.

ALLEG. XI. ſol. 45.

De legitima filij, quando in eo grauamen adijci poſſit, ſi idem ſit quando taxetur Religioſis, de eius renunciatione, cum obſeruantia ſequuta.

ALLEG. XII. ſol. 47.

De pacto reuendendi, quanto tempore præſcribatur, & quando ſimulatum dicatur, cum obſeruantia ſequuta.

ALLEG. XIII. ſol. 49.

Laici, & Barones quomodo ſedere debeant coram Dominis, & in Eccleſia, & quando Epiſcopus poſſit prohibere, & quando conſenſus arguatur, cum obſeruantia inde ſequuta.

ALLEG. XIV. ſol. 53

Vaſallus, & feudatarius, quæ facere poſſint ſine Aſſenſu in feudo, & an regula ſi non valet, quod ago, procedat in feudis; De extentione aſſenſus; & quando hæredes ſtare teneantur contractui feudal. per defunctum facto; & ſi poſſunt illum reuocare quot tempus ſit inſpiciendum in reſtitutione fructuum.

ALLEG. XV. ſol. 59.

Venditio quando cenſeri poteſt ad æſtimationem alterius, vt valida dicatur.

ALLEG. XVI. ſol. 61.

Coniuncti Notarii quando poſſunt pro coniunctis ſtipulari abſque ſuſpitione falſi.

ALLEG. XVII. ſol. 62.

Inſtrumenta quando redduntur ſuſpecta de falſo per poſtillationes in eius factas; & Notarius quando poſſit cæteras extendere.

ALLEG. XVIII. ſol. 63.

Subſtitutio quando dicatur fideicommiſſaria, & efficitur caduca, & donari poſſit viuentis hæreditas.

ALLEG. XIX. ſol. 65.

Montes pauperum erecti ſub Regia protectione quando poſſunt viſitari per Epiſcopos; & quis dicatur Iudex Eccleſiaſticus competens; cum deciſ. inde ſequuta.

ALLEG. XX. ſol. 67.

Qualitas requiſita quando ſit implenda, & fructuum perceptorum detur auocatio, ſi ex Decreto qualificato non impleto fuerunt percepti, cum deciſ. S.C.

ALLEG. XXI. ſol. 71.

Mulier de dote iuxtà Neapol. Conſuetud. quomodo, & quādo diſponere poſſit, ſic & in antefato, & filij in eis quomodo ſuccedant, & poſſint diſponere.

ALLEG. XXII. ſol. 73.

Societas quando contracta dicatur, & qualis, & inter hæredes, & minores, & eius renouatione, & præſumptione illius ſequutæ donationis, cum deciſ. inde ſequuta.

ALLEG. XXIII. ſol. 77.

Gliſa quando poni poſſit in Eccleſia, in mænis Ciuitatis, de præcedentia in illa ponenda; & cognitione inter Reggios. & Eccleſiaſticos in loco conſtructo confraternitatis per laicos, cum obſeruantia ſequuta.

ALLEG. XXIV. ſol. 87.

De ſolemnitate adhibenda in alienatione, & conceſſione in emphyteuſim rerum Eccleſiæ, & eius cauſa obſeruanda, vt vtilis dicatur, cum maxima diſcuſſione ſecundum caſus, & articulos contingentes, cum enucleatione Paulinæ Ambitioſæ, & c. ſine exceptione, cum deciſionibus S.C. ſecundum caſus occurſos.

ALLEG. XXV. ſol. 31.

De reuocatione attentatorum, ſuſpitione proponenda de Iure Canonico in Actuario, Conſultore, & Procuratore; de nouatione quando inducatur, & de Bulla Papæ Nicolai de cenſibus ſi vtile per inutile vitietur, cum deciſ. inde ſequuta.

ALLEGATIONES
MAVRITII DE APICELLA
V. I. D.
Picentinorum Nobilium Genere Ciuitatis Regindæ Minoris.

S V M M A R I V M.

Res ſeruitutis oneri nexa non præſumitur ſi non probetur num 1.
Ædificare in ſuo quilibet poteſt vſq; ad cælum ſi ſeruitute non impeditur. ibid.
Seruitutis eſt quid facti extrinſeci extra naturam rei. num. 2.
Quod eſt fundamentum ſuæ intentionis probandum eſt per agentem, & excipientem nu. 3.
Ædificando in ſuo dicitur quis uti iure ſuo abſq; dolo. num. 4.
Ædificari non prohibetur in ſuo, ſi per mille annos non egit num. 5. & quando num. 7. cum ſeq. prohiberi poteſt.
Seruitus non acquiritur ſi non eſt conſtituta, & quomodo num. 6.
Non dicitur eſſe quod contingit abeſſe num. 7.
Præſcriptio non currit in his, quæ ſunt meræ facultatis, & quando nu. 8.
Præſcriptio non currit pro vaſſallo contra Dominum ſi magno tempore Dominus à vaſallis non exegit ius ſubſidiarium nu. 9. & quando ibid.
Iuriſdictio non præſcribitur ex non vſu, & quando. numero 10.
Conſuetudo non inducitur ex non actibus pro vaſallis contra Dominum nu. 11. & quando. ibid.
Lex non tollitur per non vſum, & quando num. 12.
Plantare arbores in ſuo quomodo quis poteſt nu. 13.
Magis expedit iura concordare, quam corrigere nu. 14.
Ad æmulationem vicini quando dicitur aliquid fieri per vicinum, vt prohiberi poſſit num. 15. in plantatione arborum, apertura feneſtræ etiam ſuper Monaſterio, & conſtructione furni.
Seruitutem Specialem habentem quis probare eam debet num. 16.
Plantatio arborum non dicitur contra ſeruitutem altius non tollendi nu. 17.
Habens ſeruitutem qualificatam vno modo, non dicitur alio modo habere nu. 18. quia ſtricti iuris.
In contractibus fit ſtricta interpretatio nu. 19.
Plantatio arboris impeditur ex ſeruitute ne luminibus officiatur nu. 20. & quando poteſt. ibid.
Radices arborum quando incidi poſſunt à vicino ſi nocent nu. 21. & ſeq.
Circuitus euitandi nu. 22. & quando eum ſeq.
Seruitus ſi vno modo datur extenditur in alio ex correlatiuo num. 23. & ſeqq. quando procedit.
In contractibus fit ſtricta interpretatio, & non datur extenſio ex veriſimili mente contrahentis nullo modo nu. 24. in omni re loquens. ibid.
Extenſio in æquipollenti in aſſenſu in feudalibus quando datur de contractu ad contractum nu. 25. Diſpoſitio legis, vel hominis in vno contractu non extenditur ex tacita mente nu. 26.
Præſcriptio vnius actus iuriſdictionis in loco exempto quando extenditur ad alios, & in toto territorio. num. 27.
In conceſſionibus non datur extenſio de vna ſeruitute ad aliam num. 28. & quando in omni re loquens ibidem,

Google

ibidem,& ſi conceſſa eſt in digniori, an extendatur ad inferiores nn.30. etiam in Principe.

Tacita voluntas eatenus extenditur, quatenus actus extenditur nn. 29. & 37.

Diſpoſitio quãdo extenditur in vno ex correlatiuis num. 31. cum ſeq. & nu.35.& ſi eſſet priuilegiata à iure, vel ab homine nu.32.

An in ll.& ſtatutis nu.33. ratione loci.

An ratione rei, vt puta ſarina comprehendatur ſub grano nu. 34.

In non expreſſis videtur quis nolle nu.36.

Seruitus ne luminibus conceſſa cum ſeruitute altius non tollẽdi vt dicatur cõceſſa debet principaliter cõcedi alias vt acceſſoria altius non tollendi non dicetur, ſeruitus ne luminibus num.38.& ſeq. & ſi plantatio Arboris dicitur hoc caſu prohibita ibid. nn.42.

Clauſula in fine poſita non alterat principalem diſpoſitionem nu. 39.

Contractus acceſſorius iudicatur ſecundum naturam actus, cui particulariter ineſt nu. 40. & non extenditur de vno modo ad alium nu.43.

Ex principali re animus attenditur nu.41.

Seruitus ſuper ſolo non extenditur ſuper Cortili nu. 44.

Locus quadrupliciter dicitur ſtare nu.45.

Extenſio in locis non datur in ſeparabilibus nu.46.

Fictio cadit ſuper eo, quod eſt Iuris nu.47.

Poſſeſſio non quæritur ex ſolo animo ciuiliter poſſidendo quod poſſideat naturaliter nu. 48.

Quaſi poſſeſſio quomodo inducatur nu.49.

Poſſeſſione ciuili priuatur quis ex poſſeſſione tertij nu.50.

Poſſeſſio ciuilis ſolo animo perdi poteſt nu. 51.

Præſcriptio non datur in his, quæ negatiuè inſunt, niſi ſciente,& patiente aduerſario nu.52.

Ius cauſatũ ex præſcriptione contra authorem nocet ſucceſſori nu.53.

Poſſeſſio probatur per teſtes nu.54. prohibetur per librũ cenſualem Eccleſiæ nu.55.& quando ibid.& probat etiam contra tertium poſſeſſorem. nu. 56.

In antiquis probatio ſemiplena, & præſumptiua ſufficit nu. 57.

Præſcriptio contra Eccleſiam currit nu.58. cum bona fide ibid.

Bona fides non præſumitur abſque titulo nn. 59.

Mala fides quando arguitur vt impediat præſcriptionẽ nu.60.

Mala fides præſumpta cum antiqua poſſeſſione facti an impediat præſcriptionem num. 61.

Quaſi poſſeſſio ſeruitutis vt quæratur, quæ requiruntur nu.62.

Lata culpa datur in non quærente rem cuius eſt nu.63.

Leges ſcire per ſe, vel per DD. in proprio, vel vicino loco quilibet debet nu.64

Præſcribens iura competentia alicui ipſo Iure dicitur in mala fide nu.65. etiam non expectata alia declaratione ibid.

Præſcribens legata dicitur in mala fide nu.66.

Poſſidens antiquè abſque titulo cum voluntate Rectoris dicitur in mala fide reſpectu Eccleſiæ, cui nocere non poteſt nu.67

Succeſſor in Eccleſia poteſt reuocare rem paſſam poſſideri abſque titulo per prædeceſſorem nu.68.

Præſcribi non poteſt defectu Rectoris res Eccleſiaſtica num.69. & ſi fieret tenetur ad damna nu.70.

Leſio grauis vel minima indicatur ex qualitate rei Eccleſiaſticæ nu. 71. cum ſeq. arbitrio Iudicis nu.72. ſed S.C. aliter cenſuit ibid.

Balbus arguitur quod in minimo non requiritur titulus nu.73. quod declaratur ibid.

Minima quando conſiderantur vt magna nu.74.

Læſis reſtitutio datur etiam in minimo nu. 75. & quando infra ibid.

Rector nomine Eccleſiæ agit ad reſtitutiomem etiam in geſtis à ſe ipſo data leſione nu.76.

Tempus non eſt quod tribuit alteri ius, ſed cauſa, & ſolemnitas nu.77.

Reſtitutio datur etiam elapſo quadriennio, & quando nu.78.

Præſcriptio nil operatur vbi eſt inualiditas tituli nu.79. etiam ſi eſt centenaria ibid.

Qui non poteſt alienare, neque pati vt res præſcribatur. neque vt ſeruitus acquiratur nu.80.

Intereſt ne fundi Domini per alios videantur, & deambulentur num.81.

Præſumptio cedit veritati, & ſuper veritate non cadit præſumptio, quia cadit ſuper incerto nu.82.

Poſſidens rem videtur poſſediſſe etiam adherentia ad illam nu.83

In dubio iudicatur pro poſſeſſore etiam quo ad prælationem pro directo,& vtili Dominio. ſi per alium per ſcripturas non probatur contrarium nu.84.

Beati poſſidentes,& effectus poſſeſſionis nu.85.

Ripa fundi quando eſt Domini propinqui nu.86.

Non omne quod eſt intra ſeruientem, ſeruitutem patitur & quando nu.87.

Res in dubio præſumitur allodialis, & non feudalis, & non omnis res quæ eſt intra fines feudi, dicitur feudalis,& quando nu.88.

Arbor plantata in confinibus quando eſt cõmunis vtriq; Domino nu. 89.

Gloſ. opinio eſt melior omnibus in concludendo nu.90.

Actus voluntarius, & neceſſarius quando ſimul interpretari poteſt ſi fit, dicitur neceſſarius nu.91.

Quando facere tenetur quid, etiam ſi ſponte facit, dicitur neceſſario nu.92.

Appetere communionem nemo præſumitur ex cauſis nu. 93. & quæ requiruntur vt inducta cenſeatur ibid.

Poſſidere quis præſumitur iuxta mentem legis nu.94.

Actum gerens, videtur gerere vt ius cõe expoſcit nu.95.

Intereſt rem ſuam habere ſine litibus,& diſcordijs n.96.

Societas diſſoluitur, etiam ſi eſt iurata per tantum tempus propter diſcordias nu. 97.

Actus fieri præſumitur vt diſcordias euitet nu.98.

Lex obuiat cõmunionem ob ſcandala quæ producit n.99

Intellectus ad l.nemiana C.de ædif. priua. nu.100.

Authoritas Doctoris habet vim legis n.101.

Conſuetudo localis pro l.ſeruatur nu.102.

Conſuetudo ſeruatur etiam in diſtrictu, & territorio Ciuitatis nn.103.

Et quando dicitur inducta, & quomodo in loco nu. 104.

Conſuetudo interpretatiua Iuris cõmunis ſeruatur quãuis appareat interpretationem nõ eſſe bonã n.104.

Præſcriptio non requiritur in illa interpretatione conſuetudinis nn.105.

Actus in dubio cenſetur factus ſecundum loci conſuetudinem nu.106.

Conſuetudo loci intuenda eſt nu.107. etiam in feudalibus ibid.

Et poteſt etiam per leges inducta interpretando nu.108.

Conſuetudo vt lex non debet pro ludibrio eſſe inuenta nu.109. & rebus non verbis debet imponi ibid.

Lex

Lex debet referri ad caſum vt verba eius adaptentur ſic in conſuetudine nu.110.
In ſeruitute acquirenda attenditur loci conſuetudo, & ſtatutum nu.111.
Ad inhabilia lex, & ſtatutum non referuntur nu.112.
Conſuetudo quando eſt dubia, intelligitur ſecundum ius commune nu.113.
Ad fauorem Eccleſiæ iudicandum in dubijs quæſtionibus, probationibus, & ſententijs nu.114

ALLEGATIO PRIMA.

Enarratio de ſeruitutibus impedientibus acquiſitis ex pacto, vel alio modo alium in re ſua fabricare, & arbores plantare cum declar. l. altius C. de ſer. & aqu. & l. mæniana C. de ædif. priuat.

Pro Venerab. Eccleſia Diuæ Mariæ de Flumine Maioris.

CERTA Fuit non parua diſcordia inter Reuerendum Don. Hieronymum de Ponte Parochum Venerabilis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Flumine, & Magnificum V.I.D. Marium de Zito ſuper plantatione non nullarum arborum ſicomorum in quoddam magno Cortili propè Eccleſiam ipſam, cuius erat ſolus quarumdam apotecharum ibi dirutarum, aer vero dicti de Zito, cortile illud extendebatur à latere, & per directum vſque ad flumen perenne, & viam publicam, & à pede fluminis adeſt quædam ripa, in qua dictus Parochus diuerſas plantauit arbores, & à pede ripæ adeſt etiam flumen, cõmuni conſenſu fuerunt apothecæ illæ dirutæ, ita quod redactus eſt ſolus ad eius naturam ſine ædificio, aduerſus quam ſicomorũ plantationẽ dictus de Zito opponens dicebat non poſſe tam in ſolo apothecarũ, quam in cortili prædicto quicquid eo inuito innouari ex pluribus. Primo, quia cum ſuper aere dictarum apothecarum in præiudicium ſeruitutis ſibi debitæ altius non tollendi, ædificari non poterat, quia erat ſuum, ita modo, & plantare eo inuito minimè poteſt, cum rami ipſarum arborum ſeruitutem ipſam afficiant. Secundo, nam cum aer ſit ſuus præſumitur ſolus modo ſublato ędificio communis, quia ſi ita non eſſet, remaneret talis ſeruitus inutilis, cum non adeſſet materia ſuper qua ſeruitus dari non poſſet. Tertio, cũ habebat aerem affectum onere ſuper dicto ſolo ædificato, ille extenditur etiam in dicto cortili, vt aer ipſius ſit proprius ſicut, & apothecarum, cum animo poſſidebat, ſi non actu. Quarto, à latere dictarum apothecarũ currit fundus de Zito vſque ad flumen, ergò ſequitur, quod cortile, quod adeſt ante illas non ſit ſuum abſolutum ex directo vſque ad flumen, cum adhereat dicto lateri ſic cõmune, & in cõmuni re inuito ſocio innouari non poteſt, alia etiã fuerunt adducta

ex parte dicti de Zito de iure non militãtia, vt pa-
1 tebit inferius. Res enim quælibet præſumitur ex
empta ab onere ſeruitutis alteri debendæ, & qui
dixerit rem meam ſibi ſeruitutem debere, probare debet, alias poteſt in re ſua quilibet ædificare
vſque ad cœlum, & à vicino prohiberi non poteſt
vt non ædificet, ex eo quod lumen aufertur iuxta
tex. in l. altius, & in l. ſi in ædibus C. de ſer. & aqua
gloſ. ibi dat concord. ibique ſic Cin. Bald. & Salic.
ſentierunt D. Conſ. Georg. alleg. 10. 1. art. Velaſc.
2 conſul. 82. nu. 6. & D. Reg. Valenz. in conſ. 20. nu.
3. Capiblan. de Baron. in 4. Pragm. 1. col. & per diſcurſum Amat. in conſ. 40. 2. & 3. col. & col. 5. nu.
1. & 2. Thorus in Comp. dec. reg. ver. ſeruitus ne
luminibus, quoniam ſeruitus eſt quid facti, & extrinſeci extra naturam rei, vt iuribus alleg. patet,
& facta extrinſeca non pręſumũtur, niſi probẽtur
l. ſi quis in bello §. facta ff. de captiu. l. quæcumque
§. fin. ff. de publ. & ſeruitutes non dicuntur habere
cãm naturalem, cum ſint contra naturã l. manumiſſiones de iuſt. & iur. & §. ſed ius aũt inſt. de iur.
nat. ſed conuentam, vel pręſcriptam §. fin. de ſeru.
prædior. Iaſ. l. ſi priuſquam nu. 40. ff. de nou. oper.
nunc. & cũ allegetur ad ſuæ intẽtionis fundamẽ-
3 tum ipſe probare debet d. l. altius, & l. ſi in ædibus
& excipiendo quis dicitur actor l. 1. ff. de exceptio. & vtroque caſu agendo, & excipiendo probare quis debet ſpecificè id quod eſt ſuæ intentionis d. l. 1. & 2. de exceptio. l. 1. vbi DD. C. de probatio. l. 2. & 3. cũ ſeq. ff. de probatio. l. pen. §. docere ff. ne quis; & Ann. alleg. 77. n. 4. Alex. & alij in l.
in illa ff. de ver. oblig. poſt DD. d. l. altius ſic tenuit
Alex. in conſ. 174. volu. 2. Dec. in conſ. 201. & pro
ſingulari cenſuit Marſill. ſing. 154. vndè ſtante
tali ſic vehementi præſumptione Iuris pro alio ad
obtinendum contra illam præſumptionem debet
docere de titulo, vt eijciat illam, Couar. pract. q. c.
17. nu. 6. per caſus diſtinguit, quem ſequitur con-
4 tra Capijc. dec. 189. Velaſc. conſult. 79. nu. 19. per-
optime Regens de Pont. conſ. 97. vol. 1. Doctores
communiter ſentierunt in tali ſic ædificante in re
ſua omnem dolum, & fraudem ceſſare, cum nullus dicatur dolo facere, qui ſuo iure vtitur l. iniuriarum §. 1. ff. de iniur. l. merito ff. pro Soc. l. ſi donaturus §. ſi quis indebitam ff. de cond. ob cauſ. &
l. nullus ff. de reg. iur. cũ glo. & Scribẽtibus, Alex.
5 in conſ. 103. nu. 1. cũ ſeq. vol. 1. Guid. Pap. dec. 298
Reg. de Pon. conſ. 28. nu. 13. in fi. vol. 2. & in conſ.
154. num. 7. & adeo eſt vera concluſio ipſa, quòd
etiam ſi Dominus ſoli per mille ſtetiſſet annos in
non ædificando, non poteſt tractu temporis ædificando per vicinum moleſtari dicentem habere
ius præſcriptum ne luminibus officiatur, Maſcar.
de probat. concluſ. 620. nu. 4. & Gail. in pract. obſer. imperiali lib. 2. obſ. 69. nu. 1. & 3. & nu. 7. & ſeq.
6 de Nigris c. reg. 133. nu. 12. quoniam ſeruitus non
acquiritur ſi nõ eſt conſtituta, vel expreſſẽ, vt in l.
qui luminibus in fi. cũ glo. ff. de ſer. vrb. præd. vbi
non quęritur ex curſu temporis, & Cępoll. de ſer.
vrb. prædio in tit. de Horto c. 76. nu. 9. & in tit. de
7 ſolo, ſeu area c. 29. nu. 1. neq; quæritur tacitè, ex eo
quòd quis iure ſuo vſus non fuit vicinus præſcripſiſſe dicatur, nam non dicitur eſſe quod contingit abeſſe, & ad acquirendum oportuiſſet præcedere actus propinquus ædificandi, & quod vicinus

prohibuiſſet,& à die prohibitionis ceſſando ædifi-
care elapſo legitimo ſpatio tēporis diceretur præ-
ſcriptum ius prohibendi ex tacito conſenſu pro-
hibere potentis, Cępolla in tit. quot ſint neceſſ. ad
ind. præſcr. cap. 20. num. 7. & in c. 16. cum ſeq.
8 de ſer. vrb. prædio. poſt gloſ. d. l. qui luminibus,
quia hæc ſunt facultatis, contra quæ non currit
præſcriptio, niſi à die prohibitionis, gloſ. leg. ſolet
in fi. ff. de off. præſe. Grauet. de ant. temp. 4. par.
5. circa præmiſſa num. 39. & 40. car. 322. quem
quoque refert D. Franch. in deciſ. aurea S. C.
166. num. 8. & Menoch. de arbitrar. Iud. Caſ. 160.
num. 10. & Guid. Pap. deciſ. 298. cum alijs per
Theſaur. relatis deciſ. 16. & præcipuè nu. 7. Ni-
ger loc. cit. & Hiero. de Maur. alleg. 8. vt dici-
9 mus quòd ſi Dominus magno tempore etiam
elapſo tempore 40. annorum ius ſubſidiarium à
vaſſallis ſuis nun exegit, quòd ſi caſus accideret
non obſtaret contra Dominum talis præſcriptio,
quoniam non naſcitur, niſi à die negationis vaſ-
ſallorum cum ſcientia, & patiētia Domini, Abb.
in c. Abbate nu. 18. vbi Franciſc. in add. ad multa
extendit de verb. ſignif., Iaſ. in l. fin. nu. 53. cum
plur. ſeq. ff de conſtit. princ. Afflict. in deciſ. 284.
cum additis per Vrſill. ibi, Boer. in deciſ. 263. nu.
7. Iul. clarus in §. feudorum q. 45. vbi Feudiſtas
10 congerunt omnes, Grauet. lo. cit. num. 39. Si-
militer Iuriſdictio non dicitur præſcripta contra
Dominum ex eo quòd longo tempore non fuit
vſus, cum caſus non accidit, nam oporteret vt
accidiſſet, & ſubditi repugnaſſent, & à die pugna-
tionis curret contra Dominum præſcriptio, ſe-
cundum Bald. in l. Imperium, la prima, nu. 11.
& in 2. lect. num. 14. ff. de Iur. omn. Iud. vt in-
11 frà in allegatione 8. latius erit ſermo; ſic etiam,
ex non actibus non producitur conſuetudo, vt
puta, quia vaſſalli nunquam iurauerunt fidelita-
tem Comiti, nam nō oritur in futurū talis actio,
niſi præceſſerint actus negatiui vaſſallorum, ex
quibus in futurum ex eis quæritur, Bald. l. de
quibus num. 21. ver. modo quæritur ff. de legi-
12 bus; ſic quoque lex non tollitur per non vſum
quando caſus non accidit, & contra eam fuit ſer-
uatum contrarium, tunc procedit l. ſicut, & l.
omnes C. de præſcr. 30. vel 40. annor. de Franchis
in deciſ. 125. num. 3. & dec. 131. Paris de ſindi-
catu ver. ſtatutum, quàmuis Grammat. in conſ.
primo de ſoriudicat. num. 21. dicat non tolli cō-
ſtitutionem Regis aliquid inducentem per con-
contrarium vſum, & per Caualcanum in deciſ.
29. num. 20. par. 5. vbi declaratur poſt Crauett. in
13 in conſ. 252. & Reg. de Ponte in conſ. 40. vol. 1.
ſi ſufficit obſeruātia per plures caſus, vel præſcri-
ptio requiritur per decem annos, & per Amat. in
conſ. 48. de quo non eſt noſtra diſcepiatiu, dicen-
dum eſt ergo quòd quis ſeruata furma legis mę-
uiana. C. de ædiſ. priua. quæ declarat l. fin. ff. fi. re-
gund., vt legum correctio euitetur, ſecundum
gloſ. d. l. fin., cum magis expediat iura concor-
dare, quam ea corrigere, l. vnica C. d. Inoff. don.
14 & c. cum expediat de elect. in 6. Velaſc. Conſul.
57. num. 5. D. Franch. deciſ. 71. & 632. in fine,
poteſt quis in ſuo plantare legitimo ſpatio decē
peduum relicto, & gloſ. l. Imperatores ff. de ſer.
vrb. prædio.

15 Neque eſt præſumendum quòd ad æmulatio-
nem vicini dicti de Zito Parochus ille plantare
arbores illas volebat, quia illud non procedit
quando ex actu, qui fit, vtilitas percipitur, tunc
videtur vti iure ſuo ad eius vtilitatem, & non ad
æmulationem d. l. nullus videtur cum ſimil. An-
na alleg. 91. num. 5. de Nigris in c. reg. 135. item
ſtatuimus, & ab vniuerſ. num. 10. & qui contra-
riū allegat debet principaliter probare ad æmu-
lationem, & non ad vtilitatem illud agere, cum
vna præſumptio elidat aliam, cap. fin. de præ-
ſumpt. l. diuus ff. de reſt. in integr., & vna vali-
dior tollit aliam Doctor. d. cap. fin. & Alex. d. cōſ.
103. num. 15. vol. 5. & Bald. d. l. altius vbi Anto.
de Padilla in 8. col. ver. ſed in dubio, & de Franch.
deciſ. 625. num. 2. Menoch. de arb. iud. caſ. 156.
num. 2., Cępolla in tit. de ſolo, ſeu area in 5. fall.
& in num. 3. Iaſ. in l. quominùs num. 23. cum
ſeq. ff. de fluminib. & in l. ex hoc iure num. 7. cum
ſeq. ff. de iuſt. & iur. Marſill. prącita. ſing. 154.
lim. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 620. nu. 1, &
2. cum ſeq. & Gaill. d. obſeruat. 69. num. 275. &
ſeq. vſque ad finem, & Maſtrill. de Magiſtrat.
lib. 4. cap. 16. num. 173. Vrſill. ad Afflict. in de-
ciſ. 225. vbi in fortioribus concludunt poſſe vici-
num in ſuo pariete feneſtram facere, etiam ſi vi-
deat arcana domus vicini prohiberi non poteſt, ſi
non eſt inimicus, & datur in alio loco facultas
illam aperiendi ſine eius damno, vel ſi haberetur
proſpectus ſuper cortili, vel domibus monialium
clauſtralium, nam arguitur eo tunc mala ſuſpi-
tiò, & Caualc. in deciſ. 8. num. 77. par. 5. & vi-
dendus eſt D. Conſ. Rou. in prag. 1. nu. 2. ad 5.
de monial. & Decius in d. l. nullus videtur in fi-
ne Gaill. lo. cit. num. 26. Soccin. in reg. 101. vlt.
fall. Cœpolla de feneſtra c. 72. ibique Menoch.
& Maſcard. late aſſerunt quando ad æmulatio-
nem factum dignoſcitur, ſic etiam Guid. Pap. &
Theſaurus loc. cit. num. 10. dicunt poſſe quem-
libet facere furnum in re ſua, & non præſumitur
feciſſe ad damnum alterius poſt Crauett. de ant.
temp. 4. par. 5. circa præmiſſa, & Balb. per Theſ.
relatus, & Gaill. loc. citato.

Mudo enim ille de Zito dicit habere ſeruitutē
aeris ſuper ædificio diruto, quæ eſt altius non tol-
lendi, nam qui dicit habere certam ſeruitutem,
vel ne luminibus officiatur, vel altius non tollen-
di, vel ne proſpectus, vel ne protegendi, & ſimi-
lia debet probare illam qualitatem ſeruitutis,
quia ſi non probat non poteſt prohibere alium
ædificantem vt ſupra dixi d. l. altius cum gl. & d.
l. Imperatores, & l. cum eod. de ſer. vrb. præd.
16 aliam ſeruitutem non allegat habere, neque pro-
batur quòd habebat, niſi altius non tollendi, &
verum eſt quòd aer dicitur ipſius, cum in eo ædi-
ficari non poſſit dicitur illa ſeruitus debita ſuper
ſulu, quando ſolus eſt vnius, aer vero eſt alterius,
vt citatis ll. perpenditur cum modo apotecæ illæ
ſint dirutæ non remanet, niſi ſolus liber ad eius
priſtinam naturam redactus, abſque vlla ſeruitu-
re, in hoc enim ſolo ſic onere affecto poteſt Pa-
rochus plantare arbores, quia arborum planta-
17 tio, non eſt contra ſeruitutem altius non tollendi,
l. ædificia, & l. quòd autem ff. de ſer. vrb. prædio,
quia aliud eſt ædificare, & dicitur contra ſerui-
tutem,

tutem, aliud plantare arborem, & non eſt contra
18 talem ſeruitutem, vt ibi patet, & ratio eſſe poteſt,
nam ſeruitutes ſunt ſtricti iuris, & qui habet ſer-
uitutem qualificatam vno modo ſuper vna re,
non extenditur ad aliam rem alio modo in ſepa-
rabilibus, Caualc. deciſ. 23. num. 104. & dec. 33.
num. 26. part. 2. & cum acquiratur ex contractu
19 in his fit ſtricta interpretatio, cum quicquid ſit
omiſſum pro omiſſo habeatur, re, loco, & tem-
pore. l. quicquid aſtringendę, cum ibi nota; & l.
ſi ſtipulatus. §. Chriſogonus ff. de ver. ob. l. 2. C.
de naut. Foenor. Soccin. in cóſ. 278. nu. 10. vol. 2.
20 vnde ſi datur ſeruitus altius non tollendi, da-
tur arborum plantatio, ſi ei quoque conceſſa non
apparet ſeruitus ne luminibus officiatur Cępolla
de ſeruit. vrb. prædio. de ſer. alt. non toll. cap. 27.
num. 2. dicens ibi poſſe plantare, vſque ad illam
latitudinem, quam ſolus meus habet, ſi non eſt
ſeruitus, ne luminibus conſtituta, & in tit. de
ſeru. ne lum. off. n. 3. & 4. ait, quòd etiam quando
ne luminibus ſeruitus debita eſt, poteſt arbor plá-
tari, ſi Sol totaliter non obſcuretur, vel ſi pars
impediatur, quæ eſſet neceſſaria ratione artis, cui
debetur, vt ſunt iſti baliſtarij, & cretarij, qui eo-
rum artificia ponunt ad ſolem.
21 Neque refragatur quòd radices, vel rami quá-
do ſunt magni impediunt in agro ſuo ſolem, quo
caſu quando nocent facta denunciatione incidi
22 poſſunt, Cępolla de Arboribus num. 4. vnde ad
euitandum talem circuitum ab initio prohiberi
debet, & futurum tempus haberi pro præſenti l.
pater C. communia de leg., & l. cum fundus §.
ſeruum ſuum ff. ſi cer. pet. Franch. deciſ. 574. & in
deciſ. 680. 3. col. de circuitu euitádo, quia hoc tol-
litur diſputatione legis prouidentis quòd quis in
eius ſolo plantare arborem poteſt à ſolo vicini
ſpatio decem peduum dimiſſo, á publica via 15. l.
meniana. C. de ædif. priua. l. fin. ff. fin. regund. ſi hac
forma ſeruata arbores poſuit, radices, vel rami ſi
creſcunt non poterunt incidi, niſi qui tantú atti-
ciunt, Cępolla de arbor. nu. 2. ſicque patet reſpó-
ſum ad circuitum euitandum, vt non procedat
quando intereſt vnius, ratione eius vtilitatis, vt
circuitus ſequatur; tunc ſequi debet, & non euita-
ri l. ſi vſusfructus mihi ff. vſufr. quemad. cau. ita
poſt Alex. Dec. & Iaſ. d. §. ſeruú ſuum, Alciat. re-
ſpondit in rep. l. 1. ver. 3. facit nu. 17. ff. de verb. ob-
lig. Grammat. in deciſ. 103. à num. 187. vſque ad
194. & de Franch. loc. cit. vtilitas enim Parochi
manifeſta eſt ex pretio frondarum anno quolibet
quod percipitur taliú ſicomorú arború, & cú vna
ſeruitus altiùs non tollendi differat ab illa ne lu-
minib., debet ſpecificè vna illarú probari, Cępolla
tit. ne lum. off. n. 1. & 3. & de alt. nó toll. nu. 2. 3.
23 Similiter non obſtat quod ex aduerſo aſſe-
rebatur, ſeruitutem vno modo conceſſam,
extendi in alio caſu correlatiuo, vt loquebatur
Dec. in conſ. 555. licet ex contrario nó allegatus,
24 quoniam Dec, ibi loquitur in contractibus, in
quibus cótra eú fit ſtricta interpretatio qui aper-
tius potuit ſibi prouidere, & non prouidit l. vete-
ribus ff. de pact. & l. labeo ff. de contrah. empt. &
quicquid eſt omiſſum in contractu habetur pro
omiſſo, re, loco, & tempore, d. l. quicquid, & d. §.
Chriſogonus, & non poteſt ſuppleri ex veriſimi-
li mente contrahentis, quoniam eo caſu non fit
in tacitis extenſio de vno modo ad alium, neque
de caſu ad caſum, neque de loco ad locum, neque
de tempore ad tempus, neque de contractu ad
contractum, l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pact. qui
25 tex. procedit, tàm in burgenſaticis, quàm in feu-
dalibus, & mixtis, & in omni contractu, & li-
cet in æquipollenti fiat extenſio, non tamen pro-
cedit quando agitur de intereſſe concedétis, quia
ſi conceſſit in vno, non videtur in alio conceſſiſſe,
vbi eius præiudicium adeſt data ignorantia, Alex.
in conſ. 146. vol. 5. Camerar. in cap. Imperialem
13. concluſ. cum mult. ſeqq. & antecedent. qui lo-
quuntur in feudalibus, in aſſenſu tamen latiſſimè
eſt probatum in omni contractu infrà in alle-
gatione vltima.
26 Nam diſpoſitio legis, vel hominis facta in vno
contractu non extenditur ad ſimilem ex tacita
mente contrahentis, ſecundum Alex. in conſ. 76.
vol. 5., quia noſtrum non eſt conuentiones exten-
dere l. fideiuſſores §. pro Aurelio ff. de fideiuſſ. &
Bald. in cap. 1. in princ. qua. do. propter feud. pri.
conuentionem non eſſe extédendam ait, vt quod
in vno ſit diſpoſitum dicatur, & in alio.
27 Et in præſcriptione ſi allegat ſic illam habere,
ſtat communis opinio cum Innoc. in cap. cum di-
lectus de Cappell. mona. quòd præſcriptio vnius
actus iuriſdictionis in loco exempto non exten-
ditur ad alios, & in toto territorio, cum in illis nó
detur tacita volútas cú cóſenſu, ſicut in illo actu,
cum non quæratur ſuper eo, ſuper quo non eſt
iuriſdictio exercitata cum ſcientia, & patientia
aduerſarij, & Bal. in d. l. data opera num. 28. C. de
his qui acc. non poſſ. Alex. in l. 2. num. 27. & 28. ff.
28 de acquir. poſſeſ. vt infrà in allegatione 8. neque
enim ex conceſſione extenditur de vna ſeruitute
in aliam, quia actus agentium non operatur vltra
conſenſum l. non omnis ff. ſi cert. peta. nam pro-
cederet eo tunc, quádo quis aliquid quod eſt vni-
uerſale concederet, ſub quo plures diuerſarum
ſeruitutum ſpecies conſtitui poſſunt, tunc quia
larga eſt facienda interpretatio, in his, quæ
ex vnius pendent voluntate, c. cum dilectus, vbi
Innoc. Barb. & alij de donat. videtur quoq; omnia
alia conceſſiſſe, quæ ei inhærebant l. ſi quando vbi
Bart. cum Alex. in add. & Bald. C. de bon. vac. lib.
10. l. 1. §. cum vrbem vbi Bart. in fin. ff. de off. præf.
vrb. l. refectionis in fi. ff. com. prædio. Cępolla in
tit. de riuis num. 41., ſecus autem quando conce-
ditur vna ſpecies compræhenſa cum alijs ſub vno
genere, tunc conceſſa vna de illis non alię quoq;
conceſſę dicuntur, quoniam limitata cauſa, limi-
tatum producit effectum l. in agris ff. de acqui. rer.
dom. neque obſtat regula c. cum dilectus quòd ſit
larga interpretatio, quia intelligitur in expreſſis,
non autem in alijs, in quibus requiritur alia ex-
preſſio voluntatis, vt in eo extendatur, ſecundum
Paul. de Caſtr. in l. titius §. lutius num. 4. & ibi Iaſ.
num. 7. ff. de lib. & poſth. vt infra in allegatione
18. nam vbi non datur conſenſus, ibi non exten-
ditur actus d. §. ante omnia d. l. in agris, & d. l.
29 quicquid, & voluntas tacita eatenus extenditur,
quatenus actus extéduntur, Dec. in cóſ. 73. nu. 5.
30 etiam ſi conceſſio facta eſſet in aliqua ſpecie
digniori non ideò extenditur ad alias ſi eſſent

Digitized by Google

inferiores l.olimpieo.ff.de ſeru. vrb. prædio.Bald.
in cap.1.§.ad hoc de pace iur. firma: & in rub. C.
de contrah.empt.q.12. Soccin. in l.1.num.7.ff.de
reb.dub.& in conſ.74.num.16.vol.1.Alex.in cõſ.
35.vol.4.& Boer.in dec.227.vbi loquuntur in cõ-
ceſſionibus à Rege factis, in quibus vt cæteris ſit
liberalior ſicut dignitate præſulgẽtiſſimus eſt cõ-
tra eum latiſſima ſit interpretatio.l.fin.ff.de conſt.
princ.& ibi per Iaſ. & tamen ſi conceſſit vnum
ſpeciale, nõ videtur conceſſiſſe aliud quod ſubeſt
ſub illo Caſtro,in quo & conceſſum adeſt, cum
non extendatur ad aliud, in quo pro eius intereſ-
ſe eius conſenſus expreſſus expoſcitur, Afflict. in
conſt.ea quæ ad decus nu. 13. de Franchis in dec.
275.poſt Tiraquell.in l.ſi vnquam ver.liberis nu.
5.cũ ſeq. de reuoc.donat.vt latius erit ſermo Deo
annuente io meo opuſculo de Donatio.2. par.c.4.
q.1.in præſumpt.54. & in meis nouellis additioni-
bus ad deciſ.Guid.Pap.in dec.5.

31 Et id quod dicebatur diſpoſita in vno ex cor-
relatiuis procedit quando inanis eſſet conceſſio
in vno caſu ſi non extenderetur in alio,vel ratio-
ne rei,vt ſi Rex,vel priuatus donans non haberet
32 niſi vnam rem, tunc ne ſit inutilis extenditur ad
illam,etiam ſi eſſet res, quæ ad ſui diſtractionem
ſpecialem exigeret conceſſionem, & eſſet priui-
legiata à iure,vel ab homine ſecundum Afflict.d.
conſt.ea quę nu. 14. vt communiorem dixi latius
33 præcit.præſumpt.54.& in 2.par.c.5.q.26.fall.4.in
3.lim.vel in legibus,& ſtatutis,etiam correctorijs
in caſu correlatiuo, vel non compræhenſo. Sed
tamen compræhendi poterat, vel ratione loci,
vt ſi loquitur in vno loco extẽdi in alio, Abb.c.ſi.
34 de præbend. & in c. Rodulſus nu.4. de reſcript.
vel ratione rei per mutationẽ ſubſtantiæ,vt ſi pro-
hibeat extrahere frumentũ, & extrahit farinã, cũ
vtroque caſu pariformiter fraudetur,Bart.l.triti
cum ff.de ver.obl.Guid.Pap.dec.373. vbi plenius
dixi,Boer.deciſ.177.nu.5.Iul.clar.§.fin.q.82. de
pęn.ſtatutar.ſtatut.7.ver. præterea quæro,vel in
alijs caſib. coaceruatis per Doct. in l.ſi verò §.de
viro ff.ſol.matr. per Iaſ.in l.1. & in rep.l.ſi cõſtan-
te ff.ſol.matr.& in auth. quas actiones C. de Sac.
San.Eccl.per Aret.§.ius autem ciuile num.20.in-
ſtit.de iur.natur. De nigris in c. Regni ad hoc à
num.154.cum ſeq. & per Tiraquell. in d. ver. li-
35 beris,& ſic eſt ſentiendus Dec. in præcitato cõſ.
555. vbi dicit dari extenſionem in contractibus
de ſimilibus ad ſimilia,nam loquitur quando da-
tur extenſio in eodem contractu,& ex eadem ra-
tione,& eodem facto, & concurrit eadẽ ratio ex-
tendendi,ſecus autem in caſu noſtro, in quo non
ſit extentio ex eadem ratione, quia magis præiu-
dicatur concedẽdo ſpeciem ſeruitutis in rę ſua
ne luminibus,quàm altius non tollendi, & dum
apparet ſolum ſeruitutem altius non tollendi cõ-
ceſſiſſe,non extenditur conceſſio extra caſũ ſuũ,
36 quia ſi voluiſſet concedere vtique potuiſſet,& in
tacitis videtur nuluiſſe, Bald.in l.vnica,§. ſin autẽ
C.de caduc.tollend. & infra in alleg.18. perbel.
Surd.deciſ.202.nu.10.& Tiraquell. allegat alia
iura concord.in d.ver.libertis num.3. vbi vſq; ad
6.& ſeq.dicit non eſſe recedẽdum ab eo,quòd ap-
37 paret legem,vel hominem voluiſſe,quia dũ actus
non extenditur, quoniam fuit limitatè conceſſus,
neque tacita voluntas ſub illo actu comprehenſa
extendenda,Dec.in c.cum acceſſiſſent col.9.cum
ſeq.de conſtit.& in conſ.352.num.14.460.num.7.
628.col.1.& conſ.72.num.5.Surd.deciſ.202.n.10.

38 Imò dato quòd quis alteri cõcederet ſeruitutem
altius non tollendi,& ne luminibus officiatur,illã
ne luminibus, vt quis habeat oportet probare
ſpecificè principaliter ſibi fuiſſe conceſſam,ſecũ-
dum Paul.de Caſtr.in d.l. ædificia ver.ſed quid ſi
dominus ff.de ſer.ruſt.pręd.dicens ibi ille,quod ſi
quis acquiſiuit ſeruitutem altius non tollẽdi cum
hac adiectione ne luminibus officiatur, quòd illa
adiectio nõ operatur ſeruitutem principaliter de
p ſe, ita quòd eſſet duæ ſeruitutis ſpecies ſepara-
tæ,& diuerſæ,& tanquam diuerſæ habere effectũ
39 diſſimilem ab alia altius non tollendi, quia ſtat
acceſſoriè adiecta, quæ regulatur ſecũdum natu-
ram principalis prius nominatę altius non tollẽ-
di,cum clauſula in fine poſita non alteret princi-
palem diſpoſitionem,Clem.1.de præbend. cum
40 nota.per Dec.in cõſ.500.quoniam cõtractus ac-
ceſſorius iudicatur ſecundum naturam actus,cui
principaliter ineſt,l.nõ verè ff.ex quib. ca.maior.
Bart.in l.Ariſto nu.2.ff.de dona.Dec.in l.in eo q
41 in fin.ff.de Reg.Iur.cum ex principali re animus
attẽdatur l.rogaſti ff.ſi cert.petat.Tiraq.d.l.ſi vn-
quam ver.donatione largius num.5.quare poterit
42 dominus facere viridaria, & arbores ponere ſi-
cut in ſimplici ſeruitute altius non tollendi, nam
debet eſſe principaliter,& non acceſſoriè adiecta,
vt ſuum ſingularem habeat effectum, Cępolla
ſequitur Caſtr.in tit.de ſer. alt.non toll.in 3. q. &
Dec.in conſil. 201. in cauſa præſtantiſſimi dicens
43 non dari extenſionem de cõtractu ad contractũ,
neque de vno modo ſeruitutis conceſſæ ad aliam,
etiam veriſimilem,vt ibi,cum pluribus ſimilibus
per Surdum cita.dec.202.non extendi contractus
de vno modo ad alium,& habere ſeruitutẽ à lege
conceſſam in re, quæ non eſt poſſidentis non re-
peritur deciſum,niſi ſit conceſſa ex pacto,legato,
donatione,venditione,vel ſimili,Cępolla in titul.
quot mod.ſer.acq.ſtãte cõtraria legis diſpoſitione
quòd quælibet res pręſumitur in dubio libera,
niſi in duobus caſibus,vt dixi, & per Cępoll.de
ſer.alt.non toll.n.4.qui in pręſenti quæſtione non
cadunt, & ex prædictis ſatis patet reſponſum ad
primum,& ſecundum.

44 Neque obſtat, & tertiũ, quòd cũ habeat ſuper
illo ſolo, habeat etiam ſuper cortile, nam contra-
rium extat ſupra ſatis probatum nõ extendi de
vno modo ad alium,neque de vno loco ad alium,
quia locus quadrupliciter dicitur ſtare ſecundum
45 Bald.in l.5.nu.26.C.de emancip. lib.finitiuè,cir-
cumſcriptiuè,acceſſionatiuè,& demõſtratiuè,vn-
de non licet tranſgredi præter voluntatem con-
46 cedentis ſecundum eũ, quia in ſeparabilibus nõ
datur iſta extenſio,vt latè per Caualc.præcit.dec.
23.num.104.& 113. par.2. ſic quoque parũ obeſt
47 quòd animo poſſedit,quia illa fictio cũ cadat ſu-
per eo,quod eſt iuris vt in l.1.per Bart. & in l.pe-
regre,& l.poſſeſſio ff.de acqu.poſſeſſ.tamẽ requi-
ritur aliquid facti,vt poſſideat per ſe,vel per aliũ,
48 quoniam paſſiua poſſeſſio,non firmatur animo,
vt ſolo animo poſſidendo, quod dicitur ciuiliter
poſſidendo acquirat naturalem, vel quaſi per ve-
ram

Digitized by Google

ram poſſeſſionem, cùm eo caſu tunc prædia dicã-
tur paſſiuè obedire, Bald. in d. l. 1. num. 20. C. de
emanc. lib. nã in incorporalibus nõ datur poſſeſ-
ſio l. ſeruus §. incorporales, ff. de acqu. rer. dom.
49 ſed bene datur quaſi poſſeſſio, quæ inducitur per
ſcientiam, & patientiam aduerſarij, Bart. in l. 1. §.
fin. de iti. actu priua. & Iaſ. in l. Imperium nu. 21.
50 ff. de iur. om. iud. vnde ſi tertius poſſidet, quis di-
citur priuatus illà poſſeſſione, quæ ſolo animo re-
tinetur, & dominium poſſidenti acquiritur ſecũ-
dum Bart. locis citat. & in l. ſi quis in §. differẽtia,
& in l. quod meo ff. de acqu. poſſ. vbi per alios, &
per Bart. in l. ſi is q :i pro emptore, ff. de vſucapio.
& in l. nec vtilem nu. 1. & 2. ff. ex quibus ca. maio.
51 & in l. ſi ego ff. de nego. geſt. & quando poſſeſſio
ſolo animo retinetur, ſola voluntate perdi poteſt,
vt ſi patitur dominus quòd alius re illa vtatur l. 1.
& 2. ff. pro derelict. gloſ. §. noſtra inſt. de legat. Bar,
loc. citat. & in l. naturaliter §. nihil commune ff. de
acqu. poſſeſſ. & in l. cum falſa, vbi Bal. in 3. oppoſ.
C. de Iur. & fa. ignor. Paul. de Caſtr. in l. 1. vbi Ale-
xan. nu. 30. & ſeq. ff. de leg. 1. poſt Innoc. in c. olim
de reſt. ſpoliat. Menoch. caſ. 24. igitur hęc ſola ani-
mi poſſeſſio non operatur cum Parochus ipſe
vſus fuit præfato cortili plantando arbores ſciẽ-
te, & patiẽte antiquo domino, & poſſeſſore dicto-
52 rum bonorum, à quo ipſe de Zito cauſam habet,
nam quando aliquid negatiuè ineſt non præſcri-
bitur, niſi illo patiente, contra quem non poterat
53 præſcribi ſi nolebat, Bal. l. 1. nu. 28. C. de emanc.
lib. quæ præſcriptio quæſita ſeù ius ex eo cauſatũ
contra authorem nocet ſucceſſori, Balb. de præ-
ſcriptio, in 4. par. 4. par. princ. qu. 29. car. 297. in
54 meis, quæ poſſeſſio erat iam probata tàm per te-
ſtes, quibus iam illa probatur, gloſ. l. ob carmen
§. ſi teſtes ff. de teſtib. Bald. in d. l. 1. num. 24. ver. &
ideò C. de emanc. lib. & in d. l. data opera num. 28.
C. de his qui acc. non poſſ. Alex. in conſ. 99. nu. 5.
55 vol. 1. quàm etiam per librum cenſualem Eccle-
ſiæ concurrente ſpatio decem annorum in ſic cõ-
ſuetis probatur dominium agendi ad cẽſus ſolu-
tionem, Bal. l. fin. nu. 9. C. ſi prop. pub. penſita. Ro-
man. in conſ. 127. Dec. in conſ. 596. & Crauett. de
antiq. temp. 1. par. ver. quid in libro Eccleſiæ car.
104. in meis Thorus in Cõpendio deciſ. Reg. ver.
cẽſus Eccleſiæ; ſaltẽ in poſſeſſorio Ann. al. 34. n. 7.
quia per tm̃ tpis ſpatium arguitur acquiſitio do-
minij ex poſſeſſione neglecta per illum, qui pati-
tur rẽ ab alio poſſideri, vt congerit Menoch. præ-
56 citato caſu 24. num. 4. imò probare librum illum
etiam contra tertiũ poſſeſſorem, Roma. loco cita.
cũ alijs ſupra relatis, & Speculat. in tit. de emphy.
§. nunc aliquan. 52. & 57. Alex. in conſ. 187. vol. 7.
Berber. in deciſ. 105. Folle. in praxi cenſuali num.
98. car. 147. quod de ſemiplena, & præſumptiua
probatione intelligit Menoch. de arb. iud. caſ. 3
nu. 4. cum in antiquis talis præſumptiua, & cõie-
57 cturalis probatio ſufficiat l. cenſus, & monumen-
ta ff. de probat. Menoch. de arb. Iud. caſ. 115. & de
Mauro allegat. 69. & 56. Dec. in conſ. 42. & latius
alibi de donatio 2. par. cap. 4. q. 1. in 9. præſumptio,
ego adnotaui, quod ſatis oſtendebatur per præfa-
tum Parochum ex libro ipſius Eccleſie antiquo,
in quo de plantatione prædicta verbũ faciebat.
58 Neq; enim ille de Zito, vel eius author allegatã
communionem, vel ſeruitutẽ aeris in dicto corti-
li præſcribere potuit, vt in eo ſolo habebat, quo-
niam contra Eccleſiam licet præſcribatur, c. de
59 quarta, c. ad aures, & c. final. de præſcript. & l.
fin. C. de Sacroſ. Eccl. tamen ad inducendam præ-
ſcriptionem ſeruitutis contra eam requiritur bo-
na fides, quæ non poteſt præſumi, vbi nõ adeſt ti-
tulus c. 1. de præſcrip. in 6. & l. pen. C. de euict. nã
60 cum ſciebat ſolum eſſe Eccleſiæ, vel non eſſe ſuũ
inueſtigare cuius erat iã debebat, alias dicitur in
mala fide, quę non tribuit iuſtam cauſam pręſcri-
bendi l. fin. C. vnde vi, gloſ. in Reg. poſſeſſor, & ibi
Ioann. Andr. de Reg. iur. in 6. Felin. in c. vigilanti
de præſcrip. Bal. l. 1. nu. 7. ver. item quod alienum
C. de emanc. lib. Alex. in conſ. 102. num. 11. vol. 1.
Capic. in deciſ. 86. nu. 9. cum ſeq. Vinc. Carotius
in tract. de locato tit. Colon. recupera. q. 3. nu. 39.
& 40. Amat. in conſ. 40. n. 7. & 8. ergo dũ non ha-
bet nullum titulũ, ex quo oriatur bona fides, vel
61 mala præſumpta, cum qua cucurrit antiqua poſ-
ſeſſio facti non poteſt allegari præſcriptio, quia
poſſeſſio non datur, niſi animi tantũ, vt pars fate-
batur nullũ ergo videtur cõtra Eccleſiã ius quæ-
ſiuiſſe poſt præfatos, qui alios quamplures cõgeſ-
ſerunt, ſequitur Balb. de præſcript in 2. par. 4. par.
princ. q. 2.
62 Vel ſecundo, vt acquiratur quaſi poſſeſſio ſer-
uitutis duo requiruntur, vſus ſeruitutis, & patien-
tia alterius vt permittat vti re ſua l. 1. §. fin. ff. de
ſer. ruſt. prædio. & vt dicatur inducta ex patientia
requiritur ſcientia illius, in cuius detrimentum
ius acquiritur l. 2. & ibi Doct. C. de ſerui. Ab. c. cũ
Eccleſia ſutrina n. 25. Ripa n. 64. de cauſ. poſſ. &
proprieta. Balb. de præſcript. 2. par. 4. par. princ. &
in 4. par. 4. par. princ. q. 28. num. 5. & Menoch. de
arb. Iud. caſ. 161. Innoc. d. c. olim vlt. col. de reſtit.
ſpol. Bald. d. l. 1. nu. 21. C. de emanc. lib. Cępolla in
tit. quæ ſint neceſſ. vt ſer. conſtitua. cap. 18. num. 2.
Thorus in cõp. dec. Reg. ver. ſeruitus ne lum. car.
510. requiritur etiam aliud quòd tertius intende-
bat illud agere iure ſuo acquirẽdi cauſa ſeruitu-
tem l. quod fortè §. 1. ff. ſi ſer. vendi. Cępoll. & alij
loc. cit. & Menoch. caſ. 160. Amat. d. conſ. 40. nu. 8.
63 & ſeq. quæ poſſeſſio vnquã data fuit, ſed Eccleſię.
Quinimò quando præſcribitur aliquid, quod de
iure præſcribi non poteſt, quia res eſt aliena, & nõ
ſua, quis debet inueſtigare, & qui non facit
videtur eſſe in lata culpa, cum quilibet teneatur
64 ſcire leges, l. cõſtitutiones C. de iur. & fact. ig. l. le-
ges C. legib. , p ſeipsũ, vel p conſilium Doctorũ
in ppria patria, aut in locis cõuicinis l. iuris igno-
rantia, vbi Caſtr. , & Alex. C. qui admi. Alex. in
conſ. 103. num. 18. ver. 3. volum. 1. , & Dec. in conſ.
306. , Velaſcus Conſult. 83. num. 26. ver. cæterum,
65 & ver. 4. eſt caſus vnde quando quis vult præſcri-
bere iura, & actiones alterius, quæ illi ipſo iure
competunt non expectata alia declaratione, tunc
præſcribens dicitur habere malam fidem, quia
ſcire tenetur, & talis præſcriptio ſibi non opitula-
tur, Anchar. in d. regul. poſſeſſor, & Dec. in conſ.
554. Reg. de Pont. in conſ. 121. à num. 4. cum ſeq.
vol. 2. Medi. de reſtitut. qu. 16. vbi videtur tenere
66 contra Silueſtr. in ſumm. 2. par. ver. reſtitutio. 7. §.
7. de eo qui præſcribit legata relicta alicui ſi in
cõſciẽtia eſt tutus, & Neguſ. de pignor. 2. memb.
6. par.

Digitized by Google

6.par.num.22.& Caualca.da vſuſruct.num. 186.
& poſt Doct.in l.celſus de vſucap.& Feli. & alios
c.de quarta de præſcript.Velaſcus Conſult.19.nu.
7.Couar.in reg.poſſeſſor §.7.nu.7.vbi quæſtio an
bona fides cauſata ex errore iuris ſufficiens ſit ad
præſcribendum longiſſimo tempore,non enim
probatur , nec pars dicit quod in dicto cortili au-
thor,& ſucceſſor aliquid egerunt iure ſuo animo
acquirendi ſeruitutem, neque oſtendendo cõmu-
67 ne dominium, & anteceſſores Parochi cõſentijſ-
ſent, ex quorum cõſenſu poſſet dubitari de quæ-
ſito dominio ſeruitutis abſque titulo, quia cõceſ-
ſo quòd conſentijſſent,conſenſus eſſet nullus in
præiudicium Eccleſiæ,ſaltem ſine titulo,cum ius
commune tali præſcribenti reſiſtat, Cepolla cita.
tit.quot ſint neceſſ.c.20.num.7. Bald.d.l. 1.nu.21.
C.de eman.lib.Capic.dec.209.& 189.& de Ponte
conſ.97.2.col.& ſeq.vol.1. Couar.pract.q. c.17.à
num.6.cũ ſeqq.& quatenus ẽt conſentijſſent per
68 ſucceſſorem poſſet reuocari, Abb.cap.fraternita-
tem num.4.de donat.Fabia.de Monte in tract. de
empt.& vend.q.4.princ.q.22.num.14.car.123. in
meis,Dec.in conſ.445. nu. 28. Borgninus Caual.
deciſ.45.nu.51.& 71.par.1.Durant.de arte teſtan.
tit.1.caut.3.Afflict.deciſ.390.num.5.quia defectu
69 Rectoris eccleſiaſtica res præſcribi non poteſt,
Silueſter 2. part.ver.præſcriptio.§.1. num.9. & ſi
70 permitteretur poſſet ſucceſſor quoque agere prò
damni emendatione cõtra Rectorem,& eius bo-
na, Abb.c.auditum col.fin. de præſcript. Balb. de
præſcript.1.par.5.par.princ.q.2.nũ.5.car.341.in
71 meis,& in q.2.in qua diſtinguit , an ſit grauis læ-
ſio,vel minima in re , quæ præſcribitur in ſerui-
tute,nam magnũ, vel minimum iudicatur ex na-
tura patrimonij Eccleſiæ , vt dixit Rodoanus de
reb.Eccleſ.non al.q.28.cap.4.nu.16. vbi num.14.
refert quoq; hoc eſſe poſitũ in arbitrio Iudicis,fa-
72 ciunt nota.per Afflict. in c. Imperialem 12. not.
in fi.de proh.al.feud.per Fed.& p Præſ.de Curt.
de feud.1.par.car.7.ver.licet nu.12. & ſeqq.& nu.
18. & per Maſtrill. de magiſtrat.lib.1.c.12.n.49.
cum ſeq. car.44.in meis, & Theſaur.For.Eccleſ.
1.par.c.15.de bo.Eccl.non al. nu.6. & 7.& ſeq. &
Thorus in comp.dec.Reg.ver. læſio enormis car.
319.licet in læſione S.C. ſtatuit eſſe tertiam partẽ
de Franch.deciſ.248.num.7.& 8.,vnde cum parui
redditus ſit Parochia præfata,dicendum minimã
læſionem eſſe magnam ſecundũ Rodoan.ibi,quia
in minimis quoque habetur ratio, ita, ac ſi eſſent
maiora,& magna Rodoan.ibi, vel etiam videtur
73 male dicere Balb.ibi(ſalua ſua pace)quòd in mi-
nimo præiudicio nõ requiratur titulus, quoniam
quando minimum à iure communi conſideratur
74 habet in ſuo caſu eius effectus , ſicut magnum in
magnis ſecundum Bart.in l.ſi proprietarius nu.2.
ff.de damn.inf.& Iaſ.l. ſtipulatio hoc modo con-
cepta in 3.notab. ff.de verb.oblig.& in auth. quas
actiones num.16.cum ſeq. C. de Sac.San.Eccleſ.
Velaſc.late conſultat.52.num.29.par.1. & in con-
ſult.80.& Carot.in deciſ.100.& quando tractatur
de damno vitando quodlibet præiudicium etiam,
minimũ eſt in cõſideratione,vt not.in cap. maio-
75 ribus de præbend.vbi Dec. n.1. quare læſis etiam
in minimo datur reſtitutio ex mẽte Dec. ibidem,
& Gabr.de reſt.in integr.concluſ.1.nu.4.,& ſi Iaſ.
in l.ſciendum à num.7.cum ſeq.ff.qui ſatiſd. cog.
ponat multos caſus,in quibus minimum non eſt
curandum,tamẽ relicta diſtinctione, an procedat
de iure ſpeciali , & procedat l.ſcio.ff. de reſt.in
integr.an de iure communi, & militet aliorum
opinio, dici poteſt concordando dicta Iaſo. quòd
quando minimum de iure communi eſt compre-
henſum in diſpoſitione loquenti, & verificanti ,
etiam in minimo,vel conditionali, vel quãdo mi-
nimũ requiritur pro forma , vel tendat ad inte-
grandam maiorem ſummam tunc ſuos debet ha-
bere effectus, & eſſe ponderationis ſecundũ Dec.
in c. de appellationibus col.2. de appellat. Velaſc.
loco præcitato, & ex d. cap. ſine exceptione , ibi
(quicquam donare) 12.q.2. proſpicitur ẽt mini-
ma eſſe comprehenſa , vt adnotauit quoq; The-
ſaur. For. Eccleſ.1.par.loc.cit.nu.4. vnde in præ-
dictis ſequitur quod diſpoſitio legis verificatur ẽt
in minimo attenta qualitate Eccleſiæ poteſt ipſa
Eccleſia,val Parochus non obſtante quacumque
temporis præſcriptione vti reſtitutione ſua in in-
76 tegrum ſecundum gloſ.c.1.de reſt. in integ.in 6.
quia non agit ad propriam vtilitatem,ſed ad alie-
nam,& ideo contra eius factum venire poteſt ſe-
cundum Rodoan.loc.cita q.77.c.6. nu. 1. vbi di-
cit ſic limitari reg. l.vendicantem ff.de euict.& ſic
monet Rectores eccleſię,vt agant nomine Eccle-
ſiæ non proprio , vt propoſita exceptiò quem de
euictione tenet actio,eundem agentem ne repel-
lat exceptio non procedat vt latius dixi in præci-
77 tato tract.de donat.2.par.ca.2.qu.7. nam non eſt
tempus quod tribuit ius alteri, ſed eſt cauſa, quæ
facit contractum perpetuũ,& licitum, vndè quã-
do cauſa illa ex ſerie ipſius actus apparet non eſſe
licitam,ſed contra iura inductam, & valde dãno-
ſam Eccleſiæ , Eccleſia ſemper habet reſtitutionẽ
in integrum iux.tex.d.c.1. in quo quamuis detur
78 quadriennium poſt 40.annos,tamẽ gloſ. & DD.
ibi intellexerunt quando contractus ſuit licitè fa-
ctus pręcedente titulo habili ad inducendam prę-
ſcriptionem contra Eccleſiam,tũc ſtante iuſto ti-
tulo, & temporis ſpatio 44. annorum excluditur
Eccleſia volens agere ad reſciſſionem contractus
Rodoan.q.78.cap.3.num.7.ſecus quando ſemper
eſt in læſione enormiſſima ex cauſa legitima ap-
parenti,vel doloſus,& nullus contractus, tũc Ec-
cleſia non obſtante quadriennio ſemper auditur,
ſecundum gloſ.d.ca.1.in fin. in ver. cauſa, & Ro-
doan.d.q.78.de reſtitutione in integ.c.1.à num.8.
vſque ad fin. & propriè nu. 15. & Laur. de Iudic.
ſuſp.c.15.num.85.vndè cum conſtet de inualidi-
tate tituli, fatuus eſt qui ſe fundat ſuper præſcri-
79 ptione quando apparet de inualiditate tituli , qui
nullo tempore iuſtificatur, Caualc.tradit omnes
in deciſ.29.num.24.p.2. Velaſc.in conſult.8..nu.
34.& conſult.95.num.8. & ſeq. Menoc.[illegible]caſ.225.
num.7.& ſemper Eccleſia ſuis gaudet priuilegijs
in agendo contra occupãtes bona Eccleſiæ ex in-
ualida alienatione etiam ſi eſſet cẽtenaria poſſeſ-
ſio,peroptimè Velaſc.loc.cit.& requiritur bona fi-
des ab initio , quæ non poteſt dari quando iniuſtè
detinet,ibi num.9.& infra nos in allegat. vltima,
quia eatenus obligatur ex facto Rectoris, quate-
nus vtiliter actus ille cum ſolemnitate ſit geſtus,
Soccin.in conſ.34.lib.3. & eſt punctualis deciſ. de
Franch.

Digitized by Google

Franch.35. quoniam qui non poteſt alienare ſine certa ſolemnitate, vt Rectores Eccleſiæ, neque poſſunt pati, vt res præſcribatur, vt ſuperius adduxi de Ponte d. conſ.97.2.col.vol.1.in feudatario loquens, neque pati, vt ſeruitus acquiratur ſine illa ſolemnitate, vt ſuſius adnotaui in d. meo opuſculo de donat.1.par.cap.4.q.44.& q.35.& ſic videtur ſublatum principale fundamentum, quo pars aduerſa vtebatur, quòd cortile etiam præſumebatur cõmune, cum eius aer erat in ſolo ædificato, nam hic non concurrit etiam ratio illa, quæ ibi poteſt præſumi, vt aer ſit ipſius de Zito, quoniam ibi aſtracha adæquabant pari paſſu cum ſolo fundi adhærenti ad illas apothecas, per quæ ſi non fuiſſent illius de facili damnum ei inſcrebatur per apothecarios aſcendendo, & deſcendendo
81 per loca illa introeundo per fundum illum, vndè intereſt domini fundi, ne in eo alius intrat, & exit per multa, quæ ponit Couar. lib.pract.qũ.c.37. & Veronenſ. de ſer. vrb.præd, de ſer.tin. c.1.nu.22. quæ ratio non poteſt adaptari in ipſo cortili, cum per 30.paſſus diſtet à ſolo murato ipſius fundi, vnde cum non detur eadem ratio ergo non eſt eadem iuris diſpoſitio.l.illud ff.ad l.Aquil. & ſic diximus nõ dari extenſionem in diſpoſitis aliena ratione concurrẽte, ſequeretur etiam aliud incõueniens, quòd cum haberet vnam ſeruitutem altius non tollendi, ſub qua etiam tacitè datur ſeruitus ne luminibus haberet etiam ſeruitutem ne luminib., quod ſupra negauimus authorib. Caſtr, Cœpolla, & Decio.

82 Neque obſtat allegata præſumptio quòd ita præſumitur etiam cõmune in aere cortile ſicut, & apothecæ dirutæ, quia præſumptio cedit veritati l.cum falſa C.de iur. & fact. ignor. imò ſuper veritate, quæ eſt certa præſumi non poteſt, nam præſumptio cadit ſuper incerto Dec. in l.1. n.57. C.qui admi. Afflict. in deciſ.299.nu.6.quia dictus Parochus poſſedit cõtinuò habitando in Eccleſia, & vtendo dictis Apothecis, ergo videtur poſ-
83 ſediſſe etiam cohærentia ipſarum apothecarum, & Eccleſiæ, dum alius non poſſedit l. ſi aliena §.1 ff.de vſucap.l.eos in princ.C.de vſur.l. refectionis in an.ff.comm.prædio.Iaſ.l.2.nu.2.ff. ſi quis caut, Bal.l.1.nu.25.C.de emanc.lib.Iaſ.l. cui iuriſd. nu. 11.ver.in cõtrarium ff. de iur.om.iud. & ibi Dec.
84 num. 8. quia quando quis poſſidet caput Eccleſiæ videtur poſſediſſe abſque alia apprehenſione omnia alia bona Eccleſiæ, Capyc.dec.1.col.7.ver. vnde dicimus, & de Mauro alleg.54.n.6.& omne quod eſt in territorio poſſeſſio præſumitur habitantis in illo Auend.de exequ.mand.Reg.1.par.c. 12. num. 4. & in dubio iudicatur pro poſſeſſore, etiam quoad prælationem in re, tàm quoàd propretatem dominij, quàm quoàd fructus ſi aduerſarius per ſcripturam de vero dominio non probat l.quoties vbi latè Iaſon poſt alios C. de rei vendic.l.matrem vbi Doct.C.de probatio.Bal.in l.de rebus C.de dona.an.nupt.& Reg.de Ponte in
85 conſ.21.vol.2.Auend.loc.cit.nu.5.& beati poſſidẽtes dixit gloſ.in c.1.§.ſi tres, vel plures de pace tened. And.& Iacob.in c. 1. ſi de feud.fu.controu. & ibi per alios, & Afflict.in cap.1. col.6. de content.inter dom.& Vaſſal. Boer.deciſ.42. Velaſcus Conſult.51. nu.48. de Nigris ſuper cap. Regni in c.frequens in auribus, vbi ponunt prærogatiuas poſſidentis, & inter cæteras eſt iſta aliqua per D. de Franch.deciſ.158.& deciſ.550. num.25. prout in deciſ.505.de Iuriſdictione loquitur, vt præferatur præoccupans per realem poſſeſſionem.

86 Neque obſtat aliud, quòd afferebatur cortile illud eſſe Ripam, & Ripam eſſe domini propè illam, & eſt ſub 4. argum. iux.l. Martius ff.de acq. rer.dom.l.Riparum ff. de rer.diuiſ. & §.Riparum inſt.eod.Cæpolla in tit.de Ripa. & Bar.in tractat. Tiberiad.ver.agro,nu.4.5,& 6, & §. noſtro, nam non procedit quando poſt fundum adeſt alius locus alterius priuati, quia tũc dicitur illius, qui magis eſt propinquus ad ripam illam, & ſi duo ſunt propinqui, & concurrunt, & non tractatur de publica vtilitate ille præfertur, qui prius occupauit Aretin.d.§.riparum num.4. ver.in gloſa, & tex.d. l.Martius cum gloſ.fin. ait Ripam adhuc eſſe domini illius, qui propitior eſt, etiã ſi via eſt in medio, niſi adeſſet prædium alterius vicini poſt viã, quia tũc eſt illius tãquã propinquioris propè cortile extenditur ſolus apothecarum dirutarum ex directo currens vſque ad flumen, ergo eſt Eccleſiæ vnde ſi in ſolo eſt ſeruitus non extenditur ad cohærens ſolo, in quo non adeſt eadem materia, ſuper qua potuiſſet dari ius illud ſeruitutis, imò etiam ſi fuiſſet non extenderetur, quoniam non omne quod eſt intra ſeruitutẽ, ſeruitutẽ patitur, ſi
87 non probatur eſſe illius ſeruitutis, Alciat. præſump. 2.reg.3.vt dicimus in feudalibus nõ omne, quod eſt intra fines feudi, debẽs ſeruitutẽ domino dici feudale cum eodem onere, nàm cum quælibet
88 res præſumatur allodialis, & non feudalis, & ſic libera non ligata ſecundum Andr.in c.1.de cõtrou.inter maſc.& fœm.& in c.1.ſi de feu.ſit controuerſ.inter dom.& agna.& de Mauro alleg.35. nu.5., & 19.num.5. & Amat.in conſ.5. num.1. & 2.& conſ.94.nu.2.hoc dicens debet probare, Dec. in cõſ.31.n.3.ver.maximè, & cõſ.468.n.6. Velaſc. Cõſ.28.nu.6. Affl. in dec.129.in primo dubio, & in cõſt.conſtitutionẽ diuæ memoriæ n.23.in fi. & melius in deciſ.267. dicẽs quinimò ſpecificè probandum eſſe feudale de illo feudo, quia poteſt eſſe feudale alterius feudi, vt ibi num.6.in fin. & ſic Iul.Clar.pro Vaſſallo fuiſſe iudicatum in cauſa magni momenti Mediolani teſtatur in conſ. 57. clemẽtiſſimum, & in §.feudum q.18.ver. ſed quid cum alijs quos adduxi de donat.2.par.c.5.q.45.& ad celebre cõſil. Dom. Regẽt.de Ponte 95.vol.1. & in conſ.21.num.6. & ſeqq.vol.2.

89 Similiter reſponſum patet ad aliud quod ſpacium relicturum inter fundum ſuum, & Eccleſiæ commune ſit, vnde communis eſſe debet arbor ibi plantata iux.l.arbor ff.com.diuid.l.2.§. præterea ff.de aq.plu.arce.& l.adeo §. fin.ff.de acq. rer. dom.nam cum extendatur à latere brachiũ fundi dicti de Zito in dicto cortili vſq; ad flumen, ſi ante dictum brachium plantatur relicto ſpatio illo arbor debet eſſe communis, in quo ſtabat totum fundamentũ ex aduerſo, quoniã reſpondetur illud in dubio procedere, vt in citatis legibus conſpicitur, quando non apparet locus confiniorum cuius ſit, tunc arbor illa, cum eius radices in communi terra paſcantur communes eſſe debent in fructu, ſic gloſ. d.l.2.§. fin.ver.communis, & Bar.

in tract.

in tract.de alluuion. ver.flumen nu.3. & ſeqq. &
in §.acquiruntur nu. 8. de iuriſdictione in flumi-
ne cõmuni loquitur ſecus autem quando cõſtat
cuius ſit terra adiacens relicta in vtroque loco in
ſpatio dimiſſo,nam tũc erit arbor illa domini re-
linquentis,ſic gloſ.d.l.arbor. ver. pro diuiſo, quæ
ſoluit,& declarat illam legem ſi bene lex illa cum
illa gloſella ponderatur, & peroptimè Auend. de
exequ.mand.reg.1.par.c.12.nu.13.& 14.poſt ſcri-
pta viſus, dictã gloſ. non allegans,& dominus re-
linquens in eo loco plantare poteſt arborẽ, & erit
integra ſua,quando in eius terra paſci poteſt gloſ.
90 d.ver.communis, quæ gloſ. opinio in conſulẽdo
eſt melior, q̃ haberi poteſt,Iac.But.l.1.C.qui prò
ſua iur.& eius opinio omnes alias DD.opiniones
antecedit,Alex.conſ.55.num. 40.vol.4. Viſcõt.ad
deciſ.Franch.174.& D.de Laratha in cõſ.1.nu.65.
& Afflict.deciſ.384.num.10.dixit quòd boni Do-
ctores ſe concordant cum gloſ. detractores vero
diuertunt ab eis,& gloſ. eſt prò tex. vbi lex non
reperitur,Franch.deciſ.578.num.15.& periculo-
ſum eſt recedere ab opinione gloſæ, dixit Alex.
quem refert.& ſequitur Velaſc.conſult.13.in fine,
tùm etiam quando relinquitur ſpatium decem
peduum illud neceſſitate iuris cogente fit, nàm ſi
non relinqueret poſſet deſtrui iuxt. d.l.mæniana,
& l.fin., ergo relinquendo nõ videtur egiſſe ani-
mo communicandi cum vicino. Sed retinendi,vt
91 ſuum,Primò,quia quando duo actus concurrunt
ſimul neceſſarius, ideſt, & voluntarius in dubio
præſumitur factum neceſſariò, vt per plura con-
ſuluit Crauet.conſil.135.num.12.vol.1.,& magis
ſuccurritur faciẽti actum ex neceſſitate, quã vo-
luntate,l.ſi fideiuſſor §.ſi neceſſaria ff., qui ſatiſd.
cum concord.per Iaſ.in rep.l. admonendi nu.47.
92 cum ſeq.ff.de iur.iur. tum etiam quãdo quis po-
teſt compelli ad faciendum actum ſi facit etiam
ſpõtè videtur coactè feciſſe, Ancar. in conſ.158.,
& Alex.ad Bar.in l.eſt receptũ ff. de iur. om. iud.
93 Secundò, nemo præſumitur appetere commu-
nionem,cum multa damna afferre ſoleat.l.cum
pater.§.dulciſſimis ff.de leg.2.,& ad cauſandam
ſocietatem plura requiruntur, de quibus per Bar.
l.titium,& mæuium.§ altero.ff.de admi.tutor., &
in l pupillus §.cum duobus ff.pro ſocio,& in l.ſo-
cium,qui in eo.§.fi.eod., & in l.ſi patruus vbi alij
C.communia vtriuſque, & in l.ex duobus in ver.
§.quæro,ff.de duob.reis,Petrus de Vbald.de ſocie-
tate in 3.par.prino.,& Dec.in conſ.21. inter cæte-
ra poſita per eos eſt conſenſus expreſſus, vel taci-
tus ex cõmunis rei perceptione, & etiam cõmu-
ni periculo,& Velaſc.Conſult.34. quod in prædi-
ctis nunquã adſuit cum ſemper Eccleſia poſſedit
ſolos vſque ad flumen iux.conſuetudinem Terræ
Maioris, nam talis ſic præſumitur poſſidere rem
94 in dubio ſicut per legem,vel per ſtatutum præci-
pitur,vt poſſideatur argum.tex.l. Gallus §. quidã
ff.de lib.& poſthu.& Alex.in cõſ.55.vol.4.Soccin.
in conſ.73.nu.13.& ſeq.vol.4., & eod. vol. conſ.
51. nu.24.Iaſ.l.qui filiabus num.14.cum ſeq.de
leg.1. Alex. in conſuetud. Neapol. ſi aliquis mo-
riens ver.circa iſtam conſuetudinem, & in du-
95 bio videtur quis ſe gerere,vt à iure communi ca-
uetur,Dec.in conſ.287.,& 278.num.8., & eo ma-
gis talis præſumpta communio non arguitur ex
continuis diſcordijs, quæ oriuntur in talibus ar-
boribus communibus ex pretio frondarum,
& expenſis in gubernando, magis intereſt rem
96 ſolam habere,quàm intricatam diſcordijs l.diffa-
mari,vbi Bal.C.de ingen.manumis. leg. titia, vbi
Bar.ff.de his,qui acc.non poſſ. & ſi ex cauſa diſ-
97 cordiæ diſſoluitur communio, etiam iurata per
tantum tempus taxatum, vt latè per Soccin. in
conſ.278.à nu. 5. vol. 2., ergo ab initio quis præ-
98 ſumitur non facere actum,vt diſcordias pariat,vt
inutilis circuitus euitetur d.l.cum fundus §.cum
ſeruum ff.ſi cert.peta.,vbi Alex.Dec. & Iaſ.,& per
Alciat.d.l.1.num.14.cum ſeq.ff.de verb.obligat.,
99 tùm etiam continuò ſcandala ex cauſa commu-
nionis oriuntur, vt experientia rerum magiſtra
docet,ideò lex obuiat tales communiones,Innoc.
in c.requi ſiſti nu.3.ver.ſed vt tolletur de teſtame.
100 Tertiò dicit Bald.in d.l.Mœniana C.de ædific.
priua.,quòd ſpatium illud decem peduum in ædi-
ficando, vt relinquatur procedit quando ex dire-
cto ædificatur,ſecus autem quãdo per obliquum
ideſt per latitudinem,nàm tunc lex illa non intel-
ligit de hoc,cum videamus multoties murũ vnũ
pro communi ſeruitio ſeruire, cuius opinio licet
101 ſine lege,habet vim legis,quando non adeſt cõ-
tradictor Dec.poſt alios in l. 1. col. pen. ff. ſi cer.
petat.igitur per latitudinem, etiam per directum
plãtatur in eo cortili meritò arbores ſunt integrè
Eccleſiæ.
102 Quartò, pro Eccleſia extat conſuetudo, quæ
quando eſt particularis in loco,ibi prò lege ſerua-
tur l.de quibus vbi plenè per Doct., & l.ſed ea. ff.
de legib.,gloſ.§.ex non ſcripto inſt. de iur.natur.,
& ſeruatur etiam taliter in diſtrictu, & territorio
103 quando eſt in ciuitate,gloſ.& Bar.in l.ex ea ff.de
poſtula. Bar.in l.2.q.36. C. quæ ſit longa conſue-
tud. Bal. in l.2.C.quemadm.teſt.aper.,& in l.de
104 quibus de legib.num. & ſufficit binus actus,
vt inducatur Gram.deciſ.36.num.5.& ſeq., etiam
quòd non ſit obtenta in contradictorio iudicio,
Abb.c.fin.num.16.,& 17.de conſuet.,Iaſ.d.l.de
quibus num. 51. quia ex l.cum de conſuetudine
non eſt pro neceſſitate obtẽtio in cõtradictorio
Iudicio, ibi (an etiam cõtradicto iudicio),& duo
inſtrumenta confecta ſuper illa conſuetudine,vel
per duos teſtes probatur illa, quando venit in no-
titiam maioris partis populi, Maſcardus de pro-
batio.concluſ.424.,& ſeq.,Theſaur.in deciſ.Peda-
mon.183., Carotius in tract.de locato, & condu-
105 cto 1.par.tit.de merced.diff.q.5., & talis conſue-
tudo ſeruanda eſt cum ſit interpretatiua iuris cõ-
munis,quamuis poſtea appareat quod illa inter-
106 pretatio non ſit bona,Abb.c. cum dilectus in 7.
notab.de conſuetud.,neque in ea interpretatiua
requiritur præſcriptio Curt.in rub.de conſuetud.
q.4.Dec.in c.at ſi clerici in princ. col.15. de iudit.
cum ſufficiat aliquo tempore ita fuiſſe ſeruatũ,
Amat.in conſ.40.num.18.& cõſ.41.num.7., & in
107 dubio actus cenſetur factus ſecundum loci cõ-
ſuetudinem l.fundus ille ff.de euict. Bartol.leg.1.
num.15.,& 16.C.de ſum.trin., & fid.Catt. Dec.
in l.ſi conuenerit num.31.ff.de iur.omn.iud. ergo
108 loci conſuetudo intuenda eſt d.l.de quibus,& l.
an in totum C.de ædific.priu.l.1., & l.fin. C. de
emanc.lib., & ibi Bal.nu. 12. dixit mos vetuſtatis

namque

namque antiquus e.. .eruandus, & omnis cõſue-
tudo ſeruanda eſt, Anna alleg.94.n.11.de Franch.
deciſ.124.2.col., quod in feudalibus quoque pro-
cedit iux.tex.in c.1.de feu.cog.vbi Scrib., Soccin.
in cõſ.278.à n.1.vol.2., Boer.dec.203., de Franch.
109 dec. 103. adeo quòd cõſuetudo ipſa interpreta-
tiua poteſt tollere ẽt iura p leges inducta, Dec.in
cõſ.208.n.4.ſi nõ poſſet per directũ Parochus plã-
tare vſq; ad flumen iuxta ipſam conſuetudinem
110 eſſet pro ludibrio inuenta, quod eſſe non debet
l.ſi quando in fin.cum gloſ.C.de teſtib., & l.fin.§.
vbi autem C.de bonis quę lib.in gloſ., & eſſet im-
poſita verbis, & non rebus, quod non decet l.2. in
fin.C. communia de legat., & ſic dicit And., vt
refert Anna in allegat.97.1.col., & ſemper opera-
ri debet ne ſint fruſtratoria l.ſi quando ff.de leg.1.
c.ſi Papa de priuil.in 6., & nõ poſſet aliter vti ipſa
conſuetudine, vt quis currat vſq; ad flumen ſi ex
directo non permitteretur plantatio, cum à late-
111 re adſint bona diuerſorum, & lex debet referri
ad caſum, in quo eius verba adaptari poſſunt l. 1.
§.loquitur ff.de mag.conuen.l.4.§. totiens ff. de
dam.infect., l.iura cum l.ſeq.de legib., & Tiraq.d.
l.ſi vnquam ver.libertis num.2., & in acquirenda
112 ſeruitute attenditur conſuetudo, vel ſtatutum
loci, ita quod illa mutari nõ poteſt dicit Gaill. lib.
2.obſer.imper.obſer.29.33., & 69. num.16.

Neque ſimiliter afficit quòd lex debet eſſe cõ-
munis, vnde ſicut conſuetudo loquitur ad fauorẽ
Parochi, vt currat vſque ad flumen, ſic quoq; ad
eius fauorem, vt quoque extendatur ad flumen,
itaquod arbores illæ ſint communes, nam hoc nõ
negatur, quia etiam ſundus ipſius de Ziro in di-
cto brachio per directum extenditur vſqve ad
flumen, ſub quo adeſt ripa, quæ eſt ipſius non
obſtante via in medio dict.l.Martius de acqu.rer.
dom., cui ſi plantare placet non replicabatur, non
enim debet extendi ſundus ille à latere, vt currat
vſq; ad flumen cum adſit ſolus, qui eſt alterius, &
in eo præfertur dominus, vt ſupradixi in ripa, tũ
etiã conſuetudo non adaptatur ad hoc, quia ſi di-
113 cit, vt currat quis in plantando vſque ad flumẽ
intelligitur modo habili, quia ad inbabilia ſtatutũ
non refertur l.ex ijs cum ſeq.de legib., per ea quæ
not.Bal.l.fin.§.in computatione in fi. C.de iur. de
lib., & in l.fin.C.de Sacroſ. Eccleſ., & in l. omnes
populi ff.de iuſt.& iur., vt eſſet ſi ex latere ſic vſq;
ad flumen intelligeretur, nam oporteret, vt tranſ-
cenderet per bona aliena, & inde inuenire flumẽ,
quod eſſet contra ius commune, quo cauetur ri-
pã fluminis eſſe domini propinquioris, vt ſupra-
dixi, & in dubio intelligitur ſecundum ius com-
114 mune eius diſpoſitin, Bal.d.§. in computatione
num.17.poſt gloſ.& Iaſ.l.ſciendum ff.qui ſat.cog.
Velaſc.Conſult.66.num.17. de Franch. deciſ.666.
numero 5.
115 Vltimò ad fauorem Eccleſiæ adſertur, quòd
quando ſumus in dubijs quæſtionibus, tàm in
probationibus, quàm in ſententijs iudicandum
eſt ad fauorem Eccleſiæ, c. ex literis de probatio.
c.fin.de re iud., l.ſunt perſonæ ff.de religioſ., Bal.
pro ſingulari nota. in c.domino guerrã §. ad hęc,
vbi etiam Aluarot.col.2.in fi.hic.fi.lex. Corrad.,
Alex.l.de die num.2., & ibi Iaſ.nu. 3.ver.2.princi-
paliter ff.qui ſat.cog.vbi legem illam limitant fa-
uore Eccleſiæ non procedere, cum pro ea in du-
bio iudicandũ ſit poſt Roman. in auth. ſimiliter
C.ad l.fal., & Tiraq.de priuileg.piæ cauſæ, Afflic.
in deciſ.23.num.8., & ſic ex prædictis acquieuit,
Parochus plantauit, & eſt in pacifica poſſeſſione.

Mauritius de Apicella I. C.

SVMMARIVM.

Excitata iuriſdictio quando dicitur, & quando delegata, num. 1.

Delegans non cognoſcit de modo exequendi quando delegato illa eſt demandata, nu. 2.

Delegatus ad executionem non debet procedere ſine partis citatione, num. 3.

Executio ſummariè fiet, num. 4.

In ſummarijs non opponuntur, niſi ſummaria, num. 5.

Cauſa executionis dicitur ſummaria, num. 6.

Cauſa ſummaria non ſuſpenditur per reconuentionem cauſæ non ſummarię, num. 7.

Res iudicata habetur pro veritate, num. 8.

Effectus rei iudicatæ, num. 9.

Executio liquidi an impeditur per illiquidum, num. 10.

Exceptio nullitatis quãdo impedit executionem, & præſentationem inſtrumenti, num. 11., & quando executionem ſtatutariam, 13., & executionem ſententiæ, num. 14.

Executor non debet manus imponere ad factum per dominum, num. 15.

Executori videtur mandatũ omne præambulũ ad illud, num. 16., etiam ſi conſequens maius eſt ſuo antecedenti, num. 17.

Executor in executione quas exceptiones cognoſcere poteſt, & cognito quid faciendum, num. 18.

Exceptio nullitatis quando poteſt in cõtinenti opponi coram executore, & ipſe cognoſcere, & quando dicitur in continenti, num. 19.

Arbitri de iure, & de facto poſſunt fieri cum poteſtate tollendi, num. 20.

De iniquitate, & leſione laudi quando dici poteſt. n. 21.

Laudo, & compromiſſo, quando ſtatur, num. 21.

Iuramentum obligat præciſè ad factum, num. 23., & habet vim clauſulę rato manente pacto, nu. 25., & ſi nolunt ſtare laudo iurato cum pœna ſi penam ſoluunt non liberantur à periurio, nu. 24.

Laudo ſtatur ex tacita homologatione, num. 26.

In executione laudi non poſſunt allegari adducta ante eius prolationem, nu. 27.

Sententiæ ſtandum eſt, etiã ſi de actis non apparet ſi fuerint enuntiata, num. 28., & 31.

De errore calculi quando opponi poteſt in executione, num. 29.

Falſum ſi eſt relatum inde ſententia eſt in referente, n. 30

Sententiæ eſt ſtandum ex relatione Iudicis ex cauſis, nu. 31., etiam in prohibitis 32., etiam in actu de recenti, num. 33.

Sententia quando continet diuerſa capita ſi eſt ex vno nulla, ex alijs conualidatur, num. 34.

Arbitri non tenentur ſcribere omnia inueſtigata, nu 35., ſed pars poteſt opponere, num. 36., & actor probare ex quibus fuit motus Iudex, num. 37.

Quod licet reo, & licet actori, num. 38.

Receptio teſtium non dicitur probatio in continenti ex

eiſdem

eiſdem actis, numero 39.

Repulſa datur aduerſus teſtes, num. 40., & repulſati non probant, num 41., & inimici poſſunt repelli ab initio, num. 42., & quando ibid.

Omnis exceptio requirit altiorem indaginem, nu. 43.

In continenti probare non dicitur petens terminum ad probandum, num. 44.

Executio quando impeditur ex præſentatione apochæ, num. 45., & ſeqq.

Apocha quando probat, num. 46.

Teſtes, & inſtrumenta quando à pari impediunt executionem, num. 47.

Inſtrumentum dicitur probatio probata, num. 49.

Recognitio apocæ quando fit, & cogi poteſt ad faciendum, num. 50.

Apocha non formiter facta non debet recipi, num. 51.

Teſtes debent deponere veritatem, nu. 52.

Comparatio litterarum an impediat executionem, nu. 53.

Executio ſententiæ liquidæ concedēda eſt, & quō n. 54.

Iudex non debet grauare habentem liquidam ſententiam pro ſe per oppoſita illiquida, num. 55.

Exceptio oppoſita, quæ non poteſt verificari infra terminum cognitionis in executione facienda dicitur requirere altiorem indaginem, num. 56.

Nuntij relationi ſtandum eſt non eſſe bona exequenda, num. 57.

Non ſoluēdo probatur per teſtes, per inſtrumēta, & per æſtimum bonorum, num. 58.

Idem eſt dicere exequi iuris ordine ſeruato, vel cum cōſilio periti, num. 59.

Exceptio nullitatis oppoſita ad retardandam exequutionem ſolutionis non admittitur, nu. 60., etiam ſi in continenti offertur probanda, ibid.

Malitiæ non eſt fauendum, num. 61.

Tertius comparens ad impediendum executionem ſententiæ quando auditur, num. 62.

Tertius quando admittitur ad alium defendendum cum cautione, num. 63.

Cautio quando eſt præſtanda per actorem in cauſa recōuentionis faciendæ per reum, num. 64.

Procurator quando admittitur cum mandato domini ſi bona immobilia non poſſidet in loco iudicij, ibid.

Duæ Doctorum ſententiæ præualēt vnius dicto, nu. 65.

Iaſ. debet cedere authoritati Alex. & Ang. num. 66.

Angelus fuit magnus Doctor, & multum commendatur, num. 67.

Iudicans cum vna opinione relicta magis communi dicitur errare, & non affert iuſtam cauſam litigandi, nu. 68.

Exceptio oppoſita in executione cognita per delegantem non admittitur, etiam ſi in continenti offertur probanda, num. 69.

Exequutio ſemper admittitur cū cautione de reſtituendo, quando non eſt quæſtio irretractabilis, num. 70.

Exequutio laudi quomodo fit, num. 71.

Lex non debet eſſe pro ludibrio inuenta, & rebus non verbis debet imponi, num. 72.

Lex noua ſemper aliquid extra ius cōmune debet operari quando fit, num. 73.

Executio ſententiæ de iure communi fit cum cautione quando opponitur exceptio militans, nu 74.

Statutum videtur tollere omnem contrariam diſpoſitionem ad eius executionem impediendam, num. 75.

Statutum ſemper loquitur, & dicitur eſſe in viridi obſeruantia, nu. 76.

Cautio facit pecuniam ſemper extare, & omnes exceptiones tollit, num. 77.

Exequutio quæ fit virtute ſtatuti non impeditur obiectu nullitatis, num. 78.

Statutum quando non recipit interpretationem à iure communi, num. 79.

Reclamatio laudi quando fieri debet, nu. 80., 86. & 90.

Lex cum antea C. de arb. loquitur in arbitris, nu. 81.

Appellatio infra quantum tempus fieri debet, nu. 82.

Arbitria ſunt reducta ad inſtar iudiciorum, num. 83.

In arbitramentis dantur 30. anni ad appellandum, n. 84.

Sententia ſemel deciſa minimè retractari, quando, n. 85.

Recurſus quando datur infrà quantum tempus admittitur, nu. 87.

Omnis terminus eſt peremptorius, nu. 88.

Teſtes quando non poſſunt recipi in cauſa, num. 89.

Sententia Iudicis quando reſcinditur per errorem, num. 90., & quando opponitur, coram quo Iudice cognoſcitur, num. 91.

Iudex cognoſcens ſuper appellatione, cognoſcet etiam, & capitula, ſuper quibus eſt lata ſententia, nu. 92.

Error non vitiat ſi non eſt expreſſus, nu. 94.

Error iuris quando vitiat laudum, nu. 95.

Ab errore iuris quando quis excuſatur, nu. 96.

Conſulere cum peritis quis debet, aliàs eſt in lata culpa, num. 97.

Error iuris per appellationem nō auditur poſt tranſitum in rem iudicatam, num. 98.

Error in facto proprio, vſque ad quod tempus litis poteſt allegari, num. 99.

Error in facto alieno quando auditur allegando, numero 100., & ſeq.

Ruſticus ſi eſt aſtutus, & practicus non auditur in allegatione erroris, num. 102.

Laudum quando dicitur indiuiduum, num. 103.

Arbitri ſi ſunt plures, an poſſint iudicare non omnes ſimul, num. 104., & ſeq.

Omnis terminus eſt communis, etiam ſi non exprimitur à Iudice, & datur perſonæ priuilegiatæ. num. 105.

Præſens, & tacens in iudicio videtur actui conſentire, num. 106., & quando procedit, num. 107. & ſeqq.

Probatio quando datur aduerſus probata per iuramentum in litem contra nautas, & caupones, nu. 108.

Tacitus conſenſus nō ſufficit vbi miniſteriū legis, vel Iudicis requiritur pro ſolemnitate, num. 109.

Actus principalis ſi eſt nullus omnia ſunt nulla, n. 110.

Prorogatio Iudicis quando datur vni ſoli, n. 112. & nullitas illius vſque ad ſententiam poteſt allegari, & ſi eſt incompetens, nu. 114., tàm agendo, quàm reconueniendo, num. 115.

Laudum quando nullum eſt poteſt in vim pacti validari, num. 116.

Malitioſè diſtulens opponere exceptionem debet ad expenſas condemnari, num. 117.

Non opponens ad acta ex tacito conſenſu omnia dicuntur confirmata, num. 118.

L. item §. ſi vnus, & §. ſi plures ff. de arb. intelligitur, & declaratur, num. 119.

Acta differunt à ſententia, num. 120.

Sententia contra minores indefenſos non valet iudicium inchoatum ſic, num. 121.

Pro ſententia præſumitur pro rectitudine, & rititudine, num. 122.

Solemnitas non præcisè neceſſaria, ſi minus ſolemniter interueniat actus non vitiatur, num. 123.

Teruer

Peruerſio formæ vitiat actum, num. 124., quando ibid.
Finis legis eſt implendus, num. 125.
Finis litibus à l. & à Iudice præſumitur, vt ſemper ſequatur, num. 126.

ALLEGATIO II.

De Cognitione cauſæ delegatæ exequendę, & exceptionibus coram ipſomet delegato oppoſitis ipſam executionem impedientibus, cum dec. S. C.

Pro Ioanne Baptiſta Citarella.

IN cauſa vertenti in M. C. V. remiſſa Iudici inferiori exequenda inter Io. Baptiſtam Citarellam actorem, & Saluatorem Imperatum reum cōuentum ſuper exequutione laudi pro duc. 4578. lati ad fauorem ipſius Citarellæ; introducta cauſa ipſa in Mag. Cur. per viam executionis laudi decreuit illa præſtita cautione, quod laudum exequeretur ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ; auditis partibus, & pro exequutione commiſit illi, qui cum conſilio Doctoris laudum illud ſortiretur effectum. Cumq; tractabatur de executione fuit ex parte Imperati oppoſitum de notoria nullitate apparenti ex eiſdem actis. Secundò, de manifeſto errore contento in ipſa laudi ſententia, & de quadam cartula reperta, ex quibus inſtabat ſuperſcdendo cognoſci prius de oppoſitis quibus compertis remittere iterum ad Magnam Curiam, vt prouideat iuris ordine ſeruato, ſtante notoria iniuſtitia partis.

His enim, & alijs non obſtantibus, vt infra ex rationibus patebit pro parte dicti Citarellæ dicebatur nullo modo poſſe Iudicem illum ſuper oppoſitis ſe ingerere, ſed omnino exequi ſeruata forma cōmiſsionis, & ſi pars illa vera intendit probare adire debet eandem M. C. Iudex enim ille cum ſit executor ex delegatione dicitur Iudex delegatus, & non ordinarius, quia eius iuriſdictio excitata, & limitata videtur, vndè erit iudicans,
2 vt delegatus, non vt ordinarius, Paul. de Caſtr. & Iaſ. l. 1. §. & poſt operis ff. de nou. oper. nunc. & latius Iaſ. l. ius ciuile 1. & 2. col. ff. de iuſt. & iur. ſi ergò eſt delegatus, dicitur nudus Iudex in exequen- [illegible] eſt principaliter cognitum per [illegible]gantem, quoniam & ſi Magna Curia cognouit de laudis arbitrorum, illa eſſe exequenda, non tamen cognouit de modo exequendi, quæ fieri debet iuxta l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iud. ſecundum Innoc. in cap. veniens, il ſecondo, verſ. incontinenti de teſtib. & in cap. inſuper in gloſ. pen. de re iud. quem ſequitur Bald. in l. 1. nu. 13. vſque ad fin. C. de tur. & ſact. ignor. licet abru-
3 ptè allegetur per eum, vnde ait Bald. non poſſe exequi niſi præcedēte citatione, nam citandus eſt vbi ille lędi poteſt, l. de vnoquoque ff. de re iud. quia ſi videt ſe læſum grauando appellat, ſecundū Bart. in d. §. in venditione num. 3. & 4. Alex. in conſi. 52. num. 3. & 4. volum. 7. cum nota. per Aſflict. in conſt. dilationis à num. 13. facit tex: l. nam ita diuus ibi (quod deſideras an impetrari debeas iudices æſtimabunt) de adopt. ad illum tex. plura per Velaſc. conſul. 20. & Præſes de Franch. in deciſ. 441. relatis pluribus cenſuit veriorem Bar. opinionem, igitur ſi eſt executor ſuper exequutione ipſa ſummariè cognoſcere debet d. l. a
4 diuo pio §. ſi ſuper rebus, & in ſummarijs non opponuntur niſi ſummaria, alias quæ altiorem
5 requirunt indaginem lex ipſa reſpuit l. 3. §. ibidē ff. ad exhib. l. ille à quo §. ſi de teſtamento ff. ad trebell. c. literas de reſt. ſpoliat. Capic. in dec. 17. nu.
6 6. quia exequutionis cauſa ſummaria dicitur d. §. ſi ſuper rebus, Lanfranch. in clemen. ſæpe colum. 12. in 13. concluſ. de verb. ſignif. Marant. in ſuo ſpecul. 4. par. 9. diſt. ver. 13. dicitur num. 175. & ſeq. & de p̄dictis per Canar. de execu. inſtr. q. 5. & 9.
7 & in ſummarijs non ſuſpenditur executio per reconuentionem cauſæ non ſummariæ Lanfranc. loc. citat. Innoc. in c. 1. de mutu. petitio. gloſ. in extrauag. ad reprimendum ver. denunciationem pen. col. in fin. & colum. fina. quare dum quæ opponuntur ex aduerſo altiorem requirunt indaginem impediri non debet executio ſententiæ diffinitiuę tranſactæ in rem iudicatam, cum illa ha-
8 beatur pro veritate l. res iudicata ff. de reg. iur. & l. ab eo C. quom. & quando iud. Reg. de Ponte in conſ. 45. nu. 4. vol. 2. a qua partes non poſſunt diſcedere, ſed tenentur parere iuxta eius ſeriem, & tenorem dum non appellauerunt infra legitima tempora d. l. ab eo, & gloſ. d. l. res iudicata cum indebitum illa faciat debitum l. 1. C. de cond. ind. vt infra, & res iudicata dicitur liquida, & non li-
9 quidanda, & expedita non expedienda, in qua non dicitur diffiniri ſed diffinitū exequi. l. prima ff. de re iudic. & ideò in liquidis non fit mutua petitio ad impediendam executionem de illiquido l. fi. C. de compenſa. cum alijs per Surdum deciſ. 184. num. 4. vbi ait neque admicti depoſitum, neque fideiuſſio, quoniam dicitur requirere altiorem indaginem l. 2. C. de edict. di. ad toll. d. l. ille à quo, Roman. in conſi. 323. nu. 5. Canar. loco
10 citat. vnde dicimus quòd exceptio nullitatis nō impedit præſentationem, & executionem Inſtrumenti quando eſt exceptio, altiorem requirēs indaginem, Canar. de executio Inſtr. q. 11. Carauitæ
11 rit. 166. num. 59. Freccia de præſentat. inſtrum. 9. par. q. 5. num. 7. & 8. de Franch. deciſi. 232. & 623. num. 1. ſic quoque aduerſus ſtatutum dante po-
12 teſtatem exequendi ſummariè, & de plano talis nullitatis exceptio non admictitur Borgninus Caualca. dec. 28. num. 21. par. 2. etiam ſi incontinenti offeratur probatio præſtita cautione exequitur etiam in perſona, cum quæſtio ſit retractabilis Dec. conſ. 73. tenens contra Paul. de Caſtr. in d. §. condemnatum num. 3. ſic aduerſus tres ſententias conformes, Couar. lib. pract. q. cap. 25.
13 & Menoch. de arb. iud. caſ. 9. vbi ait procedere etiam ſi incontinenti offeratur probatio, dummodo non appareat ex eiſdem actis Couarru. ibi num. 7. Menoch. num. 3. & in caſ. 202. num. 52.
14 ſic quoque in executione ſententiæ talis exceptio non admictitur ſecundum communē Doct.

ſententiam in leg. quarta, §. condemnatum ff. de
re iudic. Iaſo. poſt alios in leg. prima, num. vnde-
cimo, & 29. C. de iur. & fa. ign. Guid. Pap. deciſ.
579.

Modo tractatur per delegatum de executione
facienda, qui cognoſcere habet de eo quod ſupe-
15 rior non cognouit, cum in illis non poſſit falcem
imponere tanquam in meſſem alienam, cum
eius pronuntiato obedire teneatur, cap. ſignifica-
ſti, & c. paſtoralis de off. deleg. Velaſc. conſult. 62.
16 nu. 8. de Ponte in conſi. 106. num. 7. volum. 2. ſub
illa ergo exequutione videtur mandata cauſę co-
gnitio, quæ ad eius exequutionem ſpectat, de qua
non erat per prius cognitum l. & ſi cognitio, C.
ſi contra ius, & ibi latè Salicet. poſt alios dum qui
17 vult conſequens videtur velle, & ſuum neceſſa-
rium antecedens, l. ad rem mobilem, & l. ad lega-
tum, ff. de procurat. etiam ſi conſequens maius
eſſet ſuo antecedenti Dec. in conſ. 77. nu. 5. prope
finem, & facit gloſ. cum Barto. & alijs in l. à diuo
Pio, ff. de re iud. & l. cui, cum ibi nota. ff. de iu. omn.
iudic. quod cui mandatur aliquid videtur man-
daſſe omne id, ſine quo ad illud perueniri non
18 poteſt, vndè eſt fatendum quòd delegatus exe-
quutor poteſt de his cognoſcere, quæ in exequu-
tione opponuntur, quæ exceptiones quam plures
ſunt congeſtę per Doct. in d. l. 1. C. de iur. & fact.
ign. & per Guid. Pap. dec. 574. ego ad illius ad-
ditiones tamquam minimus inter eos coaceruа-
ui, quarè ſi talis exequens viderit illas militare, &
exequutionem impedire non vltra proceder, ſed
ſuperſedendo remictet ad delegantem Barto. d. l.
à diuo Pio, & in d. §. condẽnatum vbi alij, & Van-
tius in tract. de nullita. titu. coram quo num. 22.
cart. 24. in meis Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. . . .
num. 11. 12. & cum plur. ſeq. & Reg. de Pont. cit.
conſ. 106. nu. 17.

19 Intelligunt tamen Doct. eo tunc admicti nul-
litatis illam exceptionem, quando non eſt renun-
tiatum nullitatibus, Dom. Rouir. in pragmatic.
2. de arbitr. num. decimo quarto, & incontinenti
abſque dilatione altiorem indaginem poſcenti,
offertur probatio ſecundum Iaſo. poſt alios dict.
§. condemnatum nu. 8. & in dict. l. prima, C. de
iur. & fact. ign. num. decimotertio, Couarru. Ca-
nar. Frecc. Carau. & alij loc. cita. Afflict. deciſio.
283. 1 colum. cum quampluribus not. per Ni-
grum in cap. 272. ſi cum ſceleratis à nu. 422. cum
ſequ. latè Ioſeph. de Seſe in tracta. de inhib. cap.
5. §. 5. num. 6. cum ſeqq. ponens quando allegata
nullitas impediat executionem; In continenti aũt
dicitur facta probatio qñ non eſt exceptio pro-
poſita aduerſus aliquem actum, de quo in Iudicio
fuit diſcuſſum, ſi enim de tali exceptione ex illo
actu reſultanti fuit ante ſententiam cognitum, &
tacitè reiectum poſt ſententiam in executione
illius non poteſt amplius opponi, quia Iudex re-
ſpuit gloſ. l. neſennius §. fin. vbi etiam Doct. ff. de
re iud. Bart. Bald. & Alex. in l. ex diuerſo §. fin. ff.
ſolut. matrim. Bald. in l. ab executore col. penult.
C. quor. appell. non recip. Iaſ. d. l. 1. nu. 19. Guido
Pap. loc. cit. num. 2. ver. & hoc ſi in princ. Capic. in
deci. 86. in fin. à ſimili, Vndè allegare modo quod
arbitri errauerunt in promulgatione laudi, ex eo
quod ex computo, & calculo apparet aliquarum
partiarum error eſt iterum diſcutere de cognitis
ante laudum, quæ non poſſunt modo reuideri,
20 quoniam fuerunt arbitri de iure, & de facto, cum
poteſtate auferendi ab vno, & alio dare quod pa-
ctum valet, & ſi apparet de tali ablatione laudum
non dicitur nullum ſecundum Barto. l. ſi de meis
§. recepiſſe ff. de arb. & in l. ſocietatem §. arbitro-
rum ff. pro ſoc., Bald. l. fina. in princ. C. de contr.
empti., conferunt not. per Rouit. ſuper pragm. 2.
de arbit. num. 6. cum ſeqq., quia in iure ſuo quis
poteſt paciſci l. pen. C. de pact., cum alijs per Frec
ciã de præſenta. inſtr. 8. par. q. 3. poſt Iaſ. l. ius iu-
randum la prima ff. de iu. iuran. & Iudex ſequen-
do in iudicando non facit eis iniuſtitiam l. ſi con-
21 uenerit, ff. de re iud., nec poſſunt dicere, lato lau-
do de nullitate, vel de iniquitate, quia eis eſt im-
putandum ſi non eſt læſio enormis, de qua partes
ſi fuiſſent interrogatæ non conſentijſſent, Bar. d.
§. arbitrorum, & Iaſo. l. fin. num. 3. & 4. ff. qui ſat.
cog. Marant. in ſuo ſpecul. 6. par. nu. 127. cart. 497
22 in meis, & Ant. de Maur. alleg. 2. num. 6. vltra
quod neque hoc pen poteſt modo quod tractatur
de executione, quoniã cõpromiſſum eſt iuratum
ergo ligat l. in arbitrijs C. de arbitr. eſt cum pœ-
na, ergo metu pœnę parendum, l. 1. C. eod. l. diem
proferre §. ſtari ff. eod. ſiuè ſit iuſta, ſiue iniuſta
dicit ille tex. communiter receptus ſecundum
Paul. de Caſtr. l. 1. num. 12. ff. de iudi. ergo quan-
23 do eſt cum pœna, & iuramento magis ligat, quia
contractum iuratum præciſè ſeruare tenetur gl.
l. ſi pecuniam, & ibi Iaſo. ff. de cond. ob cauſ. Paul.
de Caſtr. Alexan. & Iaſo. l. ſi conuenerit ff. de iur.
omnium iudi. & nolens parere tenetur ſoluere
pœnam l. 2. ff. de arb. Rouit. loc. præcit. num. 10. &
24 pœnam ſoluendo non liberari à periurio dicit
Abb. cap. per tuas nu. 13. & 14. de arbitr. quoniã
iuramentum habet uim clauſulæ rato manente
25 pacto l. ſi quis maior vbi Bart. & alij C. de tran-
ſact. Soccin. in conſi. 120. num. 11. volum. 1. Ti-
raquel. in præfatio. l. ſi vnquam num. 135. Cattal-
can. dec. 35. num. 10. 1. par. Vrſill. ad Afflict. deciſ.
397. quamuis Abb. ibi dicat Bal. in d. l. in arbitrijs
l. illam quod ſi maior non intelligere in com-
promiſſo, hodie tamen relicto certamine illo ſi
dum ſeruatur in Iure Canonico ratione Iuramẽ-
ti ſit ſeruandum in Iure Ciuili habemus leges
claras d. §. ſtari, & dict. l. prima, quòd metu pœnæ
eſt parendum, vel etiam parendum eſt tacita rati-
26 ficatione, vt quando infra decem dies non appel
latur, ſiuè Iudicis officium imploratur, vel quere-
latur, vel petitur reductio ad arbitrium boni viri,
quæ omnes ſunt ſpecies appellationis Bald. in leg.
arbitrio ff. qui ſat. cog., videtur ... hara
ptio rei iudicatæ, adeo quòd et ſtandum eſt ob ta-
lem homologationem l. cum antea, C. de arbitr.,
cum ex eo hodie diſpoſitione d. l. naſcatur actio
lapſo ſpatio decem dierum in non appellando, &
Bar. dict. l. arbitrio in fin. vbi Alexand. & Iaſo. qui
ſat. cog. Abb. in cap. cum dilectus num. 17. cum
ſeq. de arbitr. Cœpolla in caut. 93. in fine, & agen-
ti poſt ea contra laudum obſtat exceptio rei iudi-
catæ, gl. d. l. 2. vbi Bar. ff. de arb., q̃a quod potui no
lui, q̃ volui adimplere nequiui l. n. C. ſi quis alt. vel
ſibi, vnde cum ille non appellauit infra decem
dies, videtur ſilentio acquieuiſſe laudo, & in eius
exe-

27 executione non poteſt afferre, quæ ante eius pro-
lationem attulit, Iaſo. d. §. condemnatum num. 8.
etiam ſi de actis non appareat præſumitur pro
ſententia, quia tranſijt ob non appellationem in
rem iudicatam, vt in princip. dixi, etiam ſi de eo
28 ſententia non faceret mentionem, quod ad ipſius
nullitatem allegatur præſumitur authoritate rei
iudicatę cap. quoniam contra vbi Abb. de proba-
tion. Iaſo. loc. cit. num. 8. & Dec. in conſ. 42. penul.
colum.

Vnde ex prædictis videtur quòd non eſt nulli-
29 tas euidens ex eiſdem actis allegatio manifeſti
erroris, quia exceptio de errore calculi non po-
teſt opponi in executione poſt rem iudicatam,
quando in ſententia non eſt expreſſus error, nam
ſi eſſet expreſſus diceretur ſententia nulla quæ
nullam mereretur exequutionem d. §. condemna-
tum cum ſimil. Afflict. citat. dec. 383. num. 1. Ve-
laſcus conſult. 65. num. 3. ſed quando non eſt er-
ror calculi expreſſus in ſententia, tunc ſententia
dicitur valida, & poſtquam tranſiuit in rem iu-
dicatam ſpatio elapſo decem dierum iuxta d. leg.
cum antea non poteſt vlterius allegari ſecundum
Gloſ. quæ eſt reputata communis per Bartol.
Bald. Salic., reiecta aliorum opinione in l. prima,
C. de error calcul.. Gloſ. Bar. Bald. Fulgoſ. & Iaſo.
in l. error num. 18. ver. in 2. parte C. de Iur. & fact.
ignor. Gloſ. & ibi latè Alex. poſt alios in l. ex di-
uerſo §. primo, num. 6. ff. ſolut. matrim., Marant.
6. par. 9. memb. num. 69. & ſeque. lauda enim ipſa
30 non ſe referunt ad calculum, adeo quòd ſi calcu-
lus eſſet erroneus ſententia laudi etiam diceretur
erronea, quoniam ſententia lata per relationem
ad aliud videtur perpendere eundem errorem,
qui colligitur ab eo, ad quod fit relatio l. pen. &
fin. C. ſi ex fal. Inſtru., l. diuus cum gloſ. & Bar. ff.
de re iud. Marant. car. 468. num. 118., ſed dicunt
viſis probationibus, tàm viua voce, quam in ſcri-
31 ptis factis ſic pronuntiamus, vndè quamuis ex
actis appareret, non eſſe ſic probatum adhuc
ſententia dicitur valida ex alijs cauſis, quæ forſan
oretenus viua voce potuerunt peruenire ad au-
res iudicantis, vel per eoſdem teſtes, licet exami-
natos iterum interrogatos viua voce per iudicē
ad veritatem eruendam, vt dixit Abb. in cap. quo
niam contra num. 20. cum ſequ. extra de proba-
tio. vel ex alijs cauſis à Iudice perſpectis, licet in
actis non apparentibus, ſecundum Alex. in l. ex
diuerſo §. primo, num. 6. ff. ſolut. matrim. vbi rela-
tis varijs Doct. ſententijs hanc dicit eſſe commu-
nem, & veriorem, & Soccin. in conſi. 15. num.
53. volum. primo, Felin. in cap. cum inter num.
21. cum ſequ. de re iud. Dec. Cap. Tholoſ. 282. in
fine, & Afflict. in deciſio. 28. cum Vrſill. in addit.
quibus verbis enuntiatiuis iudicantis ſtandum
eſt ſecundum Doct. Abb. Alex. & quos ibi citant
loc. cita., nam cum pars non appellauit præſumi-
32 tur pro rectitudine ſententiæ, Iaſ. d. §. condemna-
tum num. 6. vbi dicit ita ſeruari de conſuetudine,
imo etiam ſi eſſemus in cauſis prohibitis, in qui-
bus requiruntur acta ad ſolemnitatem adhibitā
demonſtrandam, quæ de ipſius eſſe dicitur, vt in
alienatione rerum Eccleſiæ, & minorum adhuc
tenemur ſtare verbis ſententiæ proferentis aliqua
interueniſſe, vt per Felin. in c. ſicut de re iud. Dec.
in conſi. 341. & 558. Crauett. in tract. de antiquit.
tempor. 2. par. num. 14. car. 144. in meis, dicit eſſe
communem, imo etiam in actu de recenti facto
33 non tantum in antiquis, vt loquebatur Felin. &
Dec. dixit idem Crauett. eodem loco 3. par. num
17. ſtandum eſſe tali ſententiæ enuntiatiuę, vt in-
fra quoque erit ſermo in allegatione vltima, &
cum pars fuit citata non poteſt allegare talem ſo-
lemnita[illegible] extra acta non interueniſſe, vt ibi
dicã, & [illegible]c. conſi. 42. colum. penult. quare cum
in quolibet actu reus ex aduerſo fuit citatus etiã
ſi illi teſtes poſt examen depoſuerunt de veritate,
quorum dicta non ſunt ſcripta ſi Iudex ex eis iu-
dicauit, & ab eius ſententia non eſt appellatum
pars ergo acquieuit Abb. Feli. & Crauett. loco ci-
tat. & ex eius ſilentio videtur tolerata d. l. cum
34 antea, & facit tex. leg. ſi à procedente, C. de dila-
tio, & quando diuerſas probationes in iuditio fa-
ctas ſententia ſub ſe continere poteſt ſi ex vna di-
citur nulla non dicitur ex alia, quãdo ex eius ver-
bis non apparet, cui probationi Iudex adhæſit In
no. in cap. in præſentia de renuntia., & in cap. Ab-
bate ſanè de verb. ſignifi. Bar. l. fin. ff. de iur. om-
nium iud. vbi Bald. in princ. Caſtr. in fin. Alex.
remiſſiuè in fin. Dec. in fine. Iaſo. in fine, & Mar-
ſill. num. 42. vbi alijs exemplis ampliat vſque ad
num. 48. Barto. in tract. de iuriſdict. omnium Iud.
num. 4. & 5. Dec. in l. ſi donatione num. 15. C. de
collatio. Iaſ. auth. non licet num. 11. C. de lib. præ-
ter. & in rep. leg. admouendi, num. 49. ff. de iur.
iur. Boer. in dec. 243. n. 6. Menoch. de arbitr. iud.
caſ. 93. num. 27. vbi ante & poſt pluribus ſimili-
bus oſtendit, & in caſ. 95. Non enim dixerunt ar-
35 bitri ex quo calculo, vel ex quo computu ſic de-
clarauerunt, ſed ſimpliciter acta referunt cum
verbis etiam ex informatione oretenus facta,
quoniam cum habebant poteſtatem arbitrandi
in ſcriptis, & ſine ſcriptis non tenebantur ſcribe-
re in actis omnia, quæ ad iudicandum inueſtiga-
bant ſecundum veritatem Bartol. d. l. ſocietatem
§. arbitrorum num. 26. & 27. ff. pro ſocio, ſi enim
36 modo pars vult probare quòd alia non conſtitit
probatio, niſi illa quæ ex actis legitur vtique poſ-
ſet Barto. ibi num. 26., ſic quoque actor poſſet
probare per teſtes quod aliundè arbitri moti ſue
37 runt ad ſic pronuntiandum aliter quòd ex actis
apparet Bar. ibi, quia quod permictitur reo dici-
38 tur permiſſum actori l. fin. C. vt lite penden. Bal.
l. vniuerſa, C. de precib. imp. off. latè Iaſo. leg. de
die, ff. qui ſat. cog. & per Frecciam de præſentat.
Inſtrument. 8. part. quæſt. 1. Velaſc. conſult. 25.
num. 9. cum ſequ. D. de Franch. deciſ. 661. produ-
cere namque nouam hanc probationem non eſt
excipere de nullitate ex eiſdem actis, ſed extra
proceſſum, cum ex proceſſu ſupra aſſerimus ta-
39 lem ſententiam ſuum habere effectum, Teſtes
enim recipere eſt exceptio requirens altiorem
indaginem, & dari temporis interuallum, & non
dicitur in continenti agi ex eiſdem actis Boer. in
dec. 295. num. 5. Menoch. de arb. iud. caſ. 12. in fi-
40 ne, & caſ. 17. in fine, ſuper quibus enim teſtibus
datur hodiè tam virtute ritus M. C. 73. quàm à R.
pragma. incip. curſu dilationum n. 17. de publica-
tione proceſſus terminus ad repulſam vtrique
parti, quando eſt petita, vt ibi cum Carauita

ſuper eo ritu,& Marant.in ſuo ſpec. 6. par. actu.
41 13.& quando teſtes ſunt repulſati fidem non
faciunt,maximè ex capite inimicitiæ,Grammat.
dec.86.Carau.cit.ritu.73.num.8.Menoch.de arb.
iudic.lib.primo,quæſt.18.& lib.2.caſ.110., imò
42 poſſunt ex aduerſo aliqui teſtes produci notoria
inimicitia affecti,qui ante examen ex incontinê-
ti oblata probatione recipi non poſſunt l. ſi teſtes
§.ſi vero,C dè teſtib. Gramma.cit.deciſio.86.nu.
3.Menoch.loc.cit.caſ.239.num.8. & per Nigrum
in cap.reg.272.num.47.cum ſequen. Imbrian.de
repulſa conſi.1.nu.99. & 100.Thor.in comp.dec.
reg.verb.exceptio inimicitiæ,dum tamen renun-
tietur futuræ repulſæ,Carauit.in ritu 282.num.3
Vnde ſtante iſta probatione facienda currit tem-
pus,& non dicitur incontinenti,& neceſſario ſe-
quitur quòd talis exceptio ad dilatandum oppo-
ſita videatur,cum omnis exceptio de per ſe dica-
43 tur requirere altiorem indaginem ; nàm in eius
diſcuſſione cadit ſubtilitas iuris, Beniniend. in
deciſio.77.num.13. Caualcan.in deciſio.28.n.22
44 par.2. vndè Frecc.de præſent.inſtrum. 16.part.
quæſt.1.num.6.dixit non dicitur quis exceptionē
ſuam in promptu probare,qui ad probandum tē-
poris dilationem poſcit,nam recipit moram,cum
teſtes poſſint non ſolum ſemel, ſed bis repulſari
rit. 79. ſic quoque ſcriptura rit. 73.& 74. non
immerito Dec.in conſ.212.ſuper ſecundo dubio
dicebat,quòd vbi ſufficit ſemiplena probatio po-
teſt contrarium per teſtes probari,& facta proba-
tione debet Iudex maturius cogitare ad iudican-
dum,& iudicare tunc ex ſola relatione periculo-
ſum eſt, ex quibus patet reſponſum ad primum
non eſſe oppoſitam exceptionem ex eiſdem actis
neque eſſe manifeſtum errorem, vt nulla dicatur
ſententia.

Neque obſtat exceptio cuiuſdam chartulæ no-
45 uiter repertæ, quoniam ex illius productione
talis demandata executio impediri non poteſt,
nam vt pariat effectum deberet illa apocha eſſe
ſubſcripta à manu debitoris,& per tres teſtes iu-
xta l.ſcripturas,C.qui potio.cum aut.ſequ.ſi quis
vult,vel ab alio nomine ipſius debitoris,Iaſo.leg.
cum antiquitas num. 12. C. de teſtament. vndè
46 cum ſit chartula non ſubſcripta,& non recogni-
ta non facit fidem , & vt fidem faceret deberet
per ſcribentem,& per teſtes verificari quando ne
garetur latè Menoch.in caſ.114. Velaſc.conſult.
67.num.15.per Affl.&.cum Vrſill.deciſio.181.&
47 quando teſtes ſunt præſentes, vel de facili poſ-
ſunt haberi de æquitate in illu actu poteſt Iudex
ſuperſedere pendente verificatione executionē,
ſecus ſi ſunt abſentes Foller. ſuper prax. cenſ.nu.
62.car.228.in meis, & per Maſcard. de probatio.
48 concluſ.373. quoniam teſtes, & inſtrumenta ad
executionem etiam guarentigiatam impediendā
paribus paſſibus ambulant iuxta rit.M.Cur.175.
vbi Carau.& in alio rit.166.num.59.& 60.quan-
do in promptu producuntur teſtes, vt ibi, modo
49 quòd producitur non eſt Inſtrumentum, quod
dicitur probatio probata ſecundum Iaſo. leg. ius
iurandum, & l.admonendi poſt Bart. & alios ibi
in rep.num. . . ff.de iur.iuran. & in l.error num.
C.de iur.& fact.ign. Menoch.Carau.& Frecc.

loc.cita. Sed quædam chartula non habens for-
mam apochæ,iux.d.l. ſcripturas, vndè ceſſante
ſubſcriptione principalis, vel alterius eius nomi-
ne ſcribere neſcientis, vel teſtium ceſſant oppo-
ſita, quoniam apocham non legitime factam
50 quia non cogitur recognoſcere ſecundum Ca-
ualca. qui congerit omnes in deciſio.34.numer.
11.par.5.& in deciſio.27.nu.54 ver.4.lim.part.2.
quoniam vt cogatur debet illa habere ſua requi-
ſita,de quibus in d.leg. ſcripturas ſecundum Bal.
& Doct.ibi,& Maſcard.de probatio.concluſ.110.
& 111.vt fuſius erit ſermo annuente Deo in dict.
meo opuſculo de donat.2.par.cap.4.quæſt.1.præ-
51 ſumptione 64. & ſcriptura, quæ non habet de-
bitam formam nullam facit fidem,nec debet ad-
mitti per Iudicem, quando præſentatur Bal.in
prohem.ff.§. illud autem ver.ibi iudice.

Neque enim teſtes in ea non ſubſcripti depo-
nere poſſunt Caualca.deciſio.34.num.12. part.5.
cū nemo poſſit deponere id quod ignorat, quia
fides præponenda eſt gratiæ, & potentatui Gloſ.
52 l.diuus, ff.de re iudi.& l.eos teſtes,C.de teſtibus,
& ſi vellent deponere quòd fuerunt præſentes in
illa quando fuit ſcripta iuxta cumulata per Iaſon
in citat.repetit.leg.admonendi à num.85. cum
ſequ.& per Menoch.dict.caſ.114. vbi omnia cu-
mulauit hoc eſt altioris indaginis,vt dixi,ſic quo-
que non obſtant ſi petatur litterarum compara-
53 tio iuxta l.comparationes, C.de fide Inſtrumen.
cum Doct ibi,& per Iaſo. d.l. admonendi,& per
Menoch. dict.caſ.114. quæ exceptio ſecundum
eos nō obtinet in plenario iudicio ſicut obtineret
in ſummario aduerſus executionem, vndè eſt di-
54 cendum quod liquidatum per ſententiam non
debet impediri exequi per illiquida probanda,
ſed eſſe exequenda ſaluo Iure ſuper oppoſitis,
Franciſc.Marc.deciſio.390. numer.3.part.2 Ca-
ualcan.deciſio.35.num.32.prima par. & dec.13.
num.36.2.part.& deciſio.22.num.32.par.quarta.
55 quare agentem grauari ſuperfluo diſpendio per-
mitti à Iudice non debet Alex.in conſi.62.num.
7.volum.2.Crauett.in conſi.140.num 5.& 6. vol.
primo,Caualcan.dec.21.num.16 & ſequent.pri-
ma part. & deciſion.28. numer. 20.60 92. & 93.
par.2.

56 Tum etiam omnis exceptio, quæ non poteſt
probari infra terminum cognitionis per delega-
tum circa executionem faciendam iuxta d.l à di-
uo pio.§.in venditione de re iudic. dicitur requi-
rere altiorem indaginem ſecundum Barto.dict.§.
condemnatum nu.4. quem ibi cæt.ſequuntur, &
Canar.de execut. Inſtrumen. quæſt.9. Caualcan.
deciſio.28.num.12.par.2. Menoch.in caſu 9.nu.
4.& 5.& Gloſ.quæ eſt Barto. in extrau.ad repri-
mendum ver.denuntiationem column.5.ver.illa
autem,inſpiciatur ergo quot tempus exigitur in
diſcuſſione executionis quod arbitrio Iudicis re-
lictum eſt ad hoc conſiderandum ſecundum
Georg.Nat.in clem.ſæpè de verbor. ſignificatio.
57 & gloſ. loc. citat. d.5. column. poſtquàm non
adeſſe mobilia,immobilia, & nomina debitorum
ſtatur relationi nuntij Curiæ dicentis non repe-
rijſſe quod exequi, vt ad perſonam inde deueniaę
tur Bartol.d.l.à diuo pio,§. in venditione num.7.
quem

Digitized by Google

quem ſequitur Iaſo.poſt Alexand.in repet. leg. ſi
conſtante num.226.non facta mentione Barto.ff.
ſolut. matrimon. & Menoch. caſ. 112.num. 20.
58 vel etiam poteſt probari quem non eſſe ſoluen-
do per teſtes,vel per Inſtrumenta debitorum per
eum contractorum, vel per æſtimum bonorum
Iaſo.ibi num.124. de quo non meminit Neguſ.
de pignor.primo memb.8.par.num.14 & 15.poſt
Maſcard.de probatio.concluſ.664 num.7.8.& 9.
qui eo loco ſcriptum reliquit quód per æſtimum
probatur quem non ſoluendo.

Et hoc verum eſſe ex alio patet quòd quando
exceptio nullitatis ad ſolutionem retardandam
59 opponitur,quæ ſolutio delegato eſt mandata, vt
iuris ordine ſeruato fiat, vt in præſenti cum con-
ſilio Doctoris,quod idem eſt dixit Caualca. cita.
dec.par.2. cum neſciant milites quid faciant le-
ges l.penult. cum gloſ. & Doct. C. de iudit. tunc
etiam ſi incontinenti ſe offert probare talis exe-
60 cutio retardanda non eſt, tex.eſt in l.ſatis aperte,
C.de falſ.Petr.de Bexu.Angel.Imol. & Alex.d.§.
condemnatum nu.20. quia præſumitur malitiosè
61 oppoſita, cui malitiæ Iudex fauere non debet l.
itaque fullo ff.de fur. l.ſi quis ab hoſtibus §.fin.ff.
ſol.matrim.§. eſt tamen caſus inſt.de hæred. inſt.
fac.not.per Abb.in cap. ſuper eo in vlti.column.
62 de off.deleg.quòd ſi Iudex contra tertium volen-
tem impedire executionem ſententiæ ratione ſui
intereſſe malitiam præſumit, illum audire non
debet, neque timore appellationis ſententiam il-
lam non exequi,& per Gloſ.ibi dicit Afflict. in
deciſ.225.non audiri tertium venientem ad iu-
ditium calumniandi cauſa principalem, vt con-
tra conuentum litem euitet ſi non eſt principali-
ter intereſſatus, & doceat,& Vantius de nullitat.
in tit.quis poſ.dic.de nullita.num.27.car.30. in
meis,& Menoch.in caſu 18.& Marant.in rep.l.ſi
actor num... ff.de procur.

63 Similiter dicimus quòd nullus admictitur ad
defendendum alium ſine ſatiſdatione,l.& ideo,§.
ſi filia ff.rer. amotar. etiam ſi haberet mandatum
ad defendendum l.vnica, C.de ſatiſda. l. ſi ad de-
fendendum ff.iud.ſol.l.filius familias,& ibi Doct.
ff.qui ſat.cog.& §.pen.inſt.de ſatiſd. tamen actor
64 (quando eſt petita) cauere debet de ſoluendo iu-
dicatum,& de ſtando Iuri in cauſa reconuentio-
nis per d.l.vni.& d.§.pen. etiam ſi dominus pro-
micteret in Inſtrumento procurationis talem
cautionem adhuc non releuatur ſi in loco iuditij
immobilia non poſſidet Ang.Caſtr.& Iaſo.d.l.fi-
liusfam.num.7.ver.2. requiritur, verum ſi appa-
ret quòd *reus* malitiosè reconuentionem oppo-
neret ad *tremen*,vt ſi non ſatis dabit, quia eſſet de
tanta quantitate pro qua nemo fideiuberet iudi-
tium conuentionis non poſſet agitari,actor cau-
tionem illã præſtare non tenetur,& Iudex obtrũ-
cando viam fraudibus debet ad vlteriora proce-
dere ſecundum Franch. in deciſio.311. & quam-
uis Iaſon.d.§.condemnatum nu.12.dicat hanc li-
mitationem non procedere quando incontinen-
ti probatur, nam præſumpta calumnia ceſſare
videtur, cum vna præſumptio validior elidat a-
liam l.diuus ff.de reſt.in integrum,& Vant.d.titu.
quis poſ.dic.de null.num.28. tamen conceſſa hac
Iaſ.opinione non dicitur hoc in caſu incontinen-
ti offerta probatio,vt ſupra probaui,tum etiam
ego non recederem (ſalua meliori determinatio-
ne) pro nunc ab opin.Ange. Alex.& aliorum ſu-
65 pra alleg., quoniam quatuor oculi plus vident,
quã duo,vt dixerunt Caſtr.& Alex,l.Iuris, C.qui
66 admi.& authoritas Iaſ. debet cedere authoritati
67 Ang.& Alex.quoniã Angelus fuit ſolemnis Ad-
uocatus, Franch. in dec.311. nu. 3. & Pater pra-
cticę appellatur à Calcan. in conſ.16. num.46. &
ob excellentem doctrinam verum Angelum ap-
pellauit Caſſaneus in conſ.53. num.8. à quo in
practica recedere tutum non eſt, dixit Dec. in
conſi.79.de quo meminit Carrot.in dec.27.nu.7
& Alexand.nuncupatur Doctor veritatis idem
68 Franch.deciſio.238. & illa opinio dicitur quaſi
communis,& tenenda pro qua maiores Doctor,
authoritates concurrunt, & qui iudicat cum vna
opinione relicta magis communi dicitur errare,
& leges ignorare ſecundum Iaſon.l.iuſiurandum
la prima,colum.3.in princip.& 4.num.5.& 16.ff.
de iureiur.& in leg.ſciendum, §.ſi ſundum num.
7.ff.qui ſat.cog., vnde dicunt non adferre iuſtam
cauſam litigandi, litigans cum vnius Doctoris
opinione,contra quam eſt alia magis communis,
Menoch.de arbitr.iudicum caſu 177.num.4. &
eò magis iſta non procedunt ſecundum Iaſo.d.§.
69 condemnatum in 3.lim.quando cauſa eſt cognita
per ſuperiorem, per quem exequi mandatur, nã
etiam ſi altiorem non exigit indaginem ad exe-
cutionem impediendam non afficit,vt fuit in præ
ſenti.

70 Adducebatur quoquè quòd quando quæſtio
non eſt irretractabilis,vt tortura,membri abſciſ-
ſio,& ſimilia, admictitur tunc executio cum cau-
tione de reſtituendo in caſu retractationis dam-
na,& intereſſe,non obſtante exceptione nullita-
tis oppoſita Alex.d.§.condemnatum nu.23. cum
alijs per Caualca.præc.deciſio.28.num.48. par.2.
D.Rouit.ſuper pragm.de offi.S.R.C.num.18.vt
iam in caſu de quo diſceptatur præſtita fuit,& cũ
dicetur delegatus habet iam certam formam exe
quendi à Iudice delegante M. Cur. & ipſa Mag.
71 Cur.habet etiam legem præciſam circa modum
exequendi iſta lauda,vt eſt pragmatica Regni 21
de reclamatione laudorum, incip. & ſi aliqua, à
qua forma iam ſeruata ab ipſa M.C. Iudex infe-
rior contra eius mentem diuertere non poteſt, l.
ſi filius ibi (ſic caueri Senatores cenſuiſſe) de fal-
ſis,Velaſcus in conſult.68. num.3. cum cauſa in-
terpretationem aliquam non recipiat ſtante cla-
ra deciſione quòd quando reclamatur à ſenten-
tia arbitrorum debet infra duos menſes Iudex,
qui aditur litem terminare, qua terminatione
facta ſi altera pars appellat non retardatur exe-
cutio,ſed exequi debet cum cautione,ad quid er-
go hæc ſpecialis prouiſio ſtatutaria ſeruiret ſi per
quæſtionem nullitatis in exequutione impediri
poſſet;certè pro nihilo, ergo lex non debet eſſe
72 pro ludibrio inuenta l.fin.§. vbi autem periculis,
C.de bonis quæ lib., l.ſi quando in fin. cum Glo.
C.de teſtib. & lex non verbis, ſed effectui debet
eſſe adiecta,l.2.C.communia de lega.

73 Et cum ſit lex noua in Regno ſemper aliquid
quando ſtatuit vltra ius commune debet ope-
rari,ne ſit fruſtatoria, quia augere debet eius di-

Digitized by Google

ſpoſitionem, Bald.l.fin.§.in computatione nu.17.
C.de iu.delib. Iaſon, in rep.l.ſi conſtante num.89.
cum ſequ.ff.ſolu. matrimon., & tenetur inferior
tunc præceptum ſuperioris ſequi d.c, ſignificaſti,
& c, paſtoralis de off. del.
74 Lege enim communi cautum eſt quod quando
oppouitur exceptio nullitatis in execusione
ſententiæ, quæ cognitionem poſcit, ne res iudicata
exequi impediatur præſtita cautione de reſtituendo
in caſu retractationis per noua oppoſita
exequatur ſententia, hanc dicit eſſe communem,
* & ſingularem Cur.Iun, in l. ſi quis in conſcribendo
num.47. ver.pro condimento, C.de pact.
de Medic. in tract.de compenſatio.par.1.quæſt.1,
num.6.7.& 11.
Ergo, & fortius quando lege ſtatuaria idem
cauetur, vt aliquid operetur multa conceduntur,
75 Iaſo.d.num.89.cum ſeq.vnde cum ſic ſtatuat videtur
corrigere, tollere, & annullare omnem
futuram probationem contrariam, quæ ad ipſius
executionem impediendam fieret, Iaſon.in auth,
quas actiones num.30. C.de ſacroſanct. Eccleſijs
76 ex mente Cyn. dicit hoc eſſe ſingulare, cum ſtatutum
ſemper loquatur, & ſit in viridi obſeruantia,
idem Iaſon, in eg.ſi deceſſerit num. 19. ff. qui
ſat,cog. & quod ſtatutum negat, contrafacere homo
non audeat leg. 1. C.de execut.rei iud., quia
77 cautio præſtita rem extare ſemper facit Afflict.
deciſio,356,num.6. Rota Luca.dec.27. num,46.
Caualca.dec,28.num,7.par.2.& inſ.in 22.allegat,
& omnes exceptiones tollit tanquam ſol diſſoluens
omnes nebulas Caualca.ibi num,51. & 12,
78 non immeritò Paul.de Caſtr.in conſi.260.primo
nosab.volu,primo, dixit quòd ſi extat ſtatutum
quod certa forma lauda exequantur ſi laudi ſententia
exequatur coram Iudice loci non poterit
eius executio obiectu nullitatis impediri, quia
ipſe non iudicat, ſed exequitur iudicatum, & deciſum,
neque reſragari poteſt ſtatutum illud interpretari
à lege communi, vt non procedere intelligatur
quando exceptio nullitatis incontinenti
probanda offeratur, quoniam hoc in caſu lex ipſa
noua videtur velle expreſsè corrigere legem
communem, de qua agitur quando eſt cautio iã
præſtita, vnde ab illa quando ſic apparet interpre
79 tationem aliquam ab ea non recipit, ſecundum
Alex.l.ſciendum,nu,4.& ibi Iaſ,num,4.in 3.lim,
qui ſat,cog.
80 Vlterius vt citata pragmatica de reclamatione
laudi circa appellationem effectum habeat debet
victus intra legitima tempora appellare ſcilicet
infra decem dies aliàs contra eum ex ſilentio orta
eſt exceptio rei iudicatæ, d.l.cum antea, C.de
81 arbitr,, quæ loquitur in arbitris nõ arbitramẽtis
ſecundum Bar.& Doct.ibi, & Bar. in l. ſocietatẽ
§.arbitrorum num,14. & 15. ff.pro ſocio, & in l.
arbitro in fin. quem ibi ſequuntur Angel. Alexand.
& Iaſo.ff.qui ſat,cog. Alex. in conſi.53. nu,
6 volum.1,Cœpolla in Caut,93. in fin. Vrſill.ad
Afflict,in dec,132. quoniam d.l.cum antea ſe cõ-
82 cordat cum auth hodie, C. de appellat, vbi infra
decem dies à die ſententiæ, & ſciens victus appellare
debet l,1.§.3.vbi per Doct.ff.quando app,
83 recip, Soccin in reg. 397. cum arbitria ad inſtar
iuditiorum redacta ſint, d.l.cũ antea, & l,prima,
ff.de arb,& Menoch.caſ.8. n,5., quia in arbitra
84 mentis ſecundum præcitatos datur 30.anni Afflict.
d.dec.132.poſt Blaſ. ab Afflict. relatum de
arbitr. & Rouir.d.pragm.2.num.18. & quod di-
85 citur ſententiam minimè retractari cauſa ſemel
deciſas, l.cauſas, & l fratris, C. de tranſ. cũ ſimil.
etiam per inſtrumenta noua reperta, l.Imperatores
de re iud.& l,ſub ſpecie,C.de re iud. Alexan.
conſi.169.volum.2. Boer.dec.307. Marſil.ſingul.
229. poſt gloſ.& Iaſo.& alios in l.admouendi, ff.
de iur. Iur. dicit Paul. de Caſtr. & eſt ſingulare
86 dictum in d. leg. admonen. non procedere in
abitro, & laudo ab eo lato, quia bene retractasur
per Inſtrumenta nouiser reperta, & hoc intellige
cum grano ſalis, ſcilicet pendente reductione ad
arbitrium boni viri, quemadmodum in ſententia
præuia appellatione ſequitur ibi Iaſon. num. 36.
Cœpoll.caut.93.in fin. Thorus in comp.dec.reg.
ver,recurſus car.448. put dicitur de recurſo quã-
87 do conceditur, vt admictatur infra decem dies,
vt in appellatione, quia vt Iudicatur ſactum primitiuum
ita & deriuatiuum, & ſecundatum Marſill.
§.oportunè num.67. in ſua pract. crim., quæ
petita non apparet, ergo deneganda eſt in futurũ
nam cum arbitria ſint ad inſtar Iuditiorum dict.
88 l.cum antea, & d.l.1.quæmadmodum in Iuditijs
omnis terminus eſt cõmunis, & peremptorius, &
ſic etiam dilatio, l.1.C,de dilatio.Cara.rit. 69.nu.
12.vbi ait non poſſe recipi teſtes poſt terminum
89 non citatos, & Iuratos ſua culpa tantum prouenientu,
& per Alexan,conſ.139.volum.2.Marſill.
ſing 283.Addentes ad pragm.9. regni, Rouit,ſuper
pragmatic.2.de teſt.refrenat, iunctis not. per
Fran.-h.in deciſ.57.num.3.Afflict.in conſt.litibus
& Cara,rit.194.ergo ſi non licet poſt terminum,
poſt publicationem timore ſubornationis auth.at
qui ſemel cum DD.ibi.C.de probat.c.2.vbi Doct.
de teſtib.Iaſo.d.l.admo. a num. 12. cum ſequ.
90 Menoch.quæſt.34.lib.1. neque poſt concluſionẽ
in cauſa qua litigantibus claudirur os, Iaſo. ibid.,
& Bal.l.error quæſt.2.& 4.C.de iu. & fa. ig. Menoch.
quæſt. 35. quanto magis poſt ſententiam
tranſactam in rem iudicatam ob non appellationem,
vnde in laudis Barto. expreſsè dicit in d. §.
arbitrorum num.26.quòd poteſt detegi ſententia
iniqua infra tempus appellandi, ſeù reductionis
ad arbitrium boni viri ex nouis probationibus,
vt in alijs ſententijs,
91 Similiter reſpondetur ad id ꝙ de manifeſto errore
dicebatur reuocando illum, reuocare, & ſentẽtiam,
quoniam ſententia Iudicis quando reuocatur
per errorem videre eſt per Barto, in l.conuenire
num.2.& 3.ff.de iudit.per Bal.in l.error nu.
13.C.de iur.& fact.ig.& per Alex,& alios in l.Iudex,
& in l.actorum, ff.de re iud.in arbitrio tamen
dicit Bar.in l.quid tamen ver. item cum ſemel ff.
de arbit, quòd ille poſtquam iudicauis functus eſt
officio ſuo, & in d.§.arbitrorum nu.quinto, Alex.
in conſi.22.num.10. vſque ad fin.volum.5. Menoch.
de arbi.iud.caſ.62. Vitalis in tractatu clauſularum
ver.ſed an Iudex num.1.cum ſequ.cart.
239.in meis, vndè Iudex poſt quam iudicauit, nõ
poteſt declarare ſententiam, quia quæſitum eſt
ius parti de Franch.deciſio.358. Menoch. q.70.ſi
de errore opponitur debet doceri coram illo Iu-
di;

dice, coram quo per viam appellationis reſcindi
petitur Barto. & Alex. loco citat. & Bart. in l. de
rebus in fin. ff. de arbitr. qui cum cognoſcet per
92 appellationem de ſententia ſi eſt iuſta, vel iniqua
cognoſcet etiam & capitula, ſuper quibus eſt la-
ta ſi valida eſt, vel ne, Alex. in conſ. 35. num. 7. ver.
& dato quod in litteris volu. 4. error enim non
93 vitiat, cum non contineat expreſſum l. 2. C. de
execut. rei iud. cum gloſ. & Doct. & in l. 2. cum
gloſ. & Doct. C. quando prouo. non eſt nec. & in
l. 1. §. 1. ff. quæ ſent. ſin. app. recip., Bal. d. l. error n.
13. vt iam ſupra diximus.

Neque ei proficit allegatus iuris error, nam
ſicuti in ſententijs iuris error non excuſat. l. error
94 Iuris cum gloſ. & communiter per Doct. ibi C.
de iur. & fact. ign. quia prætextu erroris cauſa
ſemel deciſa inſtaurari minimè poteſt, l. cauſas, &
l. fratris, vbi per Iaſo. C. de tranſact. l. 2. C. de exc.
rei iud. & l. ſi non tranſactionis vbi Iaſo. C. de iur.
& fact. ig. nam pro veritate habetur d. l. res iudi-
cata de reg. iur. l. ab eo, C. quom. & quando iud.
Iaſo. l. ſi per errorem num. 9. ver. 3. limit. ff. de iu-
95 dic. ſic etiam, & ſententia arbitri dixit Antonius
de Butrio in cap. final. 12. column. quæſt. princ. de
conf. ff.

Neque quis ab errore iuris excuſetur, cum
quilibet leges ſcire teneatur l. conſtitutiones, vbi
96 Bald. & Iaſ. C. de iur. & fact. ig. l. leges, C. de legi-
bus per ſe, vel per conſilia peritorum, & ſi non
agit, ſi habebat in locu illo, & vicino, vt aderant
ei eſt imputandum ſecundum Paul. de Caſtr., &
Alexan. in l. iuris, & ibi quoque Dec. C. qui adm.
Paul. de Caſtr. in l. 1. nu. 2. ff. de Iudit., de Franch.
in dec. 229. prima, & 2. colu. & Menoch caſ. 222.
97 & dicitur eſſe in lata culpa, quæ ſibi nocet Barto.
in leg. quod nerua ver. iuxta prædicta, ff. depo-
ſiti, Dec. in conſi. 206. num. 7. & non tantum
litteratos nomine, ſed facto peritiores conſulere
debet, vt ab errore iuris excuſetur tradit Velaſc.
conſult. 83. num. 26. verſicul. quartus eſt caſus, &
Menoch in caſ. 194. in 7. caſu affert aliam ratio-
nem, quia omnes homines natura ſcire deſide-
rant, & ideò contra naturam eſt, non conſulere
peritiores, his ergo contra naturam delinquenti-
bus parcendum non eſt, iuxta illud Imperatoris
Marci Antonij ſecundi in eius vita deſcriptum,
quod ſcire ea, quæ apud omnes eſt notum quis di
citur animal inter animalia, ſcire aliquid vltra
eius naturam, vel artem, eſt homo inter animalia
ſcire omnia non apud nos educta, Angelus inter
homines, homo ille appellatur, & ille error poſt
98 tranſitum in rem iudicatam ob eius latam cul-
pam minimè allegatur, quoniam non datur ap-
pellatio Abb d. cap. fi. num. 20. ver. ex quo infer-
tur, neque in facto propoſitio erroris conceditur
cum detur illa, vſq; ad ſententiam poſt illam ve-
ro nequaquam d. l. error in gloſ. vbi poſt alios Iaſ.
99 num. 21. cum in facto proprio non cadat igno-
rantia l. fin. ff. pro ſuo, & non ſcire, & allegare eſt
lata culpa l. de ætate, §. pen. ff. de inter. act. & ſi in
quibuſdam per Doctores admictatur, vt per Bar-
tol. in l. non fatetur ff. de confeſſ. per Abb. d. cap.
fin. à num. 20. vſque ad fin. per Iaſo. d. l. error nu.
21. ibi vnanimiter concludunt id vſque ad ſenten-
tiam intelligi, poſt illam vero minimè, cum ſemel
ſit deciſa, & ſibi eſt imputandum.

Refragari enim neque poteſt, ex eo quod di-
100 cebatur hoc eſſe factum alienum chartula illa,
& error calculi, in quo præſumitur ignorantia,
nam Iaſo. d. l. error num. 22. in 3. lim. ſibi rectè ſa-
tisfacit, non militare exceptionem prædictam
quando factum alienum per eum fuit cognitum
& diſcuſſum, ſecundum Roman. in conſil. 381.
nam cautius agere debebat, & cum illis Abb. in
101 d. cap. fin. num. 23. tum etiam illud non pro-
cedit quando in cauſa datus fuit terminus ad con
ſultè reſpondendum, qui ſi petitur negari non
poteſt, l. item, l. deinde in fin. iuncta Gloſ. & Bald.
ff. ex quib. cau. maior. ergò ſi illum ſpreuit fruſtra
legis auxilium indicat, iuxta cumulata per Ga-
gliard. de abſolut. à Iuramento, §. primo, num. 35
& videtur nolle vti beneficio legis, qui illum age
re negligit, Bald. l. data opera, nu. 28. C. de his qui
acc. non poſſ. cum nota. per eum in l. diffamari, C.
de inge. manu., vndè ſi modo allegat audiendus
102 non eſt, Iaſo. d. l. error num. 28. ſimiliter ille
Imperatus erat homo aſtutus, & practicus, & nõ
ruſticus groſſus, per quo circa negotia in iudicio
deducta ignorantia non arguitur, l. athlete, §. de
ruſticis, ff. de excuſat. tutor. Iaſon. in l. ſi quis id
quod num. 32. Alex. num. 10. Bald. num. 3. ver. in
gloſ. ſeq. & ibi Dec. num. 34. ff. de iur. omn. Iudi.
Marant. in ſuo ſpecu. 6. par. num. 94. car. 492. in
meis, & Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 194. num. 3.
& Iaſon. leg. 2. num. 11. ff. ſi quis in ius vo. non
ierit.

Neque ex alio afficit oppoſita notoria nullitas
103 quòd laudum cum ſit indiuiduum l. pedius, §. r.
ff. de arbitr. de Franch in dec. 173. cum Viſconte,
Rouit. ſuper d. pragm. 2. in fine vnus arbitrorum
104 ſine alio iudicare non poteſt, vt ibi, & per Pa-
pienſ. in titu. quo. ag. ad pe. compromiſſ. §. dimit-
tendum, Anna alleg. 72. num. 6. & de Maur. alleg.
2. num. 2. Et ſic etiam ſolus acta iudiciaria fir-
mare, l. item ſi vnus, §. item plures ff. de arb. ergo
cum acta ab vno ſolo arbitro firmata ſint noto-
ria ex eiſdem actis nullitas apparet, quoniam ex
lectura proceſſus hoc non reperitur, nam duo
tantum Decreta legi ab vno ex arbitris firmata,
vnum ad fauorem ambarum partium, quod eſt
105 dationis termini dierum quindecim, qui termi
nus vtrique parti eſt communis, etiam ſi à Iudi-
ce non exprimitur, l. petendę, C. de tempo. in inte.
reſtit. & rit. M. C. 90. vbi Cara. etiam ſi perſonæ
priuilegiatæ concedatur eſt communis, Afflict. in
conſt. obſcuritatem num. . . Carau. ibid. & in
rit. 71. Velaſcus conſult. 25 num. 10. & poterit
reus idem quod actor probare, quod quo modo
procedit vid. Vrſill. in dec. 89 ad Afflict. Anna in
add. ad pragm. de dila. in cauſa dand. poſt prædi-
ctas num. 5. & de Franch. in dec. 269. in fin. cum
106 ergo ſit communis, & citatus tacuit videtur cõ-
ſentijſſe actui illi, l. diem proferre, §. coram ff. de
arb. & ei conſentijſſe videtur, quia fuit præſens,
& potuit impedire, & non egit l. ſæpè vbi plene
per Alex. ff. de re iud. latè Iaſon. in l. quæ dotis à
num. 26. ff. ſolu. matrim. & per Abb. poſt Anto.
de Butr. in cap. nonne de præſump. & vbi requi-
ritur conſenſus alicuius ad perficiendum actum,
qui eo inſcio, & inuito fieri non poterat ſi ſit eò

præ-

præſente,& tacente tacitus conſenſus ad eius præ
iuditium ſufficit,l.non idcirco,ff.de contrah.em-
ptio.l.ſi ſine,§.fin.C.ad velleian.vbi Bald.& leg.2
cum gloſ.C.de acquir.poſſeſſ. Afflict. in deciſio.
368. vbi Vrſill.in 2. dubio, & in add. in dec.373.
nu.2.& 3. tum etiam quando quis poteſt actum
reprobare in iuditio,& non reprobat,ſed tacet vi
detur approbare,& ex poſt facto non admictitur
ad reuocandum, & opponendum l. ſi ab arbitro
vbi Bar.& omnes, ff. qui ſatisd. cog. l.filius fam.
vbi doct.ff.ad maced.d.l.cum antea vbi Doct.C.
de arbitris,& l.1.vbi Doct.C.de relatio, & in ſu-
per in iudicio citatus in aliquo actu ſi tacet in
eius præiuditium conſentijſſe videtur, & vlterius
opponere non poteſt,l.de qua ætate,§.tacuit ff.de
inter.act.Crauett.in conſ.108.volum.primo,Vr-
ſill.deciſio.308. Caualca.deciſio.45.num.12.par.
prima.

Neque eſt curandum de replicatione, quòd &
107 ſi pars tacuit,licet videatur conſentire in termi
no conceſſo ad probandum,non tamen extendi-
tur conſenſus quòd videatur valere decretum fa-
ctum ab vno ex arbitris, quod ſine alio fieri non
poterat, vnde modo quod exequitur poteſt ex-
plicare eius animum quòd nullitati non aſſentijt,
quæ ab illo actu ſeparata erat poteſt allegari gloſ.
in clement.ſæpè in ver.partibus de verborum ſi-
108 gnificat. vndè dicimus quod ſi quis eſt caupo,
nauta,& ſimilis,contra quos pro dannis paſſis iu-
rari poteſt in litem,nauta tamen poteſt contrariũ
probare eius,quod eſt contra ipſum Iuratum,Fe-
lin.& Dec.in cap.propoſuiſti colum.2.de probat.
etiam ſi eo præſente,& tacente ſit iuratum, nam
conſentire non videtur is qui tacet in eo quod eſt
ad ſui præiuditium,l.qui vas. §.vætare, ff.de furt.
quia non videtur conſentire qui tacet actui, qui
à iure eſt conceſſus, vt contra illum exerceatur,
vt latius per Carotium in tracta. de depoſito in
prima par.in tit.de in lit.iur.num.40.& 41. nam
illud non procedit quando parte præſente,ſcien-
te,& tacente ſit iuratum,vel factus aliquis actus,
qui nullus,vel validus ex voluntate ipſius abſtra-
cta abſque miniſterio iuris declarari poteſt, tunc
tacens etiam ad ſui præiuditium conſentire vide-
tur,Carot.loco citat.ſubnectens ſolum operari in
actu,qui geritur non ad alios actus, quia in illis
non extenditur tacitus conſenſus,l.contumacia
vbi Alex.ff.de re iudic. ſecus vero vbi ſolus par-
109 tis non ſufficit conſenſus, ſed miniſterium le-
gis,vel Iudicis requiritur, quia in his ſolus con-
ſenſus non operatur remiſſionem ſolemnitatis
Alex.d.l.ſi conuenerit,ff.de re iud.Bal.l.error nu.
13.& 14.C.de iur.& fact.ig. Iaſon.in repet. l.ad-
monendi num.24.de iureiur. Caualca.deciſio.28.
num.3.par.2.Frecc.de præſentat.inſtrum.8.part.
quæſt.2.Surdus deciſio.208.num.3.4.& 5. nam
quando quis obuiare poteſt, & non obuiat actui,
vt quia appellare potuit, vel dicere de nullitate,
& non dixit videtur conſentijſſe Carocius ibi nu.
44. neque enim poteſt tacere confirmando dila-
tionem termini illam acceptando, ſi vult dicere
de nullitate ex defectu Iudicis proferentis, quo-
110 niam quis non poteſt vti acceſſorio dependenti
à principali,ſi principali non tenet, nam ſi Iudex
non eſt Iudex,ergo omnia facta ab eo ſunt nulla,
vt toto tit. ſi à non compet.iud. Maran.num.97.
car.467. & quicquid accedit actui nullo,nullum
producit effectum l.debitum, C. de remiſſ. pign.
Crauett.in quæſt.de inden.mul.num.3.infin.tra-
cta.de ant.tempo.Frecc.d.quæſtio.8.num.13. &
111 quando ex parte agentis actus principalis eſt
nullus,omne quod ei adhæret eſt nullum l. ſi al.j.
vbi Barto.ff.quæ res pig.ob.poſ. & Bar. l.cum
lex. ver. quando quis in fundo ff.de fideiuſſ. Si-
lice.l.fina.vltim.quæſtio. C.de litigio. Bal.in l.ſi
prædium verſ.2. quæro, C.de iur.dot.& in l.ſi res
quam,C.de præd.minor. Alex. in conſ. 109.vol.
4. Cœpolla caut.131.Vrſill.dec.278. vndè ſi non
112 poteſt valere ex defectu Iudicis agentis, ergo
neque ex effectu vtilitas ſumitur,& dum pars ta-
cuit videtur in illo actu tacito prorogaſſe iuriſdi
ctionem illi ſoli arbitro ſi ſolus iudicare non po-
tuiſſet ex præmiſſa ſcientia actus illius cum detur
prorogatio in perſonam, in qua partes ſe ſubmi-
ſerunt,Barto.Bald.& Caſtr.in leg.1.ff.de iudit. &
113 cum eis Alex.in l.ſi per errorem,ff.de iur.omn.
iudic. & conceſſo quod talis prorogatio non va-
luiſſet nullitas iſta poſt ſententiam opponi non
poteſt iuxta nota. per Alex. & Iaſ.in l.ſi conuene
rit ff.de iur.omn. iudicum, & per Caſtr. in d. l. 1.
114 num. 2. de iudit. imò dicimus quod ex tacito
conſenſu litigantium coram aliquo incompeten-
ti oritur tacita prorogatio Iuriſdictionis, & ac-
quieſcentes in non appellando ligantur ſententia
illius Iudicis,l.prima,C.de iuriſdictio.omn.iudic.
115 & non tantum agendo, vt ille text. loquitur, &
per Bart.Bald.& alios in l.ſi quis ex conſenſu,C.
de epiſc. aud. poſt fuſius adnotata per Abb. in
c.p.& g. de off.deleg. ſed etiam reconueniendo
actorem coram aliquo Iudice incompetenti vi-
detur tacitè in illum prorogata iuriſdictio,& pro
ceſſu compilato non datur exceptio nullitatis.
Afflict.in deciſio.27.cum Vrſill. in add. & quan-
116 do eſt nullum laudum poteſt de conſenſu par-
tium validari,& valet in vim pacti Abb. c.dilecti
filij de arb.Roma.conſ.175.ex leg.2. C.com.vtr.
iud.,non tantum expreſsè, vt aiunt,ſed etiam ta-
citè per prædicta. Rouit. ſuper d. pragm. 2. de
arbitris num.12. imò condemnandum eſſe ad ex-
117 penſas illum,qui malitiosè differt exceptionem
opponere,vſque ad finem litis,qui actu venit ex-
cluſus Iaſo,l.ſi procurator num.17. ver. iſta Reg.
ff.de cond.ind.Marant.in 6.par.memb.2. num.2.
Caualca.in tracta.de tutore num.17.& in dec.14.
num.16.& dec.20.num.6.1.par. Couarr.lib.pra-
cticar.quæſtio.cap.26.num.primo, Carot. de de-
poſito in tit.de ignorantia num.2.4.& 28. Carau.
118 in rit.298. num.2. à quibus cum non reclama-
uit ex tacito conſenſu omnia partium conſenſu
confirmata præſumuntur, Alex.in conſi.30.nu.4.
volum.7.poſt Gloſ.iuncta l.contumacia de re iu-
dic. & l. ſi ea cum gloſ. & DD. C. de his qui acc.
non poſſ.l.diffamari cum gloſ. & Bald. C.de ing.
manu. Bar.l.titia num.8.ff.de accuſa. Crauett.in
conſi.108.num.2.Caualca.dec.45. num.12. parte
prima.

Et tex.in d.§.ſi plures loquitur de ſententia,
119 vt ſolus illam proferre non valeat ibi (ſenten-
tiare,) non autem de actis ordinatorijs, vndè cũ
non detur eadem ratio extendendi in alio non
di:

diſpoſito,quæ eſt in diſpoſito, non debet lex ex-
tendi, l.illud ff.ad l.aquil.l. ſi iuro, §. de iuro, vbi
latè Alex.ff.ſolut.matrimon. & latius per Iaſon.
in aut. quas actiones poſt alios, C. de ſacroſanct.
Eccleſ. & in rep.l.ſi conſtante ff.ſolut. matrimo.
120 & Menoch. in caſu 83. eadem ratio non datur,
nam alia ſunt acta, alia eſt ſententia, cap. quoniã
contra de probatio. vbi Canon. acta poſſunt re-
nocari,vt decreta interlocutoria contrario impe-
rio,ſed ſententia nequaquam,l.quod iuſſit l.Pau-
lus,l.acta,& l.Iudex, vbi per Doct.ff.de re iudica.
Alex.in conſil.90. volum.1. Marſ.l.is qui agreſſ.
num.32.ff.de Sicar. Vital. tracta. clauſul.ver.ſed
an Iudex numero primo,cum ſequen.car.239.in
mets,& Carauit.in rit.276. Marant. 6. par.num.
46.car.461. Velaſc.conſult.47. num.11. Simili-
121 ter ſententia contra minores indeſenſos non
valet,iudicium tamen inchoatum cum eis ſine
curatore valet,Paul.de Caſtr.l.acta,§.contra,ff.de
re iud. Guid.Pap.deciſio.494.& Bar.in fonte in
l.quid tamen, & l.de rebus in fin. ff. de arb. dicit
iudicando diffinitiuè arbiter functus eſt officio
122 ſuo, & denique præſumitur pro ſententia pro
rectitudine, & rititudine quando ab ea non eſt
appellatum l.1.C.de re iudicat.cum gloſ. & DD.
Gram. dec.24. vbi probè.

Tum etiam quando aliqua ſolemnitas non eſt
123 præcisè neceſſaria,ſi interuenerit, ſed minus ſo
lemniter,non per hoc actus vitiatur Iaſ. l.vinum
ver.in Gloſ.mag.ff. ſi cert.petat. & in l.cui num.
15.in fin.ff.de Iur.omn.iud.l.vnica §.primo,C.de
renun.act.& l.qui teſtamento,§.primo,& ibi glo.
in ver.poſſe,ff.de teſtament. Menoch.in caſ.105.
num 21.Gigliar.l.de abſolut.à Iuram.§.1.nu.11.
cum ſeq.non eſt ergo neceſſaria præcisè ſubſcri-
ptio vtriuſque, quia lis tali decreto non finitur,
& eſt vtrique commune, & conceſſo quod pro
124 forma requireretur,cuius peruerſio,vel omiſſio
vitiat actum Afflict in deciſio 355. non procedit
quando forma non eſt tantæ ſubſtantiæ attento
fine Iaſo.l.cum hi §.ſed prætor colum.prima,ff.de
tranſact.latè Velaſc.conſult.52.num. 26.27. cum
125 ſeq.& ſufficit legi implere finem,pro quo con-
dita eſt lex nam de principio non curat quando
legis voluntas ſeruatur inducta,vt actus ille per-
ficiatur Barbat.in conſil. 60. ſtatuto cauetur, &
Rodoanus de rebus Eccleſ.non aliena. quæſt.35.
& 36. vnde cum finis legis ſit vt ſententia com-
muni conſenſu feratur d. §. item ſi plures, omnes
ſic pariter pronuntiarunt de ſoluendo dictorum
ducatorum 4578. reſiduum Mag.Cur.ſic decre-
uit eſſe exequenda iudex delegatus obedire de-
bet,& finem litibus imponere l.1.C.de exc.rei iu-
dic.Velaſc.conſul.51.num.49. Reg. de Pont.de
126 pot.Pror.car.161.nu.36. nam talis iudicantis fi-
nis eſſe præſumitur,l.quid tamen §.1.ff.de arbitr.
Bar.l.cum quis nu.15.C.de iur. & fa. ignor. & ita
fuit executum,in M.C.confirmatum, & demum
facta relatione per S.C.eidem remiſſa, vt pœnes
Citellum.

Mauritius de Apicella I.C.

S V M M A R I V M.

Nullitas quando opponitur in iudicio cognoſcenda eſt, alias procedẽdo ad vlteriora omnia acta ſunt nulla num. 1.

Iudex poteſt reuidere ſententiam nullam ex ratione num. 2.

Iudex à quo quando cognoſcit de nullitate oppoſita, & quando dicitur principaliter coram Iudice ad quẽ propoſita num. 3.

Nulla maior iniuſtitia, quam nullitas nu. 4.

Innouata poſt appellationem reuocantur, & quomodo nu. 5.

Proceſſui nullo partes non poſſunt adhærere nu. 6.

Exceptio peremptoria quando opponitur debet dari terminus, & quid importat datio termini nu. 7.

Litis ingreſſus impeditur ex oppoſitione ipſius exceptionis nu 8.

Forma iudicialis quando omittitur actus eſt nullus nume. 9.

Factum contra diſpoſitionem legis, vel hominis dicitur nullum nu. 10.

Factum contra formam ſtatuti dicitur ipſo iure nullum, etiam ſi a ſtatuto expreſſe non dicitur n. 11.

Iudex ex cauſa iudicari poteſt contra legem ſed an contra ſtatutum nu. 12.

Statutum non derogatur ex contraria obſeruantia relata à Iudice nu 13.

Terminus ad probandam exceptionem peremptoriam quantus eſſe debet nu. 14.

Terminus an diminui poſſit a Iudice nu 15.

Actum pendente dilatione a lege datum nullum eſt nume. 16.

Intellectus ad pragm. reo §. nu 17.

Exceptio ad merita cauſæ quando reſeruari poteſt num. 18.

Teſtes in promptu impediunt liquidationem inſtrumenti nu. 19.

Iuramentum obligat præcisè ad factum, & impedit litis ingreſſum num. 20.

Periurus non eſt audiendus in iudicio nu. 21.

Abſolutio a Iuramento danda non eſt poſt incurſum illius nu. 22.

In vnoquoque actu, in quo lædi potiſt quis eſt citandus num 23.

Stilus Curiæ pro lege eſt ſeruandus num. 24. Et poteſt allegari ad deciſionem cauſarum nu 25. & quando eſt Curiæ ſupremæ debet ſeruari per inferiorem ibid.

Ius dici non poteſt extra ſolitum locum nu. 26.

Mos maiorum ſeruandus eſt ibid.

Extra territorium ius dicenti non paretur nu. 27.

Iudex duorum locorum an poſſit ius dicere in vno loco pro alio num 28.

Actuarius largo modo venit appellatione officialis num. 29.

Frater repellitur ſuſpectus, vt teſtis, vt actuarius, & vt Iudex num. 30.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ALLEGATIO TERTIA.

De nullitatibus aduerſus ordinem iudiciarium oppoſitis, ad intell. R. Pragm. 5. comparente reo.

Pro Cæſare Cumbalo.

IN cauſa vertenti inter Cæſarem
Cumbalum, & Auguſtinum de
medio capite vertebatur non
parua difficultas ſuper quadam
datione in ſolutum eidem Cæ-
ſari per eundem Auguſtinum
facta Viridarij pro ſatisfactio-
ne dotium promiſſarum ab eo-
dem medio capite eius ſorori coniugi dicti Cum
bali, cumque tractabatur de ipſius dationis re-
ſciſſione fuerunt nonnullæ allegatæ nullitates in
cauſa illa, ex quibus Cumbalus inſtabat annulla-
tis actis redacto negotio ad priſtinum audiri for-
miter.
Prima igitur erat nullitas, ex quo à decreto la-
to fuit dictum de nullitate principaliter apud eun
dem Iudicem, quarum pendente diſcuſſione pe-
tebatur ad vlteriora non procedi, alias ad ſuperio
res appellabatur ſuper replicatis nihil prouiden-
2 do fuit proceſſum ad vlteriora, ergo acta ſunt nul
la antequam cognoſcebatur ſuper principali ne-
gotio debebat Iudex pronuntiare ſuper oppoſi-
tis, Franch. in cap. dilecto, quæſtio. 10. ver. vlterius
aduerte de appellat. & Lanfran... in cap. quoniam
contra ver. interlocutoriæ num. 22. de probation.
non fuit de eis habita ratio, ergo totus proceſſus
nullus Franc. ibi ver. ſecundo dubit. & Bal. in l.
tale pactum, §. qui prouocauit in quæſt. 12. circa
fin. ff. de pact. Muſcatell. in pragm. 5. conſ. . . ipſe
met enim Iudex poterat adhuc reuidere eius ſen
tentiam, quia non dicitur functus eius officio
quando contra Iuſtitiam iudicat Doct. in l. Iudex
ff. de re iudic. Vitalis in tract. clauſu. ver. ſed an
Iudex à num. 6. cum ſequen. car. 239. & cum erat
3 principaliter in Iudicio nullitas propoſita ex ver
bis appellat, & æque principaliter de nullitate di-
cit, idem Iudex à quo cognoſcere poterat Vant.
de nullita. tit. coram quo null. propo. poſ. à n. 2.
vſque ad 7. nam quodlibet de per ſe principaliter
ſtat ſeparatum, & propoſitum Vant. in titul. quot
mod. null. in iud. prop. num. 9. licet ſimplex ap-
pellatio contineat etiam nullitatem, cum nulla
4 maior iniuſtitia, quàm nullitas Afflict. in dec. 28.
in ſecundo dubio, cum Vrſill. in add. Vant. d. loco
coram quo num. 5. cui omnino Iudex deferre
tenebatur, c. de priore de appella. & l. quoniam
Iudic. C. de appellat. & Marant. in 6. part. 2. actu
5 principali num. 210. car. 510. & procedendo pen-
dente appellatione ſunt reuocanda innouata per
remedium attentatorum Marant. ibi num. 400.
quia iura prohibēt ad vlteriora procedere eis nō
diſcuſſis latè Brunus de ceſſione bonorum quæ-
ſtio. 34. & vltim. princ. cui nullitati neque par-
6 tes quando proceſſus redditur nullus acquie-
ſcere poſſunt Scaglio. in rit. Mag. Cur. 6. in fine,
& latius per Decium in conſi. 405 num. 34. & 35.
prout ego authoritate Bald. iudicaui in Prouincia
Calabriæ Citra dum fuiſſem Auditor Reg.
Secunda erat nullitas, ex quo fuit oppoſita ex-
ceptio peremptoria, ad quam probandam non
fuit datus terminus ſeruata forma Reg. Pragmat.
(comparente reo) num. 5. ſed proceſſum ad da-
tionem termini in cauſa principali dierum octo,
7 & intereſt, vt ſuper ea detur terminus, nam eaſ-
dem inde ad merita cauſę opponere vlterius non
poteſt ſi in termino non probabit opponens Ad-
dentes ad illam pragmatic. ver. probationibus,
nam ex eius oppoſitione vſquequo ſuper ea non
8 pronuntiatur impeditur litis ingreſſus, iuxta
aliam pragmaticam ſextam (ſi reus) vndè cum
forma iudicialis ſit ommiſſa actus eſt nullus,
9 quia contra legem eſt actum, l. ſi quis inquili-
nos, §. fin. ff. de leg. primo, l. cum hi, §. ſed prætor,
ff. de tranſact. & l. nemo poteſt, ff. de legat. primo,
Velaſc. conſult. 52. num. 26. vbi ait magis attendi
legis formam quam rationem, eo magis quando
non eſt leuis ſolemnitatis, ſed eſt de graui, vt nu.
27. late probat, & dicam infra alleg. 14. ad pri-
mum, nam ſi factum contra diſpoſitionem ho-
minis eſt ipſo iure nullum, d. §. fin. & cap. cum
10 olim de arbitr. idem ergo, & factum contra diſpo
ſitionem legis, cum quo ad nullitatem actus ad
paria iudicentur Innoc. in cap. final. de accuſatio.
Velaſc. loco cit. d. conſult. 47. & Abb. Sicul. in cap.
pro debilitate colum. prima, de offic. delegat. vbi
dicit quod dum ex ſtatuto Iudex iuriſdictionem
iudicandi recipiat, ſi ex eo formam ſtatutam non
ſeruat ſententia eſt nulla, & Afflict. in conſtitu. vt
vniuerſis nu. 23. & in conſt. capitaneorum num.
12. in 7. notab. Anna alleg. 72. num. 3. 4. & quinto
& quando forma eſt tradita à principio actribu-
tiuè iuris, tunc peruerſio vitiat actum Regens de
Ponte in conſ. 36. num. 46. volum. primo, & ſuffi-
11 cit aliquid ſtatuto prohibitiuo caueri, etiam ſine
clauſula annullatiua, vt nullum dicatur ſi contra
fieret, Carauit. in commentar. in pragmat. ſuper
excellentem §. 17. num. 22. & 23. cum ſeq. & in
rit. 44. n. 9. Velaſcus conſult. 87. num. 3. Ann. loco
præcit.
Et ſi Iudex ex cauſa iuſta, & rationabili poteſt
12 contra legem iudicare gloſ. l. quoties in fin. ff. de
probatio. Innoc. cap. primo de conſtitu. Bald. in
l. obſeruare, §. proficiſci quæſt. 11. ff. de offic. pro-
conſul. Bar. in l. ſeruo inuito, §. ait prætor, ff. ad
Trebellian. Alex. in conſi. 19. 14. volum. 7. Vrſill.
dec. 3. Grammat. deciſio. 36. num. nec tene-
tur cauſam exprimere Clarus lib. 5. §. fi. quæſt. 85
ver. vlterius quæro, non tamen poteſt iudicare
13 contra formam à ſtatuto datam, quia ei iniuriam
faceret Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 67. art. 4. Bald. in
l. 2. num. 10. C. de ſenten. ex breu. recit. Dec. conſ.
445. num. 55. Angel. de malefic. ver. quos ſinu. nu.
10. & 13. cum ſolum formam illam ad ſupremũ
Conſilium peruertere liceat ſecundum Bald. leg.
fin. num. 3. C. de legibus, & Doct. in l. ex facto, ff.
de vulgar. & pupillar. in criminalibus ex cauſa
excuſari ſi pęnas auget, vel minuit dixit Maſtrill.

de magiſtr.lib.6.cap.10. num.131. & contraria
Iudicis de obſeruantia atteſtatio non probat,ne-
que ei derogat Caualcan. in deciſio.30. num.10.
par. 5. cum per inferiores Iudices in iudicando
contrarium pronuntiare non poſſunt cum ſint in
volumine aliarum pragmaticarum alias eſt nul-
lum,& punirentur tanquam iudicantes contra
legem Paris de ſindica. in ver.ſtatutum car.147.
in meis.

Tertia eſt nullitas,eo quod Iudex arctauit ter-
14 minum ad probandam illam exceptionem cum
ſtante replicatione fuit datus terminus dierum
duorum,qui debebat eſſe quinque ſeruata forma
dictæ Regiæ Pragmaticæ (comparente reo) ibi
15 (quas probare teneatur infra dies quinque im-
mediate ſequentes) cuius arctatio in præiudi-
cium tertij Iudiei non permictitur Bald. l. de die
nu.4.qui ſat. cog. cum termini ſint ampliandi,&
non limitandi, maximè, quia cauſa arctandi non
concurrit gloſ.in extrauag.ad reprimendum ver.
denuntiationem colum.5.ver.expeditum,Meno-
ch.tradit concordantia de arb.iud. caſ.primo,nu.
8.9.& 10.& in caſ.40.num.12.& caſ.52. de Fran-
chis deciſio.588.num.6.4.part.& deciſio.661.nu.
4.Velaſcus lib.primo, conſultat.conſult.96.num.
5.& 9. vnde pendente dilatione data à lege,vel ab
homine omne totum nullum eſt,ſi quid agatur,l.
ſiuè pars,& ibi Bald.C.de dilat. Romæ fuit deci-
16 ſum in antiquis deciſio.742. Velaſc. d. conſult.
96.& Menoch.loc.cita. & quando dilatio eſt con
ceſſa fauore litigantium, vel tertij non poteſt per
Iudicem minui,alias omnia ſunt nulla, Bart.in
l.quamdiù,la ſeconda,num.6.7.& 8.ff.de acquir.
hæredit. & Marant. in 4.par.diſtinct.17. num.68.
car.231. ſecus quando actus,qui ſequeretur non
eſſet contra dilationem Iuris,Marant.ibi numer.
70.vel eſſet arbitrarium Iudici, Menoch. ibi caſu
40.num.13.& caſu primo,num.10.& caſ.52. Ve-
laſc.ibidem, poſt gloſ.& DD.in cap.cum ſit Ro-
mana de appell.& c. de cauſis cum DD. & gloſ.
de offic. delegat. Thorus in compendio deciſio.
reg.verb. terminus dierum quinque car.540.

Quarta ex his oritur nullitas quòd reſeruatio
17 illius ad merita cauſæ non poterat fieri,quoniam
illa pragmatic.comparente reo loquitur quando
pars nolit probare infra illum terminum dierum
quinque exceptionem illam tunc ad merita reſer
uata intelligitur, non autem quando probare in-
tendit,quia tunc probare tenetur infra dies quin-
que immediate ſequentes, vt iam ſic fuiſſe petitũ
18 ex eo conſtat,& quãdo in promptu offertur pro-
banda dato termino iuris non poteſt ad merita
reſeruari Afflict. refert fuiſſe deciſum in deciſio.
63.Marant.in 6.part.9.memb.nu.16.de Franch.
deciſio.289.num.5.& ſatisfactio petita à reo con-
19 uento iam in promptu oſtendebatur per teſtes,
qui impediunt liquidationem inſtrumenti non
tantum probationem iuxta rit. 175. vbi Carau.
Immo carcerandus erat ille reus conuentus tan-
20 quam periurus ex iuramento delato in Inſtru-
mento illo dationis in ſolutum quod obligat pre-
cisè ad factum gloſ.l.ſi pecuniam,ff.de condit.ob
cauſ.cum Iuramentum ſit validior exceptio om-
nibus exceptionibus litis ingreſſum impedienti-
bus l.prima cum gl. & l.nam & poſtea, vbi Bart.
& Alex.ff.de iur.iuran.cap.1.de lit. conteſt. in ſe-
xto,Afflict.in deciſio.285.num.primo, neque
21 apparet petita iuramenti abſolutio, vt tenebatur
ſaltem ad finem agendi, alias vt periurus non e-
rat audiendus Aneharan.quæſtio.64.prima part,
22 quæ non eſt concedenda poſt eius incurſum Ga-
gliard.de abſolutio.à iuram.§.1. à num.25. vſque
ad finem Anna alleg.83. nu. 7. imò non obſtan-
te iuramenti abſolutione in Sacr.Conſil.non fuit
habitum pro vero,vt audiretur in exceptione hac
allegata peremptoria ſtimulo iuramento Gram.
deciſio.66. in cauſa excellentiſsimi Comitis Sim-
baris.

Quinta nullitas ex quo decretum latum non
23 fuit intimatum actori ergo nullum cum in vno
quoque actu litis conſors eſt citandus l. prima,
§.cum dicitur,ff.ſi cui pluſquam per l.fal. Aret.§.
quadrupli num.44.de action.Dec.in l.fin. nu.44.
C.de ædict.diu.Adr.tollen. neque obſtabat quod
intererat pattonus cauſæ,quia ſi non licet Docto
ri exercere officium Procuratoris cum dicatur
illud vile,&Aduocatus redditur infamis,vt refert
Brunus de ceſſione bonor.10. q. 4.q. princ.num.
12.13.14.& 15.Laur.de Iud.ſuſpect.cap.6.num.7
quamuis contrarium ſit verius, vt multis com-
probat Conſil.Rouit.ſuper pragm. de procurato.
non præſumitur illud mandatum, vnde acta fa-
cta cum non Procuratore ſunt nulla Marant. di-
cta diſtinct.16. num.19. & ſequentib. vt infra
latius.

Sexta nullitas quia decretum latum car. 28. nõ
24 fuit factum die iuridica,vt eſt ſtilus,vnde factum
contra ſtilum Curiæ eſt nullum, Iudex illum ex-
cedere non poſſit cum tanquam lex ſit ſeruandus
Solemnitas actus pro executore vltimæ voluntatis præſumitur quando pro tali ſe geſſit nu.8.

Facta licet extrinſeca præſumuntur ex antiquitate temporis nu.9.

Exceptio mandati, vſque ad quot tempus poteſt opponi, nu.10.

Nuntio creditur in eius officio nu. 11.

Mandatum præſumitur quando actus eſt factus ſuper eo, quod præſumitur ritè factus n. 12.

Mala fides quando præſumitur in contrahente cum aliquo, vt procuratore nu. 13.

Dictum viri probi, & honeſti quando excuſat nu. 14. & bonam fidem præbeat ibid.

Gerens ſe pro procuratore ad vendendum, & tranſigēdum debet docere de mandato, & quomodo num. 16.

Enunciatio mandati in alia ſcriptura an ſufficiat num. 17.

Mandatum præſumitur ex ſubſequuta litis conteſtatione nu.18.

Mandatum præſumitur quando quis eſt vocatus ab alio in Iudicio, vt procurator num. 10 15. & 19. & oritur legitima præſcriptio ex illo actu ibid.

Gerens ſe pro procuratore ſciente domino, & non contradicente præſumitur mandatum, & confirmatio actorum. nu. 20.

Pro ſententia præſumitur legitimè geſtum nu. 12. maximè quando eſt antiqua nu. 21.

ALLEGATIO VII.

De mandato Procuratoris quando ex antiquitate temporis præſumitur.

Pro Reuerendiſſimo Epiſcopo Aliſano Maluez.

Alienatę fuerunt nonnullæ res Eccleſiaſticæ à quodam Reuerendiſſimo Epiſcopo in Emphyteuſim perpetuam, cum omni ſolemnitate, & vtilitate; Dubitabatur de vno ad nullitatem illius actus quòd dum quidam fuit citatus vti Procurator à Delegato Sedis Apoſtolicæ in illorum confirmatione dum mandatum non apparebat in actis ſi præſumebatur ob ſpatium temporis annorum ſexaginta decurſis dicebatur ex parte Reuerendiſſimi, quòd, &
1 ſi ſolemnitas mandati, & qualitas extrinſeca, per ſpatium triginta annorum præſumitur Gozadin. conſi.73.car.109. & Anton. Gabr. de præſumpt. lib. 2 concluſ.prima, num.16. tamen ipſum man-
2 datum non præſumitur etiam per mille annos ſecundum Bald.in l.1.C.de reb.al.non al. & in leg 2. verſ.quæro quid ſi dominus. C.ſi ex falſ. inſtrum. Afflict.in deciſio.345.Grammat.deciſion.103.nu. 83. Caualcan.deciſio. 45.num.11. prima part.dicens illud eſſe quid facti, & qui ſuper facto ſe fundat probare illud debet, Alex.in conſi.191. volu,6. Dec. in conſ.215.n.2.

Sed his non obſtantibus contrarium putaui eſſe verius, quòd & ſi mandatum ſit quid facti illud factum principale per ſpatium 30. annorum præſumitur in actu, vndè ſufficit allegare titulum Procurationis in illo actu, in quo enũciatio ipſius mandati ſit, & cum illo titulo antiquitas temporis indè ſequuta ipſemet Bald. ſibi contrarius in proprijs terminis conſuluit in conſi.337. in princ.colum.fi. vol.1.& quod tenet in d.l.2. aliqua lege non probat, ſed ex capite ſuo dixiſſe refert Dec. in conſil. 638.ver. non obſtat, vnde erubeſcimus cum ſine lege loquimur l. illam C. de collat. & primam

Bal.

Bal.opinionem latè reprobauit Curt.Sen.in con-
ſil.77.ſuper motiuis, & pro hac ſecunda opinio-
ne ponderatur text.in l. fin. ff. de vſu.pro emp. &
3 tex.l.ſi filius,C.de peti.hæred. vbi per decennium
præſumitur mandatum patris interceſſiſſe,vt per
filium facta valeant,communiter adducitur text.
in cap.perueniꝭ de empt. & vend. quòd etiam in
4 tertij præiudicium ſolemnitas extrinſeca per tẽ-
pus 30. annorum præſumitur interueniſſe alle-
gat hæc iura Alex.in l ſciendum num. 14. & ſeq.
ff.de verbor.obligat.& in conſi.79. lib.primo, &
contra Bald.d.l.2. tenuit Dec. in alleg. conſi.638.
in conſi.36.num.8.& in conſ.297.num.3. vbi ad-
ducit eundem Bald.tenere contrarium in conſil.
279.in princ.videndum eſt li. 3. hanc ſententiam
latè proſequitur Crauett.in tracta.de antiquitat.
tempor.in 2.par.in ſect.ex præmiſſis num.58.ibi
quorum refert Iaſon.d.l.ſciendum num.9. ver.9.
5 facit,vbi ait quod & ſi Bald. nemo auſit contra-
dicere ipſe tamen contrarium tenet,quia text. d.l.
filius reſponderi rectè non poteſt vbi requiritur
mandatum patris per l. ſi quis mihi bona §. iuſ-
ſum,ff de petit.hæredit., & tamen propter talem
poſſeſſionem decem annorum præſumitur illud,
& idem Iaſon in l.1.colum.5.num.25.2. limit. &
ibi Dec.num.83.C.qui admi. & Paul. de Caſtr.in
conſi.84. viſa facti narratione volum.1.per Cra-
6 uett. quoque relatum denique ipſe Craue. mira-
tur de iſta differentia poſtquam dicit quòd ſi præ-
ſumuntur ſolemnitates ſubſtãtiales, quibus par-
tes renuntiare non poſſunt, cur ergo idem eſſe
non debet in mandato cum fortius hoc in man-
dato vigeat approbando quis facta per falſum
procuratoré, vt in l.licet,C.de petit.hæred. ſimile
adſert idem Crau.in 3.par.ver.11.num.37. de eo
7 qui diù ſegeſſit pro tutore præſumitur ſolemni-
tas tutelæ,nam arguitur legitima conſtitutio, ſic
quoque de eo,qui rem vendidit tanquam execu-
8 tor antiquitas temporis prodeſt ad validationem
actus Calca.conſi.8.colum.4· poſt medium, & ꝓ
Sindico comparente prò Vniuerſitate præſumi le-
gitimam conſtitutionem ipſius ex temporis anti-
quitate de Mauro alleg.84. & quod mandatum
ob tale tempus 30. annorum præſumatur tenuit
Vrſill.dec.cit.345. dicens Sac. Conſil. ibi non iu-
dicaſſe ex hoc capite quòd mandatum non præ-
ſumitur, ſed ex alijs adductis in ea deciſione, ſe-
quitur Boer. poſt multa relata in deciſio.281.nu.
15.16.& 17. Tiraquell.de præſcr. gloſ. 4. ver.31.
vſque ad 32.Camer.Imper.deciſ.17.nu.136.cum
ſeqq.

Contraria nõ obſtant quod eſt quid facti, quia
9 facta extrinſeca, & intrinſeca præſumuntur in-
terueniſſe in actu ex curſu 30. annorum iuribus
allegatis probatur Lud.Alex. Iaſ. & alij in d.l.ſe-
cundum Felin.in cap.ſicut, num.29.de re iud.&
in cap.illud de præſumptio. Barb.in conſ.33.qui-
dam Salmiſta volum.2.Lambert.de iur.patrona.
art.7.quæſtio.2.lib.1.prima par.vt infra latius erit
10 ſermo in allegatione vltima, & ſi Bald. fuit ſibi
met contrarius, quia in arduis ſemper ſolet va-
riare,vndè non debet allegari ad deciſionem cau
ſarum,poteſt eius opinio tripliciter ſaluari,vt va-
riatio euitetur primo, vt id quod dixit in d.leg.2.
procedat quando quis in Iudicio ſponte ſe obtu-
lit vti alterius Procurator vocando aliquem, vel
reſpondendo, tunc illa qualitas mandati ſuper
qua ſe fundat per eum doceri debet, aliàs ſemper
poſſet opponi,vt aliqui volunt vſque ad litis con
teſtationem Laur.de iud.ſuſp.cap.6. num.10.cœ-
terum ſi iam fuit admiſſus illum non eſſe procu-
ratorem onus probandi tranſit in aduerſarium
ſecundum Boer.præcita.deciſio.281.num.11. vbi
latius,& per Marant.6.par.9.memb.num.58 vbi
ſi poteſt probari per teſtes, & num. 55. late D.
Conſi.Rouit.ſuper Pragma.prima de procurato.
num.25.& de Mauro alleg.84.nu.5.concurrente
temporis vetuſtate præſumi mandatum concur-
rente qualitate perſonæ cõparẽtis,& per Mutam
in deciſio.67.à num.8. cum ſeqq. quod in eo fa-
cto hoc non aderat, nam ille, vt procurator fuit
citatus à Delegato Sedis Apoſtolicę,& per Nun-
11 tium,vt Procurator menſę Epiſcopalis citatus,
cui in verſatis in eius officio eſt credendum gloſ.
cap.cum parati de appellat. Menoch. de arb.iud.
caſu 99.num. 3.& caſ.3.Foller.in pract. criminal.
ver.capiat informationem num.12.car.16.Barto.
in extrauag. ad reprimendum verb. Nuntius, &
Rouit.ſuper pragm.3.de citat. Laur.de Iud.ſuſp.
cap.6.num.58. & 59, & Felin.in d.c. ſicut nu.33.
12 in princip., ait, quod præſumitur de mandato
quando factus eſt actus ſuper eo, qui præſumitur
ritè factus, vt ibi aderat relatio nuntij, & ſenten-
tia delegati in qua dicitur viſis actis, ſubſequuta
temporis diuturnitate, pro qua ſententia præſu-
mitur,cap.quoniam contra de probat., ſic quo-
13 que inter cæteras coniecturas,quibus mala fides
detegitur,vt per Menoch. caſ.225. Capic.dec.86.
& Balb.in rep.l.celius, ff.de vſucap. illa eſt vna
quando emptor emit à Titio vti procuratore Seij
nõ viſo mandato ſi talẽ poteſtatem vendendi ſic
habebat ſi apparet indè illud mandatum inuali-
dum eſſe præſumitur in emptore mala fides ſe-
cundum Balb.ibi num.123,& in tract.de præſcr.
2.par.3.par.princ.q.18. & Menoch. loco cita.nu.
12.non procedere ibi limitant ex mente Ruin.in
conſil.68. num.23. lib.primo, niſi emptor fidem
14 à perſonis dignis habuit illum ſic procuratorem
talem mandatum habuiſſe,ſic etiam dictum viri
probi excuſat idem Menoch.caſ.177.nu.13. imò
præbet bonam fidem cum titulo poſſidenti au-
dienti à viris probis validitatem tituli Lambert.
de iur.patron. 2.par.lib.1.q.1. art.11.nu.4. ver. &
dicit Abb.

Secundo poteſt adaptari opinio Bald. quando
15 aliquis ſponte in Iudicio mandatum illud de
per ſe ſuſciperet,ſecus quando à parte ponitur ci-
tandus, vt Procurator in actis, nam tunc præſu-
mitur mandatum, cum parum interſit parti po-
nere vnum, vel alium in actis ſi non eſſet verus
Procurator,ſic reſpondet Dec. in conſi. 36.num.
8.ver.2.reſpondetur,non enim ſponte apparet il-
le,vt Procurator ſe ingeſſiſſe,ſed citatus à nuntio
mandato Iudicis delegati.

Tertio procedere poteſt Bald. opinio quando
16 ille Procurator comparuiſſet, vel geſſiſſet ſe, vt
Procurator ad vendendum, tranſigendum,& re-
cipiendum pecunias pro Domino ſuo, tunc pro-
cul dubio mandatum originale, vel exemplum
authenticum ad talia faciendum, & ſi non pro-

ba-

baiur non præſumitur illud ſic quoque ſunt ſen-
tiendi Marſil.ſing.323.Gramm.Afflict.& Caual.
17 locis cita. nam quando pro forma requiritur o-
portet apparere de illa forma, ſecundum Boer.
alleg.dec.281.num.15.in princ.Laurent.de Iud.
ſuſp.cap.6. num.11. nec ſufficit enuntiatio man-
dati.vt conſtat ex tali Inſtrumento, ſi non appa-
ret de eius poteſtate circa validationem actus,
quem Procuratorio nomine facit Dec. in conſil.
288.num.8.& 9. & Menoch.in caſ.215. num.12.
quia contra talem enuntiationē admittitur pro-
batio in contrarium cum non præſumatur ex
tali enuntiatione,Iaſo.l.iuris gentium. §.quod fe-
re num.4.ff.de pact.quoniam ex ſubſequuta litis
18 conteſtatione præſumitur pro mandato Crauet.
cita.par.2.nu.60.Boer.ibi num. 12.ver.verumta-
men dicitur,& in ſpecie Alex.in conſi.101. num.
19 7.& 8. lib.7. dicit quod qui vocatus eſt in Iudi-
tio vti Procurator præſumitur pro eius manda-
to,& in l.ſciendum num.45.ff.de verbor.obligat.
Boer.ibique num.17.ver.non obſtat, & arguitur
ex eo bona fides,quæ eſt ſufficiens ad præſcribē-
dum cum illo titulo contractus in eo celebrari,
Boer.ibid. Crau. num.61. vſque ad 65. & dum
20 Epiſcopus non reluctauit,cuius ille Procurator
aſſerebatur præſumitur rectitudo proceſſus, &
omnia in actis enuntiata eſſe vera Caual. cit. dec.
45.num.12. tum etiam quando quis publicè ge-
21 ſit aliquod officiū ſciente Domino, in quo man-
datum requiritur ſi Dominus tacet præſumitur
præceſſiſſe mandatum ad illud agendum, nàm
alias non permitteret illum ſe in eo negocio in-
tricari Afflict.dec.307.num.8.Guid.Pap.deciſio.
172.num.3.& 4.Dom.Conſi.Roui.ſuper pragm.
1.de procur.num.32. & ſic ſentiendum eſſe puta-
ri poteſt Bald.non data ſcientia Domini, & pa-
tientia aduerſarij, ſecus quando ſciret, & taceret
Balb.de præſcript.2.par.3.par. princ. num.29. &
ſeq. car.89. tum etiam quando ſententia eſt an-
tiqua,quæ dicitur elapſo biennio ſecundum quos
refert Gramm.dec.24. præſumitur rectitudo, &
rititudo proceſſus Gram. ibi.

Acquieuit ille Epiſcopus à lite mota in S.C.pe-
nes Carbonem, Commiſſario Domino Marco
Antonio de Morra.

Mauritius de Apicella.

SVMMARIVM.

Priuilegium faciendi nundinas præſcribitur per non vſum per decennium num. 1. ſic, & doctorandi nū.2.

Electus ad legendum quando poteſt legere per ſubſtitutum nu.3.

Conſuetudo viſitandi ſine capitulo valet pro Epiſcopo, num.4.

Præſcriptio, vt immediatè ſubditus ſit Pontifici valet, num.5.

Præſcriptio contra priuilegium non currit etiam immemorabilis quando vti quis prohibetur num. 6. & quando num.7. vel quando eſt conceſſum reſpectu certi loci,& temporis nu.8.

Priuilegium conceſſum optandi præbendas in eccleſia non perditur per non vſum num.9 & quando, ibidem.

Priuilegium nominandi laicum, & clericum non tollitur ſi per mille annos in iure patronatus clericum non nominauit, declaratur num 10 & 12. prout dicitur qui poteſt facere duplici modo,& facit vnico num.11. & 12.

Qui poteſt priuilegio vti largè, & strictè, ſi ſtricte vtitur ſibi præiudicat nu.13.

Præſcriptio an currat contra dominum,qui vtitur vnico actu iuriſdictionis in loco,vel in perſonis n. 14.

Dominium non perditur ex ſola negligentia in non vtē-do nu.15.& ſi vtitur vnico actu videtur in omnibus retinere nu. 16.

Iuriſdictio quando quæritur per alium exercentem in alieno loco nu.17. & 20. & 23.

Obedientia,& ſuperioritas quando præſcribitur remiſſiuè nu. 18.

Poſſeſſio videtur amitti poſſe per dominum, & alteri poſſidenti quæri nu.19. & non dicitur perdi ſi non eſt prohibitus nu. 21.

Iuriſdictio quæ dicitur, & cui ineſſe dicatur nu. 18.

Iuriſdictio quando quæritur ex conuentione paciſcenti nu. 20.

Iuriſdictio quando quæritur ex mādato domini aliquid prohibentis nu 22.

Tria ſunt quæ faciunt quærere dominium, & iuriſdictionem nu 23.

Princeps videns aliqua patrari,& tolerās videtur permittere num 24.

Appræhenſio iuriſdictionis in vna re denotat in omnibus num.25. & quomodo intelligitur nu.27

Iuriſdictio præſcripta in vna ſpecie quando extenditur ad aliam nu. 26.

Priuilegium præſcribitur 40.annis n.30.& ſi eſt facultatis nu.28.

Priuilegio quilibet poteſt renuntiare nu 29.

Titulus in præſumptione priuilegij eſt neceſſarius num. 31. ſecus ſi agitur per viam generalis conſuetudinis ibid.

Priuilegio vniuerſali an poſſit renuntiari n. 32

Iuriſdictio an quæratur per vnicum actum, & quando quoad omnes n. 33.

Poſſeſſio centenaria habet vim tituli, & priuilegij, num. 36.

Titulus conuentionis eſt validus, & ſi eſt coloratus nume.37.

Ex antiquitate temporis annorum 90 omnia præſumuntur ſolemniter acta nu.38

Priuilegio, vt poſſit renunciari,quæ requiruntur, num. 39.

Procurator electus à Capitulo,& Vniuerſitate ad renūtiandum iuribus ſuis,vt legitimus dicatur,quæ requiruntur nu.40. cum ſeqq.

Princeps difficilis redditur ad reuocandum per eum conceſſa nu. 41,

Maior pars non poteſt tollere priuilegium obtentum ad fauorem omnium nu. 42.

Officialem tenere extra proprium locum vaſſallū,eſt grauamen nu.43.

Eccleſia ſemper habet reſtitutionem data leſione enormiſſima nu.44. & 45

Renunciari priuilegio in titulum Eccleſiæ eſt leſio maxima,quæ non nocet Eccleſiæ nu.44.

Res

Res eccleſiaſtica alienari prohibetur inconſulto Romano Pontifice nu. 46.
Alienationis verbo omnis actus comprahenditur, per quem dominium transfertur nu.47.
Renuntiare dicitur alienare nu.48.
Vnire ius vnius Eccleſiæ alteri eſt alienare nu.49.
Dimembratio priuilegij eſt alienatio nu.50.
Tranſigere eſt alienare nu. 51,
Subiuſſio, alienatio eſt nu. 52
Succeſſor in Eccleſia poteſt reuocare actum nulliter factum à prædeceſſore nu. 53.
Rector Eccleſiæ alienans ipſemet poteſt reſcindere actũ nullum nomine Eccleſiæ nu.54
Poſſeſſio debet reſtitui antiquiori poſſeſſori nu. 55.
Priuilegio indiuiduo renuntiari quoad aliqua quando eſt ad publicam, & ad priuatam vtilitatem non poteſt nu.56.
Poſſeſſio non releuat etiam centenaria quando apparet actus nullus ex ſe ipſo nu.57
Aſſenſus quando præſumitur interueniſſe in actu ex temporis antiquitate num.58. & ſi eſt neceſſaria ſcientia illius, qui habet conſentire num. 59. & ſequenti
Scientia domini, cuius ius præſcribitur àn ſit neceſſaria, & ſi ſufficit ſcientia eius officialis in partibus nu. 60.
Præſcriptio non currit Rectore male alienante viuente, nu.62. neque iure reſiſtente num. 63. neque viuente vno de capitulo, vel de Ciuitate, qui male geſſerunt. num.64. neque contra ſucceſſorem ignorantem ius ſibi competere, vel nullitatem actus, num. 65.

ALLEGATIO VIII.

De iuriſdictione quando amicti dicatur, & tertio quæratur cum diſcurſu quod priuilegia conceſſa tollantur, & eis renuntiari valeat, & cum declarationibus ad extrauag. ambitioſæ cupiditati de reb. eccl. non al.

Pro Reuerendo D. Præpoſito Maiori.

IN facto litis vertentis in Vrbe inter Dominum Præpoſitum Maioranum, & Illuſtriſs. Archiepiſcopum Amalfitanum ambo mei Colendiſſimi Domini ſuper conuentione inter Præpoſitũ, Capitulum, & Terram illam Maiori, & ipſum Archiepiſcopum in vrbe ſtipulata ſuper renuntiatione quorundam Iurium, & prærogatiuarum conceſſarum à fœlicis memoriæ Sanctiſſimo Domino Iulio Secundo Pontifice Romano ipſi Præpoſito Maiorano de anno 1502. videlicet, quòd Præpoſitus ille exemptus eſſet à Iuriſdictione Archiepiſcopali cum toto clero, & quòd poſſet cognoſcere primas cauſas Ciuiles, & Criminales ad modum Epiſcopi ſolum ei appellationibus reſeruatis, fuit eo tempore mota lis per illum Archiepiſcopum coram Sanctiſſimo eo tempore de illa exemptione, vnde neſcio quomodo Terra ipſa Maiori cum Capitulo facta procuratione in perſonã cuiuſdam Romæ renuntiauerunt illi Priuilegio quo ad ſpecificata tantum, ſolum reſeruata quòd Præpoſitus poſſet celebrare ad modum Epiſcopi quibuſdam anni temporibus, inſuper præſens Dominus Præpoſitus iterum in vrbe intentauit inualiditatem illius renuntiationis ob graue damnum Eccleſiæ Diuæ Mariæ ad Mare illatum dicens nullo modo, illa fieri potuiſſe, & tanquam facta ſine neceſſitate, & ſolemnitate, vbi nulla declarata debere Præpoſitum ipsũ reintegrari in eius poſſeſſione præfati priuilegij, Cumque Inſtatum pro parte dicti Domini Præpoſiti, vt meritis, & ſeruitijs complacerem hæc breuiter putaui addenda dictis ſatis doctè per ipſum.

Dicebat ille Prępoſitus quòd & ſi Priuilegium
1 præſcribatur, vt eo vti in futurum aliquis non poſſit, cui eſt addendus tex. in l.prima, ff.de nundin. vbi priuilegium alicui Ciuitati conceſſum faciendi nundinas amictitur ſi decennio, vſa non fuit, ex quo tex. Bar. ibi refert quòd priuilegium
2 Aretinis conceſſum doctorandi ſublatum eſt per non vſum, quia decennio non fuerunt vſi, vt modo eſt in Ciuitate Salerni, quæ priuilegium habebat doctorandi in lege Cæſarea, & medicina ſolum vtitur in medicina non autem in lege, quia eo non eſt vſa, faciunt nota. per Maur. alleg. 85. prima par. niſi adeſſet denegatio præſcriptionis per verbũ ſemper, vel perpetuo Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. car. 470. num. 13. cui etiam
3 addi poteſt id quod Bar. not. in l. nemo eſt qui neſciat num. 5. ver. in diuo ad quæſt. ff. de duob. reis quòd Doctor, qui eſt electus ad legendum non poteſt legere per ſubſtitutum, quia eſt electa induſtria perſonæ ratione ſcientiæ, l. inter artifices, ff. de ſolutio. & Bald. l. prima, §. 1. ff. de off. præfect. præ. poteſt tamen legere per ſubſtitutum ſi de-
4 cennio ſic legere conſueuit, præterea faciunt nota. in cap. pen. de conſuetu. in ſexto, vbi valet conſuetudo inducta, vt Epiſcopus, qui conſilium ſui Capituli in viſitatione neceſſe habebat viſitare poſſit, & alià facere abſque eorum conſilio, ſimi-
5 liter id quod dicitur ſubditum poſſe præſcribere contra ſuum ordinarium, vt non ſubſit ei, ſed immediatè Summo Pontifici, & talis præſcriptio valet, Gloſ. & Doct. cap. cum non liceat de præſcript. & cap. cum olim de priuil. & cap. cum perſonæ eod. in ſexto, cum alijs relatis per Felin. in capit. cum acceſſiſſent colum. 9. & 10. cum ſeq. de conſtitution. non cadebat præſcriptio illa in præſenti quæſtione, poſtquam & ſi Præpoſitus Maioranus non exercuit Iuriſdictionem, & alia conceſſa in eo priuilegio præter contenta in noua conuentione inde habita de anno 1517. fuit quia eis vti non potuit virtute conuentionis habitæ, cum Archiepiſcopus eius Superior vti eo priuilegio non permictebat, vndè ſequũtur not. per glo.
6 in cap. vt priuilegia, ver. ſemel in anno in fi. de

pri-

priuileg. quòd quoties reſpectu quid quis priuilegio vti non poteſt ſi nunquam etiam per mille annos vſus non fuerit illud non amictit Balb. de præſcriptio.4.par.5.par.princ.quæſt.4.num.3. & quamuis illa Gloſ. non ſit recepta apud omnes, cum obſtet tex.d.l.prime. & cap.accedentibus de priuil. vbi ſpatio annorum 40. præſcribitur priui-
7 legium, Scribentes ſuper ea Gloſ. dixerunt illam procedere quando priuilegium eſt merè facultatis, alias ſecus eſſet, cum ſpatio annorū illud præſcribatur d.cap. accedentibus vbi Hoſt. & alij, & Calder.in conſi.3.in fin.de conſuetud.& Oldrad. in conſi.172.adaptari poteſt reſponſio Abba. ibidem num.4. in fin.quòd ea Gloſ. vera eſt quia
8 priuilegium erat conceſſum reſpectù certi loci, & temporis, ideò ſi non fuerunt in negligentia in vtendo non currit præſcriptio, nam hoc non conuenit præſenti hæſitationi, quia non obſtanre tacita renuntiatione per lapſum remporis adeſt expreſſa cum ſpecificè ſit renunciatum his capitibus, & io claris non eſt opus coniecturis l.continuus, §.cum ita, ff.de ver.ob. ſic quoque eſt ſen-
9 tiendus Domi.in cap.fin.colum.2. de conſuetud. poſt Ioann.And.& Ioann.de Ligna, quod Canonici ſi ex conſuetudine haberent priuilegium, & facultatem optandi præbendas in Eccleſia ſi voluerint non perdunt facultatem illam, etiam ſi nullo tempore vſi non fuerint, quia illud tacitè ſe habet, non autem quando expreſſe eſt ei renun-
10 tiatum, ſimiliter, & ſic interpretrandus eſt Calder.in conſil.19. in operaria in titul. de præbend. quòd ſi eſt in facultate eligore laicum, vel clericū ad aliquod opus ſi per tempus immemorabile ille laicos elegit, non per hoc clerici virtute præſcriptionis ſunt exempti, ſic etiam & illud quod
11 ibi affert de eo qui facultatem habet nominandi aliquem per ſcrutinium, vel de gremio Eccleſiæ, ſi vſus fuit ſolo actu ſcrutinij, non prohibetur, ex inde alio modo vti cum multis alijs per Felin. lo. præcita: congeſtis, quoniam illa ſe habent quan-
12 do priuilegium eſſet meræ facultatis ſecundum Capic.in dec.134. Iaſo.l.mater num.5. C.de inſt. & ſubſt. & quando illa facultas eſſet expreſſa in mera voluntate, & beneplacito eius, cui eſt conceſſum ſecundum Iaſo. l.fin.num.57. ff. de conſt. princip.; ſed cum hoc priuilegium erat ex mera gratia Pontificis conceſſum, dicendum eſt ergo conuentionem illam ſatis obſtare, ne quoad fauorem, ſit inductum in odium retardatur, leg. quod fauore, ff.de legib.& l.nulla Iuris ratio, ff. de legibus, fauori ſuo quemlibet poſſe renuntiare,
13 l.pen. C.de pact.& quando quis poteſt largè, & ſtrictè vti priuilegio ſibi conceſſo, & vtitur ſolūmodo ſtrictè ſibi præiudicat in eo quod large poterat Iaſo.d.l.fin. nu.56. vt erat in præſenti poſtquam fuit in mera voluntate renuntiantis reſeruare reſeruata, & renuntiare renuntiata, ergo remictentibus iura ſua non datur amplius regreſſus, lege quæritur, §. ſi venditor, ff. de ædilit. edict.

Sic quoque eſt intelligenda doctrina Innoc. in cap. dilectus in glo. ſua in ver. ex eo de Cappell.
14 Monachor. de eo, qui habet Ius, vel vi ſtatuti, vel conſuetudinis, vel priuilegij in aliqua loca, vel perſonas quod quocunque tempore ſtet quo illo in aliquo locorum illorum, vel perſonarum non vtatur, vel omni Iure quod in eis habet, vel aliquo Capitulo non tamen contra eum præſcribitur, quia ſemper poſſidet, & Balb.de præſcript. 2.
15 par.quintæ par. princ. quæſt.3. in fine, neque ex diuturno ſilentio remiſſio illius dominij præſumitur, cum ex ſola negligentia nunquam quis ſuum amictit Ius vbi non reperitur expreſſum in Iure l. in filijs, & ibi Bald. C.de decurio. libr. 50.& Balb.eod.tract.2.par.3. par.principalis, ro.
16 q.num.48. imò Innoc. ibi ait, quod exercendo Ius illud, vel vnum Capitulum illius Iuris generalis in vno ſolo loco, vel in vna perſona in omnibus locis, & perſonis, & Capitulis retinere videtur, & Alex.conſi.88. num.6. volum.5. & hoc argumento quoque vtitur Bald. io leg. Imperium, lect.2.num.14. & ibi Paul.de Caſtr. num.5. & 6. ff.de iuriſ. om. iud. & idem Bald.l.1. num.24. & 26. C. de emancip. lib. & Florianus in l. vna via, ff.de ſeru.ruſt.prædio. Balb.loco cita. & Freccia de ſubſeud. ſin titul. quis dicat. Dux num. 62. & de Maur.alleg.51.num.4. & alleg. 36. num. 3. & D.Reg.Valenz.in conſi.94.num.81. & ſupra dixi in prima allegatione, quia in iſtis Iuribus incorporalibus quæritur iuriſdictio ex ſola poſſeſſione Domini cum patientia ſubditorum ſecundum Bar.l.nec vtilem ff.ex quib.ca.maior. Bald. l.prima, num.10. C. de emancip. lib. & retinetur ſolo animo quando ille non patitur, vt alius exerceat in loco ſubiecto Innoc. c.olim num.1. de reſtitu.ſpoliat. nam Dominus videtur tacitè concedere illi vſurpanti, quando patitur, vt eius ſubditi illi obedientiam præſteot per 40. annos, vel habere pro derelicto Bald.d.l.prima, num.12. latè Iſern.in prælud.feud.q.2.n.35. & videndus eſt Aluar.in cap.primo, col.2.de pac.iur.firm.& Bal. in prælud.feud.3.car. & per Abb.cap.cum non liceat circa fin.de præſcript.& per Bar. in l.hoſtes ff.de capt.& poſtli. vbi quando obedientia, & ſuperioritas præſcribatur, & per Auend. de exequ. mand.Reg.Hiſp.2.par.cap.21.num.2. ver.multa quia hæc omnia quando procedunt ex verbis ipſiuſmet Innoc. declarantur quando Dominus ille poſſeſſionem illius domioij non amiſit alio poſſidente id quod ipſe neglexit, & Abb. in cap. Abbate num.18.de verb.ſignific.& d.cap.cauſa
17 non liceat num. 15. 16. & 17. quæ poſſeſſio hoc caſu dupliciter poteſt amicti verbo ex reuntiatione, & facto ex poſſeſſione alterius ſufferta in eius dominio à vero Domino ſecundum Bar. in l.prima, ff.de acqu. poſſeſſ. Innoc. in cap. venerabili num.3. ver.ſolutio extra de cenſibus, quia ſolo animo quando tertius poſſider dominium illud amictitur tacita voluntate Domini ſecundū Abb.& Inooc.loc.cita.& Gloſ.l.naturaliter, §.nihil commune. ff.de acq.poſſeſſ.& l.ſi quis in §.differentia eod. titu. Alexand. poſt alios in l. prima, num.31. cum ſequent. ff de leg. primo, ſic quo-
18 que Iuriſdictio quæ dicitur Ius quod perſonæ principaliter ineſt ſubiectiuè tamen in loco, & territorio ſecuodem Bar. Alex. Iaſo. & alios l.prima, ff.de iur.om.Iud. poteſt quæri in illo loco, vel territorio faciendo actus Iuriſdictionis, vt carcerando, indulgendo, & portando virgam iuſtitiæ, & ſimilia, & latius per Mutam in deciſio.31. ferè

per

totam,& in dec.99.nu.7.18.& ſeqq. & qui poteſt
facere, & vti, & non vtitur videtur tacitè velle
perdere dominium illud Innoc. d.c.olim Bald.d.
l.1.nu.10. & in l.data opera num.28. C.de his qui
acc. ad poſſ. & in illo caſu non poteſt Dominus
præiudicare, nec tollere ordinem quæſitum ipſi
vſurpati, ex ſua tacita remiſſione facta vtile præ-
19 ſcribat in illo actu Bald.d.l.1. num. 27.Auen.loc.
cit. & quando non eſt prohibitus,vti iuriſdictio-
ne poſſeſſio illius præſcriptione non perditur Bal.
d.l.Imperium la 1.nu.11.ver vlt.& in 2.lect.nu.14
& ibi Caſtr. nu.5. ff.de iur.omn.Iud. quare ſtante
20 præſata renunciatione non eſt dicendum, quòd
noluit vti,ſed quia nō potuit,neque Archiepiſco-
pus quæſiiſſe,ex tacita remiſsione, ſed expreſſa,
vnde Bart. ait in l.quod meo in princ. ff.de acqu.
poſſ. quòd ex ſola conuentione acquiritur quaſi
iuriſdictio alteri,quando paciſcentes habebāt ius
conueniendi,vt declarat Iaſon l.ſi conuenerit nu.
1.ff.de iuriſd.omn.Iud.& quę not.Bald.d.l.data
21 opera num.28. quòd probatur poſſeſsio iuriſdi-
ctionis contra aliquam Ciuitatem in eius territo-
rio, quando in illo vſus fuit aliquo dominio, &
qui vetare potuit,& non vetauit, videtur amiſiſſe
22 ius illud, & ſi mandato facto ab aliquo, vt ſupe-
riori ſi ei obedierit, an ſit contra eum inducta iu-
riſdictio, quod ſic quando non concurrit metus
excommunicationis,& pœnę,vt ibi,& Caualcan.
deciſ.33.nu.25.par.2.& in d.l.1.num.10. & 19.ait
23 tria eſſe,quæ faciunt iuriſdictionē acquiri ſcien-
tia, patientia Domini,& conſenſus tacitus ſubdi-
torum patiendo,& poſſeſsiò Domini poſsidētis,
24 ſic etiam quando Princeps ſcit aliqua patrari, &
tolerat tolerando videtur permittere, Amod.de
Ponte in ſuo conſ. poſt deciſ. Theſaur.57.col.7. in
princ. Abb.loc.cit. ſic & Alex.in l.2.nu.27. & 28.
25 ff.de acquir.poſſeſſ. vbi apprehenſio poſſeſsionis
in vna re denotat apprehenſionem in omnibus,
quando ille actus pręſcriptus eſt de natura terri-
torij in iuriſdictione,tunc cum naturaliter perti-
neat ad territorium videtur acquirendo vnum
actum alium acquirere, ſecus quando vtitur ali-
quo quod eſt diuerſum à natura territorij,vt crea
re tabelliones,quod eſt ex priuilegio, tunc non
videtur acquirere aliam iuriſdictionem,niſi con-
ceſſam Bald.d.l.1.nu.22. quia primo caſu acqui-
rit in genere,licet non ſemper iudicet,ſecundum
eum ibi num. 20. verſ. 3. actu,nam quando alius
26 actus eſt eiuſdē ſpeciei præſcriptio licet ſit odio-
ſa extenditur talis præſcriptio ad omnes alios ca-
ſus eiuſdem ſpeciei, Bald.l.Imperium la 1.nu.11.
verſ.circa vltra ff.de iuriſd.omn.Iud.quem ibi ſe-
quuntur Caſtr.nu.5.& 6. & Iaſ.nu.23. Innoc.cap.
cum dilectus nu.2.& 3.de capp.monach. vt latius
ego adnotaui in d. meo tract.de donat.2.par. c.4.
quæſt.1.præſumpt.54.vbi erit Deo annuēte vidē-
dum, ne hic replicam quod ibi ſcripſi, vndè cum
Archiepiſcopus habebat ante illud priuilegiū iu-
riſdictionem generalem in illa terra Maiori,licèt
erat arctata per illud priuilegium poſt ea conceſ-
ſum,tamen cum ſtante renunciatione erat reda-
ctum eius dominium ad priſtinam naturā,ſi vſus
eſt vno modo,& actu,videtur in omnibus retine-
re,Iaſ.loc.cit.quia facilius retinetur,quàm aliquid
de nouo datur l.patre furioſo ff.de his qui ſūt ſui,

27 ſecus quando tractatur de acquirendo aliquod
ius contra perſonas, tunc ſi acquiſiuit quoad vnū
actū,vt puta viſitādi Monaſteriū non videtur quę-
ſiiſſe alium, vt ex ea cogere poſſit adminiſtrato-
res ad ſibi cōputa reddenda,quia ſunt diuerſa,ma-
xime tertio poſſidente,Caualc.deciſ.33.nu.26.p.2.
28 Afferri pro parte Domini Archiepiſcopi poteſt,
quod ſiuè priuilegium non ſit merę facultatis eius,
cui conceditur ex curſu temporis annorum 40.nō
ſolum 90. videtur illud præſcriptum ex generali
iuriſdictione exercitata per ipſum in omnes de ter-
ra illa, quia tacitè amiſſum videtur in Eccleſia
per tale tempus cap.accedentibus de priuil.ibi (eis
renunciaſſe tacitè videatur,) & Balb.de præſcript.
in 4.par.5.par.princ.quæſt.4.num 5. poſt Cald. &
Oldrad. in cit. conſ. ſupra relatis num. . . & Pa-
pienſ.in ſua pract.libell. in rit. form. opp. contra
29 inſtrum.§ penitùs, & de Mauro alleg.85. in priui-
legio immunitatis Vniuerſitatis, per tantum tem-
pus amiſſi per non vſum, ſiuè quoque ſit meræ
facultatis,quod licet non præſcribatur vllo tempo-
re, ſecundum gloſ.d.cap. vt priuilegia, quam au-
ream ibi Anton.appellat, & multum commendat
Felyn.d.cap.cum acceſſiſſent col.10 verſ.limita
2.Balb.loc.cit.2.lim.reiecta opinione Iaſ. quæ non
eſt in hoc caſu recepta d.l.ſi nu.57.cum congeſtis
per Theſaur.deciſ.16 nu.3. Socc.in conſ.272. non
proſequendo lib.2 Capyc.deciſ 139.etiam ſi eſſet
tempus, cuius non extat memoria hominis in cō-
trarium, tamen hoc fallere omnes dicunt currere
eo caſu præſcriptionem à die contradictionis, cuī
priuilegium habens adhęſit, vt dixi ſupra in alle-
gatione 1.nu. . poſt Balb.de præſcript. vndè cum
30 ſequuta fuit pacifica poſſeſſio ipſius Archiepiſco-
pi cum expreſſa renunciatione, quæ tollit priuile-
gium, iuxta c. ſi de terra ibi (cum liberum ſit vni-
cuique ſuo iuri renunciare) de priuileg. & cap. ad
Apoſtolicum,cap.ſtatuimus de regular.& c.quam
periculorum 6.quęſt.1.cap.exoro de his quæ fiunt
à ma.par.Cap.l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.
& per conſequens non poteſt amplius ipſe Præpo-
ſitus contra pręfatam conuentionem venire, Abb.
conſil.161.num.7.vol.2. quia nulla Iuris ratio, aut
æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro
hominum vtilitate introducuntur ea nos duriori
interpretatione contra ipſorum comodum produ
camus ad ſeueritatem, verba ſunt I.C. in l nulla
31 Iuris ff.de legib.cum qua præſcriptione 90. anno-
rum conueniat quoque titulus ipſius conuentionis
annullans illud priuilegium, iuxta tex cap.1. de
præſcript.in 6.quia ſi non adeſſet obſtante illo pri-
uilegio non poſſet argui bona fides, ad text. in
cap.cum perſonæ de priuileg.in 6. niſi ageretur ex
via generalis cōſenſus populi,quia tunc cum quę-
reretur illud dominium ex conſuetudine, & non
pręſcriptione ſufficeret illud tempus 40.annorum
abſq; titulo,quia communis cōſenſus eſſet titulus,
ſecundum Bal.d.l.1.nu.17.C.de emanc.lib.& tol-
leretur difficultas, quæ poſſet oriri,vt omnes de
populo illo conſentiſſe illi conuentioni appareat
32 cum vniuerſali priuilegio conceſſo renunciari nō
poſſit per particulares c. cum omnes de conſtitut.
& Iaſ.d.l.fin.nu.58.in 3.lim.ver. & per hoc; opor-
tet etiam probare, quod iuriſdictionem in omnes
33 perſonas exercuit ſpecialiter,ſecundum cauſas oc-

currentes, & generaliter per edicta, ſub pœna emà
nata, vt nullus contraueniat eius mandato, vt dica-
tur generalis iuriſdictiò, quo ad omnes acquiſita,
quando alius non poſſidebat, nec prohibuit, vt illi
ſubditi obedirent, vt doctè declarat Innoc. d. cap.
dilectus nu. 2. 3. & 4. de capp. Monach. & Maſtrill.
de magiſtrat. lib. 6. cap. 8. nu. 94. quia per vnicum
actum exercitatum in vna perſona non eſſet quæ-
ſita contra alias, & Boer. deciſio. 227. num. 9. cum
tractetur de acquirendo iuriſdictionem, ex præ-
ſcriptione, ſecus ſi per viam priuilegij, de
Maur. loc. præcit. num. 5. allegat. 5 1. quia tunc vnus
34 actus ſufficeret in vna perſona, Boer. ibid. & Bald.
d. l. 1. num. 28. C. de emanc. lib. ſi enim tempus 100.
annorum eſſet elapſum, hæc adferre parum pro-
deſſent, cum illud tribueret priuilegium intelle-
ctuale, & ciuile, non tantum iuſtum titulum d. c. 1.
& l. hoc iure, §. ductus aquæ, & ibi gloſ. ff. de aqu.
quo. & æſt. c. ſuper quibuſdam §. præterea, iuncta
gloſ. ver. non extent de verb. ſignif. Bal. d. l. 1. nu. 8.
& 9. Muta in deciſ. 29. nu. 14. Cępoll. de ſeru. vrb.
prædior. cap. . . nu. 6. & 7. car. 138. Auend. de exe-
quend. mand. Reg. 1. par. cap. 12. num. 5. cum ſeqq.
Dec. conſ. 468. nu. 3. Balb. de pręſcript. 2. par. 3. par.
princ. 6. quæſt. nu. 10. cum plur. ſeq. Theſaur. deciſ.
16. nu. 4. de Franch. deciſ. 166. nu. 1. cum Viſcont.
in add. & Amend. Aſflict. in conſt. cum ſatis nu. 3.
Gaſpar Antonius poſt dec. Theſaur. 57. eius patris
conſ. 1. nu. 4. & 5. de Ponte conſil. 97. 3. col. vol. 1. &
Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 19. nu. 18. & ſeqq. &
D. Reg. Valenz. in conſ. 33. ferè per totum, & D.
Laratha in conſ. 20. & 80. vbi etiam in regalibus,
& reſeruatis Imperio operatur, & Auend. cit. tract.
2. par. cap. 5. nu. 27. dicens fallere in his regalibus, in
quibus Rex præcipit expreſſum exhiberi priuile-
gium regiſtratũ in quinternionibus Regalibus ſuę
Cámeræ, quia tantum tempus 100. annorum exi-
gitur Balb. ibid. nu. 24.

Igitur ſic omiſſis ad declarationem illius hęſita-
35 tio pendet ſuper validitate tituli conuentionis in-
hitę in renunciando, quem titulum habilem eſſe
dicit Balb. 2. par. 3. par. princ. quęſt. 4. 5. & 6. imo ti-
tulum coloratum cauſatum ex iuſto errore cum
poſſeſſione 40. annorum dixerunt ſufficere, Rota
in nouis dec. 373. Balb. loc. cit. quæſt. 10. nu. 7. cum
36 ſeq. ergo tanto magis ſtante lapſu temporis anno-
rum 90. pro quo omnia ſolemniter acta præſumi-
tur cap. peruenit, cum gloſ. de empt. & vend. Balb.
loc. cit. quæſt. 10. nu. 10. Capyc. deciſ. 16. poſt Crau.
de antiq. temp. 3. par. Franch. loc. cit. Thor. in Com
pend. dec. reg. ver. Dominus alicuius domus in
fin. car. 158.

Sed his, & alijs quæ adduci poſſunt, non obſtan-
tibus cenſui nullam fuiſſe conuentionem illam, &
tanquam nullam per viam reſtitutionis in integrũ,
eſſe reintegrandum ipſum Dominum Præpoſitũ
ad eius priuilegium in titulum illius Eccleſiæ ab
illo Summo Pontifice cõceſſum, & hoc ex duobus
fundamentis, vt paucis agam.

Primum eſt ex defectu inualiditatis renunciatio-
37 nis, quoniam vt priuilegio cõceſſo renunciari poſ-
ſit quatuor requiruntur, ſecundum Paul. de Caſtr.
l. penult. colum. & ibi Iaſ. nu. 14. C. de pact. primò
quòd ius cui renunciatur ſit poſitiuum, non autem
naturale, vel ſanguinis, ſecundo quòd ſit inductũ
mero fauore renunciantis, tertio quòd renuncia-
tio non inducat quid contra bonos mores, vel ad
delinquendum, quarto quòd perſona renuncians
ſit talis, quæ liberè renunciare poſſit, ſcilicet quód
38 aliqua lege, vel ſtatuto non prohibeatur, vt minor,
& mulier, & per gloſ. in l. nulla iuris ff. de legibus,
& quamuis primum, & tertium non accidit in
pręſenti quęſtione, adeſt defectus ſecundi, & quar-
ti requiſiti, patet, quia non apparet alia perſona re-
nuncians illi priuilegio, niſi procurator iam con-
ſtitutus à terra Maiori, cũ Capitulo ad renũcian-
dum, quæ procuratio vt valeat ad validationem
illius non apparet habuiſſe ſua requiſita, ſcilicet
primo, quòd omnes Ciues, ac Presbyteri, & Ca-
nonici ſint citati, & rectè vocati, & congregati,
alias maior pars non præiudicat minori, l. 2. & ibi
Bar. & l. nominationum C. de decur. lib. 10. ſecun-
do quòd dum iſta renunciatio ex mera voluntate
fiebat, non autem neceſſitate, quia ſi Dominus Ar
chiepiſcopus iam litem cęperat in vrbe, ſuper re-
uocatione illius ignorabatur exitus cauſe, quia
dubius eſt euentus litis, l. quod debetur ff. de pecul.
39 & reuocatio priuilegiorum conceſſorum in du-
bio non præſumitur, & difficilis redditur Princeps
ad reuocãdum, ea quæ gratiosè conceſſit, vt addu-
xi latè in d. meo tract. de donat. 2. par. cap. 5. quæſt.
49 in eius renunciatione requirebatur conſenſus
omnium Ciuium, & illorum de Capitulo, nec ma
ior pars in hoc caſu præiudicat minori. ſecundum
gloſ. in cap. cum omnes, & ibi Innoc. Hoſt. Ioan.
Andr. Anton. & Imol. de conſtitut. Iaſ. l. fin. num.
58. in 3. limit. ver. & pro hoc ff. de conſtitut. princ.
40 tertio non ſufficit maior pars Vniuerſitatis facere
contra illud, quod omnes ſimul, & communiter
obtinuerunt, nam in diſſolutione omnium conſen-
ſus requiritur, Innoc. in cap. humilis de maior. &
obed. quoniam cum Papa illud conceſſit ad me-
ram gratiam omnium de terra illa Maiori, maior
pars in ea ſic quæſita non poteſt præiudicare mi-
nori parti, ſi non apparet omnium generalis con-
ſenſus, verba ſunt Innoc. in cap. accedentibus in
ver. imo plus de priuileg. quem ſequitur Abb. in
cap. veniens num. 21. verſ. ad idem de præſcript.
vbi recitando Innoc. ait, quòd tacitè non poteſt
renunciari priuilegio cõceſſo fauore tituli Eccle-
ſiæ, neque expreſsè ſi vellet, & ſi omnes vellent fa-
cere, vnus autem diſcreparet renunciatio illa nulla
eſt, & idem Abb. in conſil. 61. num. 2. vol. 2. vndè ſi
fieret, & Eccleſia læderetur habet illa in integrum
reſtitutionem, vndè per Clericos non poteſt re-
nunciari priuilegio eis conceſſo, quia ratione Ec-
cleſiæ, vel ordinis dicitur conceſſum, & Innocent.
quoq; allegauit D. de Laratha in conſil. 84. nu. 14.
poſt ſcripta viſus, & fauori non poteſt renuncia-
ri quando concernit publicum fauorem loci,
vel perſonarum, Muta deciſ. Sicil. 32. num. 35. igi-
tur cum dignitas Præpoſituræ ſit in titulum Ec-
cleſiæ, cum illis præheminentijs cognitionis cauſa-
rum ciuilium, & criminalium, erat ad vtilitatem
omnium, & dare Iudicẽ extra propriam patriam,
41 eſt vnum magnum grauamen ſubditorum, vt di-
cit Franch. in deciſio. 166. facit ſingul. Anna 560.
ſtante ergo præfata renunciatione apparet enim
ex re ipſa læſio grauiſſima, vndè cum læſa ſit Ec-
cleſia ipſa ſuum habet beneficium reſtitutionis in

inte-

42 integrum Iaſ.l.iuris gentium §. hodie cum tamen
à nu.8, vſque ad 9.ff.de pact. quæ omnia interueniſ
ſe non apparet ex lectura illius procurationis, vn-
dè cum non erat abſolutè ex mero beneficio re-
nunciantis, ſed omnium, omnium conſenſus debe-
bat interuenire.

43 Neque poſſit refragari quæſtio reſtitutionis in
integrum ob lapſum 44. annorum, iuxta tex.in c.
1.de reſtit.in integr, quoniam vltra verba Abb. in
conſ.61.nu.7.vol. 2.quòd fauore Eccleſiæ, cui erat
priuilegium cōceſſum, ſi renunciatur per eius Ca-
pitulum, Eccleſiæ non præiudicatur, quin eo vti nō
poſſit, tamen data, & non conceſſa illa opinione
pro vera, limitatur ille tex.cap.1. vt non procedat
quando apparet ex re ipſa notoria læſio Eccleſiæ,
quia nō obſtante quocunque temporis curſu ſem-
per illa gaudet eo priuilegio reſtitutionis, quia nō
eſt tempus, quod claudit os partibus, ſed cauſa iu-
ſta, qua facta fuit rei Eccleſiæ diſtractio, cum qua
cauſa concurrente, deinde curſu temporis annorū
44.reijcitur Eccleſia ad opponendum de læſione
ſi non eſt ita grauis, quam nemo in re ſua pati vo-
luiſſet, ſic poſt glo.ibi dixit Rodoan.de reb.Eccleſ.
non al. quæſt.78. cap.3. vſque ad quæſt.79. vbi ait
non eſſe fruſtra titulum de præſcriptionibus con-
currente cauſa iuſta ab initio, & de Maur.allegat.
33.num.7.& Reg.Valenz.in conſil.26.num.49. &
conſil.33. num.247. quæ læſio vltra quod re ipſa
liquet quanta ſit, vt dixi patet modo ex quarto
requiſito.

Quod, & quartum requiſitum deficiat, liquet
enim ex Paulina ambitioſæ cupiditati de reb. Ec-
cleſ.non al. in extrauag. qua prohibetur omnis rei
44 Eccleſiaſticę alienatio inconſulto Romano Pon-
tifice, ex quo verbo alienationis comprehenditur
45 omnis actus, per quem dominium de vno in aliū
transfertur l.fin.C.de reb.alien.non alien.cap.nulli
de reb.Eccleſ.non alien.vndè ſiuè ſit totum ius re-
nunciatum, quod erat Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ad
beneficium Archiepiſcopatus Amalphiæ, adhuc
46 non valet, quia eadem ſolemnitas Paulinæ requi-
ritur cum renunciare ſit alienare, Rodoan. de
reb.Eccl.non alien, quæſt.2.cap.12. ſiuè ſit per mo-
47 dum vnionis, adhuc requiritur, & aſſenſus Apo-
ſtolicus, quia vnire alienare eſt cap.1.de reb.Eccl.
non alien.in 6.& Rodoan.pręcit.tract.quęſt.2.cap.
40.dicens in vnione requiri ſolemnitates Iuris ne-
48 ceſſarias in alienatione, ſiuè dimembratio priuile-
gij Iuris quæſiti, cum dicatur perpetua alienatio,
ſecundum Rebuff.in cap.ſine exceptione 12.qu.2.
in ver.vendere, illę quoque ſolemnitates in aliena-
tione ſunt neceſſariæ in dimembratione, Rodoan,
49 ibi quæſt. 2. cap. 43. ſiuè ſit tranſactio, cum illa
quoque dicatur alienatio l. 1. cum gloſ. C. ſi adu.
tranſact.l.non ſolum C.de pręd.minor.cum ſimil.
idem eſt dicendum, vt illa quoque ſolemnitas re-
quiratur, vt de emphyteuta, feudatario, & alijs no-
tarunt Doctores, qui non poſſunt alienare ſine aſ-
ſenſu Domini, vt idem ſit in tranſactione, vt dixi
de donat. 1.par.cap.4. quæſt.38. ſiuè ſit per modū
50 ſubmiſſionis, adhuc dicitur alienatio, quia videtur
ſe ſupponendo recognoſcere illum in Dominum;
in quem Iura illius Eccleſiæ dicuntur tranſlata, ſe-
cundum Anchar.d.c.1.de reb.Eccl.non alien.in 6.
quem refert, & ſequitur Rodoan. d. quæſt.2.cap.
51 41.quare cum deficiat poteſtas renunciantis, quia
non ſeruata forma legis actū illū geſſit, imò cōtra
eius diſpoſitionē, ſequitur, quòd tamquā annulla-
tus extrauaganti ambitioſæ poteſt ſucceſſor in Ec-
cleſia Maiorana præſens Prępoſitus agendo nomi-
ne illius petere reſciſſionem, & reintegrationem in
Iuribus, in eo priuilegio conceſſis, quia tunc Eccle-
ſia ligatur ex cōtractu facto ab eius Prælato, quan
do eſt factus Iuris ordine ſeruato, alias ſemper eſt
nullus, & non ſolum ſucceſſor ſtare non tenetur,
ſecundum Anan.in cap.fin.num.15. ne præla.vices
ſuas, de Franch.deciſ. 35. nu.7.& 163.num.13. ſed
52 etiam ipſemet Prælatus, qui male alienauit, poteſt
agēdo petere reſciſſionem illius, nomine Eccleſiæ,
non autem nomine proprio, ſecundum Rodoan.
de reb.Eccleſ.non alien, quæſt.77.cap.6.nu.1. Api-
cella de ceſſio.bonor.nu.125.vt latius erit ſermo in
53 allegatione vltima, & ſtante præfata inualida con-
uētione, ex qua Archiepiſcopus poſſedit, debet poſ
ſeſſio reſtitui ipſi Præpoſito, tanquam ſeniori poſ-
ſeſſori Caualc.deciſ.45. nu.51.par.1.Couar.pract.
quæſt.cap.17.in fine.

Eſt etiam, & alio modo nulla renunciatio illa,
quoniam vt valeret, fuiſſet neceſsè, vt omnibus in
eius contentis renunciaſſent, vnde cum in eo con-
ceſſa reſpiciebāt, & priuatam, & publicam vtilita-
54 tem, tam reſpectu dignitatis ad modum Epiſco-
palis, quàm iuriſdictionis, & aliorum non poterat,
quo ad publicam vtilitatem, quæ ibi erat conten-
ta renunciatio fieri, cum inſeparabilia erant ad in-
uicem, vt eſt habere magiſtratum in aliena patria,
vt ſupra dixi ſecundum Dec. d.l. penult. num. 28.
C. de pact. & hoc ſit ſecundum fundamentum
defectus aſſenſus Apoſtolici.

55 Neque opitulatur antiquitas temporis annorū
91.allegata, quoniam quando poſſeſſio eſt fundata
ſuper aliquo actu, qui in eius eſſe apparet vitio-
ſus, & non legitimè factus poſſeſſio nihil releuat,
quia ſemper eſt in mala fide, quando ſolemnitas
non ſeruata, vel illegitimè ſeruata, ex illo apparet
Cacheran.deciſ.173.poſt Caualcan.deciſ.45.& 46.
par.1.& in deciſ.40.par.3.de Maurn in allegat.33.
nu.5.& 6.& Marcell.filius alleg.4.& latius erit ſer-
mo infra in alleg.vlt.nu.2.videnda.

56 Similiter neque præſumitur aſſenſus ille ob di-
ctum ſpatium temporis, quoniam ex lectura illius
renunciationis non apparet enunciatio ſpecifica,
de aſſenſu, vt ſi eſſet dictum, ſaluo aſſenſu, vel ha-
bito aſſenſu, quia tunc etiam ſi inde non appareret
antiquitas temporis illum tribuiſſe præſumitur,
Crauett.de antiqu.tem.3.par.nu.27.verſ.limitatur
Caualcan.deciſ.46. num.22. imò quando requiri-
tur aſſenſus facto hominis, vt aſſenſus Delegati in
cauſis à Sede Apoſtolica commiſſis, ille non præ-
ſumitur, ſi non probatur ſpecificè fuiſſe præſtitū,
Bero.conſil.19.nu.14. & conſ.90. nu.4. vol.3. Ca-
ualcan.deciſ.46.num.28.& 29.& d.alleg.de Geor-
gio 3.feū.4.hic autem requiritur diſpoſitione legis
d.extrauagantis ambitioſæ, vndè non præſumitur
curſu temporis 40. annorum, ſi non apparet de
illa enunciatione in actis fuiſſe iudicatum
Romæ, & Papiæ, refert Caualcan.deciſio.8. num.
23. par. 2.

57 Neque antiquitas releuat ad illum præſumen-
dum, ſi actus ille non fuit celebratus cum illa per-

ſona, quæ de eſſe rei habet conſentire, vel ſequu-
ta non fuit diuturna obſeruantia actus, nec conti-
nuata aliqua eius notitia, ſunt verba formalia Fe-
lyn. in cap. ſicut nu. 33. verſ. 7. & vltimo de re iud.
dicens habuiſſe honorem in Ciuitate Lucæ, & Ca
pyc. deciſ. 4. num. 28. & 29. & Afflict. deciſ. 107. nu.
7. vbi ait eſſe neceſſariam ſaltem, Papam habuiſ-
ſe notitiam, vt dicatur confirmata, & Iaſ. l. 1. num.
18. ff. iur. omn. iudic. vbi ait, non præſcribi ius ſu-
58 perioris, ſi non habuit ille notitiam de aduerſa-
rio præſcribente, & ibi Alex. nu. 35. & idem Alex.
conſil. 84. num. 3. volum. 1. Couar. lib. pract. queſt.
cap. 1. num. 10. quando in eo ſcientia arguitur de
facto per eius officialem.
59 Et ne deſit quid intactum Crauett. in eodem
tract. de antiqu. temp. 3. par. num. 29. car. 174. in
meis in ver. vidimus in genere de prædictis nul-
lam faciens mentionem, ait quod quando ſumus
in actu inferioris, vt hic ſi eſt præiudicialis Papæ
requiritur ſcientia, & patienria, & procedat opi-
nio Felyn. & aliorum, quando verò agitur de præ
iudicio inferioris tantum, tunc ſuperioris ſcien-
tia non videtur neceſſaria, verum poſtea air, quod
ſatis eſt neceſſaria ſcientia eius adhuc, vt ſciat
actum, & confirmet, ne ſua lex ſit fruſtratoria,
ideò dicit, quod ſi eſt elapſum tempus, cuius initij
memoria hominis non eſt in contrarium, tunc
præſumitur aſſenſus Papæ, concordat Dec. conſil.
468. num. 4. Gaſpar Anton. in ſuo conſil. num. 4.
& 5. poſt deciſ. Theſaur. 57. ſi eſt minus tempus
non præſumitur, vndè apparente nullitate ipſa
actus iuriſdictionis quæſitus Archiepiſcopo re-
manet Eccleſia cum ſuo priuilegio Bald. l. 1. nu.
29. C. de emanc. lib.
60 Quod tantum tēpus non ſit elapſum, imò mi-
nus, apparet, quia præſcriptio non currir viuente
Rectore, vel Epiſcopo male alienāte, Ancharan.
& DD. cap. 1. & cap. ex tranſmiſſa de præſcript.
Guid. Pap. deciſ. 150. Caualcan. d. deciſ. 45. nu. 59.
61 nequè currit eo poſſidente, quia dum dicta
extrauagans Paulina ei reſiſtebat, dum ſine ſo-
lemnitate facta erat præſcriptio nō decurrit, gloſ.
& DD. cap. 2. per illum text. de præſcript. Caual-
can. ibid. num. 58. Iul. Clar. §. feudum quæſt. 45.
verſic. ſi autem, & non valenti agere, nulla currit
præſcriptio l. 1. §. fin. cum gloſ. & DD. C. de an-
na. except. neque etiam illa currit viuente vno de
62 Capitulo, vel de Vniuerſitate, qui in illa conuen-
tione contra Paulinam interfuerunt, quia dolus,
& fraus nemini debet patrocinari, l. itaque fullo
de furib. Caualcan. deciſ. 29. nu. 26. par. 2. & deciſ.
45. num. 59. neque contra ſucceſſorem ignoran-
63 tem ius eius Eccleſiæ competere Alex. conſ. 81.
in fin. vol. 5. Caualc. d. nu. 59. & in nu. 13. & 14. &
de Maur. alleg. 32. nu. 5. 6. & 7. vnde deductis his
temporibus non remanet tempus etiam 40. an-
norum; Fuit conſultū Romæ, cum Domino Ve-
raldo, & alijs Aduocatis Conciſtorialibus, & re-
ſponſum fuit ſecundum has meas allegationes,
quæ conſeruantur pœnes præfatum D. Præpoſi-
tum, lis tamen adhuc eſt ſub Iudice in Audito-
rio Romano; Commiſſario Domino Porfirio.

Mauritius de Apicella I. C

SVMMARIVM.

Prior in tempore potior in iure nu. 1.

Legatum relictum filiæ dicitur tacitè pro dote legatum nn. 2. & dicitur ad tempus nuptiarū legatū nu. 3.

Legatum pro dote dicitur loco dotis, vt filia à ſucceſſione excludatur num. 4.

Legatum pro dote dicitur conditionale etiam in patre, vndè præmoriente ante nuptias dicitur caducum numer. 5.

Hypotheca pro dotis legato non oritur, niſi à die quo impletur n. 6. & ſi medio tēpore alius contraxit cū hærede præfertur filiæ nu. 7. idem in legato in die n. 8.

Diſpoſitio teſtatoris regulatur ſecundum mentem ſtatuti loci num. 8.

Frater tenetur dotare de paragio tēpore nuptiarū nu. 9.

Legitima poteſt diminui per ſtatutū in quantitate, & in tempore num. 10.

Pro legitima non datur tacita hypotheca, ſed condictio ex lege num. 11.

Quando nō reſeruatur actio legati dotalis, & ſtipulatur dotis promiſſio videtur nouatio inducta in præſtatione, quo ad hypothecam nu. 12.

Nouatio fit expreſsè, & tacitè quando additur, vel minuitur in quantitate nu. 13. & naſcitur ſaltem ope exceptionis num. 14.

Nouatio fit per interuentum nouæ perſonæ, abſque proteſtatione actionum antiquarum nu. 14.

Nouatio fit quando alteratur actio præcedens nu. 15.

Vir poteſt ſibi præiudicare in dote, & eo agente obſtat exceptio nouationis nu. 16.

Bona hæreditatis pro legatis, quando ſunt obligata num. 17. & quando naſcitur in bonis ipſius, & qua actione tenetur ibidem.

Actio perſonalis nata contra hæredem pro legatis etiam anterior non præfertur hypothecæ expreſsè poſteriori num. 18.

Creditor hæredis etiam poſterior præfertur creditori defuncti anteriori, ex ſola aditione nu. 19.

Legatum vſusfructus teſtatoris pro muliere, ſtantibus filijs ſola alimenta importat nu. 20. etiam ſi filij ſunt ſecundi matrimonij nu. 21.

Alimenta, vt mulier petere poſſit in quo loco debet morari operando num. 22.

Ex quibus verbis iudicatur ad fauorem filiorum legatū relictum alimentorum mulieri nu. 23.

Alimenta mortuis filijs non debentur nu. 24.

Alimenta non petita quando cenſentur remiſſa nu. 25.

Alimenta præterita non petita, non habent priuilegium, vt præſentia nu. 26.

Legataria pro alimentis non poteſt ſuper vno corpore agere, ſed cōtra omnes hæredes pro portionibus n. 27.

Actio abſenti ex ſtipulatione Notarij non quæritur, ante ratificationem, & ceſſionem nu. 28. & ſi alius contraxit medio tempore eſt anterior nu. 30.

Conſtitutum non datur inter abſentes nu. 29.

Hypotheca non trahitur retro facta ratificatione in tertij præiudicium, qui medio tempore contraxit nu. 31.

Creditor non agit ſpeciali hypotheca, niſi prius facta excuſſione ſpecialis hypothecæ nu. 32. eo magis quando eſt alter creditor hypothecarius nu. 33.

Fundus quando præſumitur datus pro dote ineſtimatus num. 34.

Creditor quando eſt conſultum ei de ſpeciali re non agit ad præiudicium aliorū ſuper alijs corporibus n. 35.

Mulier

Digitized by Google

Mulier ſi fuit adminiſtratrix non agit pro dote, ante redditam rationem nu. 36.
Creditori prius ad ſententiam venienti pretium eſt liberandum nu. 37. & quando ad cautionem non tenetur nu. 38. intellectus ad l. is à quo.

ALLEGATIO IX.

Demonſtratio quæſtionum non inutilium diuerſis in rebus, cum intellectu l. is à quo ff. de rei vend. cum deciſ. S.C.

Pro Authore.

DEPOSITVM ducatorum
210. factum in actis præſentatũ
molendini quon. Ioannis Ange
li, iam venditi inſtante me ipſu,
ex ſententia iam lata ad fauo-
rem Lucæ Matthei de Apicella
V.I.D. mei genitoris, vti credi-
tõris, præuia ceſſione Magnifici
Ceſaris de Ponte ducat. 514. de anno 1582. mihi
1 eſſe liberandum, non debere dubitari, ex eo prio-
rem in tempore, potiorem in Iure, c. qui prior
de reg. iur. in 6. l. eos C. qui pot. neque aduerſatur
primo loco creditum Philippi de medio Capite
viri Berardinæ Palombæ ſororis dicti Ioannis
Angeli, & fratrum filiorum quon. Andreæ com-
munis patris, nam vt facto iura concordent, illud
eſt tale.

2 Andreas prefatus in eius vltimo teſtamento fi-
liabus fœminis inſolidum vntias 45. reliquit di-
cto Ioanni Angelo ceteriſque filijs relictis vni-
uerſalibus heredibus, cum hac tamen conditione,
vt illas habeant tempore nuptiarum, tacitè auté
licet, non ſit expreſsè cautum ex cauſa dotium,
3 legatum illud factum præſumitur l. quod autem,
& ibi Bar. ff. de iur. dot. dicitur illud conditionale,
4 etiam ſi non eſſet expreſſum tempus nuptiarum
l. ſancimus C. de nupt. ex quo ſequitur, ſtante ſta-
tuto in Regno, quod fœminæ non ſuccedant ſi
fuerint dotatæ cum dos conſtituta ſit dicitur do-
tata quo ad patrem, vt excludantur à ſucceſſione,
ſecundum Bar. & alios infra, quòd ſi ante nuptias
aliqua, ex eis eſſet præmortua, tanquã conditio-
5 nale nõ trãſmitteretur ad heredes, ſed efficeretur
caducum, iuxta l. 1. §. ſin autem aliquid ſub con-
ditione C. de cadu. toll. tenuit hoc Bart. in l. titio
centum §. titio genero ff. de condit. & demonſtr.
num. 4. 5. & 6. & ibi Paul de Caſtr. in patre legan-
te dotem filiæ dixit nu. 8. verſ. circa ſecundum, &
tertium paſſum, & idem Caſtr. in l. quoniam in
prioribus nu. 6. & 7. C. de inoffic. teſtam. refert ſic
6 pluries conſuluiſſe, ſequitur ergo, quod hypote-
ca, quæ à lege pro legato data eſt, nun oritur, niſi
tempore exiſtentis cõditionis, & eius implemen-
ti, quæ poſtquam eſt nata, non trahitur retro ad
tempus mortis teſtatoris, prout in contractibus
dicitur, & à die purificationis illius erunt bona
7 teſtatoris tacitè obligata, vt creditor ille, qui me-
dio tempore contraxit cum herede potior erit in
bonis teſtatoris, nec ad eius præiudicium trahitur
ad tempus mortis Neguſ. de pignor. in 1. membr.
5. par. num. 19. & 22. & idem eſſe probat in legato
facto in diem, idem loc. cit. in 3. memb. 8. par. nu.
3. conſtat ergo ex actis ante implementum illius
contractam fuiſſe hypothecam de anno 1582. cu-
ius de Ponte ſum ceſſionarius.

8 Et inſpecta Regni Conſtitutione in aliquibus,
adhuc ille eſt poſterior, quoniam teſtatoris diſpo
ſitio ſubauditur, vt ſtatutum loci loquitur Soccin.
in proprijs rebus in conſ. 73. num. 13. & 15. vol. 4.
Alex. in conſ. 55. nu. 2. vol. 4. Alex. in addit. ad con-
ſuetud. Neap. ſi aliquis moriens ver. circa iſtum
teneo contrarium, cauetur illa conſtitutione, vt
ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant habi-
9 ta dote de paragio, quæ dos reſpectu patris, dici-
tur iam conſtituta, cum ſit legata Bart. & Caſtr.
loc. cit. & reſpectu fratris præſtanda eſt tempore
nuptiarum, Afflict. ſuper ea conſt. quæſt. 8. ſi ergo
ad tempus nuptiarum illud refertur, ergo ab illa
die tacita eſt inducta hypotheca, eo magis, quia
10 ſtatutum poteſt legitimam minuere, & in tẽpore
onus adijcere Bar. Paul. de Caſtr. & Affl. loc. cit. &
per Soccin. in conſ. 30. vol. 1. neque in legitima
11 illa datur tacita hypotheca, ſed cõdictio ex lege,
ſecundum magis receptam opinionem Neguſ. de
pignor. 4. membr. 2. par. in 24. caſu Vrſill. ad Affl.
in deciſ. 162. & D. de Franch. in deciſ. 374. nu. 17.
cũ alijs additis per Viſcont. in addit. ad eum, D.
Conſil. Rouit. ſuper pragmat. 24. de feud. num.
61. & ſeqq.

Secundo modo reijciendum eſſe puto, nam tẽ-
pore nuptiarum in capitulis matrimonialibus, ille
12 Philippus ſibi non ſeruauit actionem illam le-
gati, ſed tantum fuit ſtipulatus dotem ſibi ſoluen
dam à fratribus Berardinæ, ex qua ſtipulatione,
cum in ea illud legatum ſit incluſum, inducta eſt
nouatio actionis, & erit creditor à die ſtipulatio-
nis denominandus, ſecundum Bar. in l. 2. nu. 2. ff.
13 de nouat. quo tempore iam ille de Ponte erat cre
ditor effectus, & ſi nouatio hodie non fiat, vbi ex-
preſsè non eſt actum l. fin. C. de nouat. Reuſner.
deciſ. 44. num. 15. par. 3. dicitur etiam tacitè fieri,
quando ſecunda ſtipulatio addit, vel diminuit à
quantitate debita per primam obligationem, ſe-
cundum gloſ. d. l. fin. ver. naturalibus, & ibi Salyc.
in fin. cum ſaltem ope exceptionis dicitur ipſa
14 nouatio inducta ſecundum Bar. d. l. 2. Peguer. qu.
crim. c. 47. verſ. ſed quidquid cum ſeqq. cum dos
promiſſa ſit plus legati vntiarũ 45. dicitur etiam
fieri per interuentum nouæ perſonæ obligantis,
abſque proteſtatione actionum antiquarum, Af-
flict. cum Vrſill. dec. 353. Boer. deciſ. 221. nu. 13. &
per nouã ipſam ſtipulationẽ dicitur alteratã pre-
cedens actio, quando partes tacitè voluerunt, li-
15 cèt non expreſsè, & ipſius nouatio inducitur, de
Franch. dec. 15. cum nou. addit. quando coniectu-
ris ex ſtipulatione ſequuta perpendi poteſt noua-
tionem voluiſſe inducere, vt ex Franch. Vrſill. &
alijs relatis, cum ſolo interuentu nouæ perſonæ,
hodie nouatio non inducatur ſecundũ illos, & de
Ponte conſ. 131. nu. 138. vol. 2. Afflict. cum Vrſill.
deciſ. 44. & deciſ. 13. & latius per Mutam in deciſ.
33. de Anna conſ. 45. num. 6. & 7. cum ſeqq. vt vi-
debatur in prædictis tacitè voluiſſe diſcedere à

primeua actione legati, ex contentamento, & ex
verbis claris in dictis capitulis apparentibus, agit
ergo vir ipſe non vxor legataria noua perſona,
ex ſtipulatione autem dictum, ergo ſaltem excep
tione eliditur.

Tertio loco, neque eſt audiendus, quia non
16 agit legataria, ſed vir ſuperſtis, qui potuit hypo
thecæ dotali præiudicare, licet non mulieri, & ei
agenti, abſque nulla reſeruatione, obſtat illa
ſimplex ſtipulatio dotalis Iaſ. in l. quæ dotis nu. 1.
ff. ſolut. matrim. Neguſ. d. 4. membr. 2. par. nu. 86.
verſ. intellige.

Quarto loco afferebatur molendinum vendi-
tum non fuiſſe de bonis Andreæ legantis, ſed re-
fectum de pecunia illius de Ponte, vt eſt iam in
alio proceſſu probatum per ipſum Ioannem An-
17 gelum cohæredem, vnde bona hæredis pro legato
non ſunt tacitè hypothecata, niſi teſtator expreſ-
sè obligauiſſet, quæ non haberet effectū, niſi adi-
ta hæreditate per hæredem, ob quam aditionem
ſola perſonalis actio, & non realis naſcitur in bo-
nis hæredis, ſecundum Bart. in l. 1. in fin. C. com-
munia de leg. Neguſ. d. 4. memb. 2. par. num. 159.
18 quæ perſonalis etiam anterior non prefertur hy-
pothecæ expreſsè poſteriori d. l. eos, poſt gloſ. Sa-
lyc. & alij C. qui pot. & in bonis hæredis præfer-
19 tur creditor hæredis, etiam cum hypotheca po-
ſteriori, latè de Franch. in deciſ. 53. & deciſ. 321.
cum eius addit. in fine, vndè ſecundum eum ſuc-
cedit ſeparatio bonorum, iuxta titulum de ſepa-
rat. bonor.

20 Neque ſecundo loco aduerſantur Iura allega-
ta per Autiliam Ferregnam vxorem præfati An-
dreæ legatariam in alimentis, in locum vſusfru-
ctus omnium bonorum à viri relicti fauore filio-
rum, ſecundum gloſ. communiter approbatam,
& ibi Bal. & alij in auth. hoc locum C. ſi mul. ſec.
nupt. & Caualcan. de vſufruct. à Mar. vxor. relict.
21 1. nu. 17. etiam ſi ſunt filij ſecundi matrimonij, vt
eſt in præſenti, ipſemet nu. 32. quia illa alimenta,
22 vt petere poſſit, debet ſimul cum filijs habitare
in eadem domo teſtatoris, Caualc. loc. cit. nu. 138
& eius opera ad illorum beneficiū erogare, Guid.
Pap. deciſio. 296. & Capyc. deciſ. 24. num. 30. poſt
fuſius notata per Menoch. de arbitr. caſ. 170. quę
23 in hoc caſu cenſentur relicta fauore filiorum, non
autem illius per verba illa donec, quamdiù, & ſi
vitam vidualem ſeruabit facta mentione filiorū,
Decius in conſ. 485. à num. 4. cum ſeq. vndè cum
24 mortui ſint omnes filij, ipſa nullo modo illa pe-
tere poteſt, quia ceſſat cauſa, ob quam ei illa ali-
menta fuerunt relicta l. in teſtamēto la 2. vbi Bar.
ff. de condit. & demonſtrat. Dec. loc. cit. & Caualc.
loc. cit. num. 41. vndè cum non ſit in probatis de
prædictis nō eſt audienda, & quod dicebatur ſal-
25 tem pro alimentis, antè eorum mortem debere
concurrere in ipſa liberatione non procedit quan
do ipſa neglexit pro tempore præterito petere,
nam cum tacitè remiſſa illis cenſeantur non po-
teſt amplius agere, Theſaur. in deciſ. Pedemont.
44. quoniam Iudicis officio petuntur, licèt homi-
nis diſpoſitione debeantur, Dec. in l. de alimentis
col. 2. C. de tranſact. imò etiam diſpoſitione legis
debētur cum eius diſpoſitione vſusfructus gene-
ralis legatus fauore filiorum conuertitur in ſola
26 alimenta, quo caſu ſi non ſunt petita, peti non
poſſunt, Theſaur. loc. cit. & de Franch. in dec. 338.
Muta in deciſ. 90. nu. 27. & 28. quæ præterita ali-
menta non habent priuilegia Iuris, vt præſentia,
de Franch. deciſ. 203. vndè opus eſt via ordinaria
27 agendo conuenire omnes hæredes Andreæ, pro
rata ad modum perſonalis obligationis Neguſ. d.
4. memb. 2. par. nu. 160. Caualcan. loc. cit. nu. 15. &
de Franch. cit. deciſ. 203. non autem agere ſuper
vno corpore.

Neque reſragatur promiſſio facta per dictum
Ioannem Angelum, & fratres ducatorum duode-
cim ſingulis annis in locum prædictorum alimē-
torum, vt ſit anterior, quoniā illa eſt ſimplex ſti-
pulata ſolum per Notarium ipſa Autilia abſente,
28 & ipſo Notario pro ea acceptante, per quam ſti-
pulationem ipſi non dicitur quæſita actio ante
ceſſionem, & ratificationem, quoniam hypothe-
ca, quamuis ſit realis actio adhæret tamen perſo-
nali actioni, quæ perſonalis per Notarium quæ-
ſita abſenti non tranſit abſque ceſſione, & ratifi-
29 catione, Neguſ. de Pignor. 1. memb. 5. par. nu. 40.
nam conſtitutum non datur inter abſentes ſtipu-
lantes, ſed tantum inter præſentes Alex. in l. quod
meo in princ. col. 2. ff. de acquir. poſſ. & Dec. in
30 conſ. 226. nequè factum Notarij eſt irreuncabi-
le, quoniam ante ratificationē præfertur ille, qui
contraxit cum hypotheca, & traditione Dec. in l.
contractus num. 22. ff. de reg. iur & latius præcit.
conſ. 226. & Iaſ. in l. quoties nu. 14. C. de rei vend.
vt fuſius eſt habitus ſermo in meo tract. de do-
nat. 1. par. c. 3. quæſt. 10. vndè cum ante ipſius rati-
ficationem, ſi qua adeſt contraxit ille de Ponte in
31 anno 1582. non trahitur illa hypotheca poſt cō-
firmata ad illud tempus promiſſionis in præiudi-
cium tertij creditoris, Neguſ. d. 1. membr. 3. par.
nu. 36. verſ. ſed dubitatur Caualc. loc. cit. nu. 155.
car. 324. in meis.

Similiter, & tertio non obſtat oppoſitio per
Ioannam vxorem præfati Ioannis Angeli, ex eius
Iuribus dotalibus præferri debere, quoniam eius
dos fuit data inæſtimata ſuper fundo della Ma-
dalena, per eius patrē, dicto quond. Andreę, quod
32 dum eſt ſpecialiter obligatum, non poteſt agere
ſuper alijs bonis non facta prius excuſſione ſu-
per illo, iuxta l. 2. C. de pignor. de Franch. deciſ. 6.
33 eo magis, quod Apicella eſt creditor hypotheca-
rius, nō tertius poſſeſſor; in quo caſu neceſsè habet
agere, prius ſuper re ſpecialiter obligata, Neguſ. 1.
memb. 8. par. n. 20. cum ſeq. conuenit etiam, quod
34 ille Ioannes Angelus nō habebat alia bona, cum
erat in poteſtate patris, omninò cenſetur data dos
inæſtimata ſuper fundo illo, ſecundum Dec. in l.
ex conuentione nu. 8. C. de pact. & quando alteri
35 creditori eſt ei prouiſum de certa hypotheca ſu-
per vna re, vt hic non poteſt ille intentarę genera-
lem hypothecam ſuper omnibus ad præiudicium
36 aliorum, peroptime Soccin. in conſ. 75. vol. 4. &
etiam in tertio poſſeſſore, quādo eſt ei conſultum
ſuper alijs bonis, vel habēt alios correos, & fide-
iuſſores obligatos, non datur actio, illis non ex-
cuſſis, per gloſ. l. vbi adhuc C. de iur. dot. Bart. &
Bald. in l. 1. C. comm. diuidund. contra Nouell. de
dot. 8. par. ſpet. pen. de quibus non meminit D.
Præſ. de Franc. dec. 477. nu. 12. & 13. obſtat etiam,
quod

Digitized by Google

quod cum fuerit adminiſtratrix omnium bono-
rum ſibi inuentariatorum non poteſt agere
pro dote, ante redditam rationem, Caualcan.
de tut.& curat.nu.114.car.214.& ſequitur eum
Surd.decif.184.nu.2.licet declaret nu.12.verſ.non
reſiſtunt,& Franch.deciſ.642.nu.3.relatis Neguſ.
Dec.& Soccin.& Caualc. ait S.C. iudicaſſe non
dari retentionem dotis, ante redditas rationes.
37 Vltimo aduertatur, quòd cum ipſe de Apicel-
la, iam ad ſententiam peruenit,& obtinuit vendi-
tionem, antequam in iudicio nullus aſſertorum
comparuiſſet depoſitum ſibi debere liberari, per
tex.in l.is à quo ff.de rei vendic.neque cautionẽ,
38 de qua in leg.illa cauetur præſtandam cogi debe-
re, quia ille tex.non procedit in caſu,de quo age-
batur, poſtquam nullus iam erat in iudicio tem-
pore ſententiæ, ſed poſt comparuerunt,& illa lex
ſe habet, quando creditores erant in iudicio om-
nes agentes, pro eorum creditis conſequendis,&
vnus ante alios prius ad ſentẽtiam peruenit,qui ſi
licitando bona obligata depoſitum fieret ei cum
cautione eſt liberandum,ne probatis Iuribus alio-
rum poſterior veniret declarandus, ſecundum
Iaſ.in l.à diuo Pio §.ſuper rebus nu.18.ff.de re iud.
Et ita iam fuit obtentum,& liberatum abſque
cautione in S.C. referente Domino D. Ioanne
Sanges de Luña pro Præſidente,pœnes Borrellũ,
in cauſa V. I. D. Mauritij de Apicella, cum hæ-
redibus Berardinæ Palombæ.

Mauritius de Apicella I. C.

SVMMARIVM.

Clericus poteſt reconueniri coram laico num.1.
Pecunia alteri liberata, ex ſententia dicitur effecta de dominio illius nu.2.
Litis conteſtatio quando dicitur nu.3.
Reconuentio in eadem,& diuerſa re fieri poteſt nu.4.
Creditor dicitur ciuiliter poſſidere nomine debitoris numero 5.
Creditori compecit remedium capitulorum Regni contra Clericum turbantem,& datur remedium recuperandæ poſſeſſionis nu.6.
Remiſſio petita per.Clericum,quando datur ad Iudicem Eccleſiaſticum num.7.& 12.
Clericus quando dicitur voluntariè comparere coram laico Iudice nu.8.10.& 11.
Creditor anterior poteſt prætendere auocationem liberationis pecuniæ factæ poſteriori nu.9.
Reconuentio non datur cauſa finita nu.13.
Cauſa non dicitur finita, quando incidens terminatur num.14.
Clericus non poteſt deſiſtere iudicio iam cepto, ad euitandam reconuentionem nu.15.

ALLEGATIO X.

De reconuentione Clericorum, & remedijs regalibus contra eccleſiaſticas perſonas,laicos in eorum Iuribus turbantes.

Pro eodem.

1 CLERICVM poſſe recon-
ueniri coram Iudice laico, co
ram quo ipſe comparuit re-
ceptam eſſe omnium Docto-
rum vtriuſque fori ſententiã
teſtatur Felyn. in c. at ſi Cle-
rici col.8. de iudic. & in Re-
gno antiqua erat conſuetudo
reconuentionem ipſam obſeruari, vt Sacrũ Con-
ſilium prius iam iudicauerat,refert Afflict. in de-
ciſ. 173. quod hodie eo magis eſt in viridi obſer-
uãtia diſpoſitione Ritus Mag.Cur.67.& ibi Scri-
bentes,& Marant. in ſuo Specul. in 4. par. primæ
diſt.6.nu.53. Thorus in Comp.deciſ.reg.ver.cle-
ricus an poſſit, quibus ſic ſtantibus nõ videbatur
eſſe dubitandũ D. Petrũ Palumbũ cõparentẽ, in
eodem Sac.Conſ.ſuper ipſa liberatione ducatorũ
ducentum potuiſſe reconueniri ex pluribus.
Primo comparuit ipſe poſt liberationem illam
factam abſque cautione, quæ virtute rei iudicatæ
2 effecta erat de dominio lipſius de Apicella l. 1. C.
de condit.indeb.& l.1.C.de re iudic. iux.not. per
Velaſc.in conſult.71.num.5.& 9. vnde allegando
eſſe creditorem ſuper pretio peruento ex bonis
Ioannis Angeli vti hæredis Andreæ patris, pro
eius legato ducatorũ triginta ſex eius vita durãte,
& ſic conuertendos eſſe in emptionem annuorũ
introituũ pro eius futura cautela, & conſtituen-
do procuratorem,videtur litem agitaſſe ſupèr re
3 mea, per quæ omnia dicitur lis conteſtari c.1. de
lit.conteſt.in 6.& l.1.C.de lit. conteſt. & ſic exci-
piendo effectus eſt actor l.1.ff. de except. fuit op-
poſita reconuentio ipſum poſſidere viridarium
cum domibus redditus annuorum ducatorum
quinquaginta plus eius crediti, & ſic eum eſſe
condemnandum ad reſtitutionem pluris,vel rela-
4 xationem bonorum,vnde non dicitur reconuen-
tio in diuerſa re,ſed in eodem facto,imò,& ſi eſ-
ſet diuerſa re, adhuc,& militaret oppoſita recon-
uentio,caſus eſt in terminis in conſil. Guid. Pap.
183. in Curia parlamẽti,& fuiſſe deciſum in S.C.
teſtatur de Franch.in dec.193.
Secundo aſſerebatur ipſum non lègitimè poſſi
dere,ſed violenter, & de facto ſe in poſſeſſionem
illam immiſit ſpoliando hæredes quon. Ioannis
Simonis,cuius erãt bona illa,& conſequenter ſpo
liauit creditores ciuili poſſeſſione,quam ſuper il-
5 lis habebant virtute conſtituti à vero debitore
Domino tranſlati in eos cum debitor dicatur no-
mine creditoris poſſidere l.qui meo ff.de acq.poſ-
ſeſ.cum ſimil.& l.generaliter,vbi Iaſon.eod.tit. &
6 ſic ſaltem per remedia capitulorum Regni ad Re
gale faſtigium, finis præcepti charitas, & omnis
prædatio poterat contra eum procedi, tanquam
ſpoliatorem bonorum per laicos poſſeſſorum,cũ
competat creditori remedium poſſeſſorium recu
perandæ poſſeſſionis conditione incerti,ex Iure
quod habet in re obligata, iuxta l.& ideò §.Nera-
tius, & ibi Bart. ff. de cond.fur.& Bart.l.fin.§.ſed
cum de fur. & in l.rem quæ nobis, & ibi Alexan.
col. 2.ff.de acquir.poſſ.Regens de Ponte cit.conſ.
96.nu.29. & ſeqq. in qua reconuentione non po-

terat

Digitized by Google

7 terat tractari de prætenſa remiſſione cauſæ petita
in eodem S. C. ad eius Iudicem Eccleſiaſticum,
cum ſponte iam ipſe comparuit, pœnes acta de-
poſiti illam ſibi liberari petendo, de Nigris ſuper
præcitato cap. ad regale faſtigium num. 17. & in c.
ad ſubditorum nu. 85. Marant. 4. par. 7. diſt. nu. 61.
Velaſcus conſult. 93. nu. 7. Capiblanc. loc. cit. nu.
81. pragm. 8. 2. par.

Neque obſtat oppoſita, quod eius comparitio
fuit neceſſaria, & non voluntaria, iux. Alex. opin.
vt purificata, cõditione citationis docto de ſuo in
tereſſe dicatur neceſſarius, & non voluntarius, cũ
8 fuit citatus ad inſtantiam emptoris ſuper ipſa li-
beratione, nam illud non procedit, quandn com-
paruit poſtquam Iudex functus eſt officio ſuo in
iudicando diffinitiuè, ex quo pecunia iam mea
erat effecta, non autem erat amplius debitoris cũ
ſententia tribuat ius victori vſque quo non appo-
nitur d. l. 1. in gloſ. & Velaſc. conſult. 1. nu. 9. & 10.
9 vndè cum non erat ſuppoſitũ, quia hoc caſu opor
tebat agere, vt egit contra creditoré, cui pecunia
eſt ſoluta allegando, vt poſteriorem creditorem
pecuniam reſtitui debere ſibi anteriori, iux. deciſ.
Affl. 190. vt fuſius coaceruaui ad rem, hanc om-
nia Doctorum vota in meo tract. de donat. 1. par.
cap. 4. q. 73.

10 Secundo illud procederet, quando ipſe D. Pe-
trus nullo modo erat ei prouisũ circa ſatisfactio-
nem eius crediti, vndè eo caſu comparente vide-
tur neceſſariò ductus conſequendi cauſa eius cre
ditum, ſed ipſe iam poſſidebat pacificè, & quietè
allegatum viridarium, cum domibus redditus an
no quolibet præter habitationem ducatorum
quinquaginta, & ſic videbatur potius calumnio-
ſa, quam neceſſaria comparitio, eò magis quan-
do in fine negotij aliquis ſuas exceptiones reſer-
uat opponendas, quas ſi volebat poterat oppone-
re in principio litis, cum iam citatus erat, vt ſu-
pra dixi in alleg. 2. nu. 117.

11 Tertio quando creditor eſt intereſſatus in ne-
gotio præſumitur iuxta cauſa motus, vt tertius
compareat in cauſa, & illa comparitio alterius nõ
dicitur procurata, de Franch. cit. deciſ. 193. nu. 6.
vndè ſi ipſe D. Petrus cõparuit, non videtur à me
calumnioſè petita, vt cõpareat, ſed neceſſaria ra-
tione mei intereſſe, quarè magis ſuccurritur ne-
ceſſitati, quàm voluntati l. ſi fidei. §. neceſſaria
ff. qui ſat. cog. imo non fuit vocatus mea petitiu-
ne, ſed voluntate emptoris, & pro eius ſecuritate
citatis omnibus creditoribus pecunia anteriori
ſoluatur, præuia ceſſione Iurium ad eius benefi-
cium.

Quarto hoc non procedit, quando generaliter
citatur, ſi ſua putauerit intereſſe vt ſic reſoluatur,
Alex. opinio à communiter ſcribentibus, iuxta
nouiſſimè relata per D. de Mauro in cit. alleg. 52.
12 & 164. tum etiam quãdo Clericus eſt poſſeſſor,
& vti tertius comparet coram laico, ad impedien
dum executionem, dicitur hoc caſu actor, & non
reus, & petenti remiſſionem ad Iudicem Eccle-
ſiaſticum denegatur remiſſio, D de Anna Senior
in alleg. 76. num. 1. referens deciſ. S. C. in terminis
noſtris, vnde nõ eſt amplius diſceptandum ſuper
hoc, vt dixi in addit. ad Genitoré meum de quin
quenn. dilat. num. 22.

13 Vltimo dicebatur minimè obſtare id quod ex
aduerſo aſſerebatur reconuentionem non milita-
ri cauſa iam finita, iuxta dec. de Franch 193. cum
not. per Carau. ſuper pragm. de falſo nu. 193. quia
cauſa nnn erit finita, nõ ſolum reſpectu mei cum
creditum erat ducatorum ſeptingentum, & plus,
& depoſitum erat ſolum ducatorum 200. neque
reſpectu ipſius, quia ſi finiebat cauſa illa remane-
bãt alia remedia contra illum, ſcilicet cauſa poſ-
ſeſſorij, & ſpoliationis iam factæ bonorum per
eum poſſeſſorum, ſuper quibus poterat iam con-
ueniri coram laico Iudice, & non ſolum remane-
re ſatisfactum, ſed poſſidere plus eius crediti in
14 detrimentum creditorum, vndè cauſa nõ dicitur
finita, ſi aliquod incidens determinatur, de Frãch.
cit. deciſ. 193. à nu. 9. cum ſeq. cum addit. & in alia
dec. 349. neque ei opitulatur, quod à lite iam cep
15 ta deſiſtebat, & deſiſtit, quia in præiudicium iu-
ris tertio quæſiti pro reconuentione ipſa deſiſtere
amplius non poteſt, Afflict. cit. dec. 173. in 2. dub.
de Franch. cit. deciſ. 193. nu. 13. & deciſ. 349. Ma-
rant. d. 6. diſt. num. 55. Thorus in Compend. deciſ.
reg. verb. clericus reconuentus, & verb. reconuen
tio, ad ornatum plura dixi de donat. 1. par. col. 1.
quæſt. 11. 12. coniect. nu. . . . conſultè fuit ei mo-
nitum, vt quieſceret, ſic ille fecit, ceſſit bona illa,
quæ poſſidebat pro pretio ducatorũ 350. & mihi
renunciauit, & ceſſit omnia eius Iura, tàm legiti-
ma, quàm melioramẽtorum, & quorumcunque,
& poſſeſſionem nactus fui, Sacrum Conſilium
oppoſitis non obſtantibus proceſſit in cauſa ipſa
ad vlteriora, pœnes eundem Borrellum.

Mauritius de Apicella.

SVMMARIVM.

*Legatum à patre relictum cenſetur filio titulo inſtitutio-
nis pro tituli validitate nu. 1.*
*Onus nullum in legitima apponi poteſt, nec in quantita-
te, nec in tempore, & quando nu. 2.*
Legitima dicitur ius agnationis nu. 3.
Grauare idem eſt, quod priuare nu. 4.
*Et idẽ dicitur in perſonis religioſis, quibus debetur legi-
tima nu. 5. & paragium pro dote nu. 6.*
Conſuetudo attenditur in dotis conſtitutione nu. 7.
*Actio petendi legitimam nõ tollitur per quinquennium
num. 8.*
*Legitimæ non dicitur renunciatum per ſimplicem agni-
tionem, ſi non eſt indiuidua renunciatio num. 9
& 10.*
*Renunciatio ad l. ſi vnquam non valet, etiam ſi iurata,
& pœnalis fuit nu. 11.*
*Verba contrahentium intelliguntur, ſi actus à iure per-
mittitur ſic fieri nu. 12.*
*Renunciatio, & tranſactio non datur ſuper iure incerto
nu. 13. & incogitato, & incognito ibid.*
*Certioratio non præſumitur ex ſola aſſertione Notarij
nu. 14. etiam ſi eſt iurata, vel ſi dubitatur, idem eſt
quod ignorare nu. 15.*
*Legatum, vel inſtitutio facta in minori portione ſi ſit
Clericus, vel Monacus, quàm ſi eſſet laicus nõ va-
let, & debetur ei, vt ſi eſſet laicus hæredis nu. 16.*
Agens vna via, poteſt agere ex alia quando ignorabat.

poſſe

poſſe agere ex alia numer. 17.

Arctatio in legato, vel inſtitutione priuans hæredem non valet nu. 18.

Renunciatio non afficit etiam iurata, quando eſt ille enormiter leſus nu. 19. & an requiratur abſolutio à iuramento nu. 20.

Filia quando poteſt conqueri aduerſus patrem de modica dote data reſpectu alterius ſororis dotatæ numer. 21.

Dolus, & læſio arguitur ex conſolitis renunciationibus, pactis, & nimiis cautelis nu. 22.

Filius poteſt eligere vnam rem pro legitima, quia minuta præſtatio infert damna nu. 23.

Creditor ſoluens alteri creditori poſſidenti rem non iudicialiter, ſi euincitur ab alio habet retentionem prò pecunia ſoluta nu. 24.

Rigor attenditur in petendo, æquitas in retinendo numer. 25.

Legitima, & paragium ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes, & ceſſibilia, & ceſſionarius ſoluens habet ius retentionis num. 26.

ALLEGATIO XI.

De Iuribus legitimę, & oneribus, quæ poſſunt adijci.

Pro eodem.

FACTA iam ceſsione ab illo Presbytero, vt in præcedenti dixi prætendebatur, ex aduerſo per filios dictorum quon. Ioannis Simonis, Angeli, & Anelli fratrum, nullo modo fieri potuiſſe, ex quo legatum factum à quon. Andrea communi eorum patre prædicto Presbytero D. Petro annuorum ducatorum 36. eſſe vinculatum, & non poterat alienari in eorum præiudicium, cuius verba hæc ſunt, legauit D. Petro eius filio annuos ducatos 36 pro eius legitima victu, & veſtitu, ſi Clericus, & Sacerdos eſſet, ſin autem Deo non ſeruiret inſtituo eum cohæredem, cum alijs meis filijs pro ęquali portione, verum ſi Sacerdos eſſet de eo nō poſsit diſponere, niſi de quarta parte ad beneficium tamen eius fratrum, &
1 nepotum, non dubitatur illud legatum pro validitate teſtamēti cenſeri relictum titulo inſtitutionis, Anton. Theſaur. in deciſ. Pedemont. 124. cum
2 ergo in legitima imputetur in ea nullum onus, tàm in tempore, quàm in quātitate adijci poteſt, l. quoniam in prioribus, vbi latè Iaſ. & l. quoniam nouella C. de inoffic. teſtam. Afflict. in dec. 306. de Franch. in deciſ. 16. & 61. Velaſc. conſult. 69. nu. 7. verſ. cęterum, & de Franch. deciſ. 525. nu. 20. licet quo ad certum tempus fieri poſsit, ſcilicet vt non poſsit illam alienare, vſquequo ſit perfectę ętatis, Franch. in deciſ. 14. nu. 3. quod qualiter procedat, latè per Cartoc. in deciſ. 70. & per Mutam in deciſ. 46. à num. 29. cum ſeqq. quoniam legitima filio debetur de Iure Ciuili, natura tamen ſuadente l. omni modo C. de inoff. teſtam. & §. ad hæc inſt. de inoff. teſtam. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 149. nu. 11. Franch. deciſ. 720. nu. 7. D. Tap. ſuper. 4. iu. nouiſ. tit. de matr. à feud. qual. rub. 12. nu. 10. & 11.
3 & legitima dicitur ius agnationis, quia ab agnatione procedit, quod eſt immutabile l. ius agnationis de pact. vt diſputat Bald. l. 1. § ius naturale nu. 8. de iuſtit. & Iur. vndè Iura naturalia ſunt immutabilia §. ſed naturalia inſtit. de Iur. nat. ergo ſine
4 cauſa filius in ea grauari non poteſt, cum grauare idem ſit, quòd priuare §. aliud quoque auth. vt cum de app. cog. de Franch. loc. cit. & deciſ. 618. & ea quæ ſunt naturali ratione ſubnixa, intacta, & illibata debent perpetuo cuſtodiri Bald. in l. vnica §. 1. num. 1. C. de cadu. toll. quæ quoque in perſo-
5 ſonis Religioſis ſe habent, vt legitima ſic eis debeatur, vt laicis ſecundum Afflict. in deciſio. 348. Borrell. ad Bellug. in Spec. princ. rub. 14. nunc videamus lit. R. Thorus in Compend. deciſ. reg. ver. maritagium car. 331. & ver. legitum dotis car. 313. & Molſeſ. ad Conſuet. Neapol. 4. par. de ſucc. ab inteſt. q. 56. & de Franch. in deciſ. 44. de paragio liquidando fœminis, vt ita quoque moniali-
6 bus ingredientibus Monaſteriū liquidetur, quando non extat, ſecundum eum contraria conſuetudo, & Thorus in Comp. deciſ. reg. ver. dos mo-
7 nialium car. 169. quæ maximè attenditur in liquidatione illa, poſt And. & Aff. in conſtit. in aliquibus, latè Menoch. de arbitr. Iud. in caſu 149. à nu. 34. vſque ad finem, qui Dec. & alios de hac re loquentes citat Molſeſ. loc. cit. num. 11. & in ea quæ
8 caſte viuere intendit, loquitur Thor. loc. cit. & de Franch. deciſ. 618. nu. 1. neque actio petendi illam per quinquennium elapſum tranſmiſſa, ſecundū Iaſon. in l. ſi quis filium nu. 5. cum ſeq. de inoff. teſtam. igitur eſt concludendum, cum ita ei debeatur illud onus diſponendi ad fauorē nepotū non valere, cum priuet illum potentia liberè diſponendi de eius legitima, in qua onus vllum, vt dictum eſt adijci poteſt, poſt Menoch. d. caſu 149. num. 11. cum ſeq.

Neque obſtare videntur, quæ his aduerſantur, quòd ipſe Presbyter acquieuit illi grauamini ob ſimplicem agnitionem ipſius legati factam, quoniam illud nō procedit, quando eſt ſimplex agni-
9 tio, per quam nō videtur renunciatum legitimæ, & Iuribus competentibus pro eius libera conſequutione, ſi nō adeſt ſpecialis, & indiuidua ad derogationem ipſius, videndus eſt Alex. in conſ. 85. nu. 12. & 13. vol. 4. cui concordat Iaſon licet de eo non faciat mentionem in l. ſi quando §. & generaliter nu. 4. C. de inoffic. teſtam. & in l. 1. nu. 16. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. dicens non ſufficere quietationem factam ſe eſſe ſatisfactum, & contētum de relictis ſibi à patre, vt legitimæ, vel eius ſupplemento renunciatum videatur, & Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. nu. 19. & Muta in deciſ. 46. nu. 21. & 22. & Præſes de Franch. in cit. deciſ. 529. nu. 20. cum ſeq. idem procedere ait in vita militia, quæ in locum legitimæ datur, prout neque legitimam includi in reſtitutione fideicommiſſo, tanquam onus, quod ipſo iam à legitima reijcitur Amat. in conſ. 75. nu. 12.
10 Similiter, & videtur, & quod ſatis videbatur renunciatum legitimæ, & eius Iuribus poſtquam

in conuentione inita cum fratribus de anno 1584.
in qua ei promiſerũt ſoluere ducatos 40. tertlatim
incluſo ſupradicto legato facta ad eorũ beneficiũ
ampla renunciatione,& ceſſione, quoniam à ver-
bis renunciationis non eſt recedendum, Nicolaus
Reuſner.deciſ.9.nu.55.par.3. & cum ſit ſtricti Iu-
ris, ſtrictè ſit interpretanda illemet in deciſ.14.nu.
39.par.3.propterea dum ex ea patet, quod ſemper
ille ſibi reſeruauit legatum paternum ſeruata for-
ma teſtamenti eius patris, vndè cum ex illo legato
ipſo Iure reiecta videbatur conditio illa, quòd non
poſſit, niſi quartam ad fauorem nepotum alienare
ſequitur, quòd talis remiſſio ſibi non obeſt, quia
relatũ in referente l. aſſe toto ff.de hær.inſt. cum ſi-
mul, vt dicitur non valere renunciationem factam
11 à donatore l.ſi vnquam C.de reuoc.donat.etiam ſi
eſt iurata,& pœnalis, quia intelligitur ſecundum
Iuris diſpoſitionem, quoniam annullato principa-
li, annullantur acceſſoria, Ripa in d.l.ſi vnquam
col.2.& Tiraquell.in repet.illius in præfat.nu 162.
cum ſeq.& in fine illius repet.nu.1.2.& 3. in qua
quoq; plura ad materiam adduxi, & Velaſc con-
ſult 85. Similiter conſenſus ille reſeruationis legati
intelligitur, ſi illud legitum Iure permittente fieri
12 ſic poterat cum verba debeât intelligi de actu va-
lido,& effectum habente l.3.§ hæc verba ff. quod
quiſque iur.& recipiunt illæ clauſulæ renunciatio-
num appoſitæ, ſi illud legatum ſortiatur effectum
Crauet.in quæſt de inden.mul. in fin, tract.de ant.
tem.num.6.vbi iſti actus recipiunt tacitam condi-
tionem, ſi ille ſuper quo conſenſus eſt præſtandus
ſit validus, vel ne cum alijs cõgeſtis nu.2.& 3. quod
non nocet conſenſus præſtitus ſuper actu, qui à
à Iure eſt improbatus, quam ſic tacitè ipſe ſentie-
bat,& ſequitur Velaſcus conſult.77.nu.5. qui de
Crauett. non facit mentionem, dicens obligans ſe
intelligitur ſe obligare,& promittere, vt de Iure
poteſt.& ſe cum Iuris diſpoſitione confirmare, &
eſſe generale in omnibus actibus, l.ſi dum ne acqu.
hæred. cum alijs per eum. & conſultat.83.num.5.
igitur cum à legato illo Iuris diſpoſitione, illa con-
ditio eſt reiecta, ſequitur ergo, vt ſic illa reſeruatio
ficta cenſeatur, conſuluit in terminis Dec.in conſ.
475.in verſ.3.principaliter nu 28.cum plurib.ſeq.
plura ad rem congerens, & Mantic.d.tit.2.nu.19.
13 Prætereà afferri poteſt, quòd ipſe presbyter nõ
erat certioratus, ſi alio capite poterat admitti ad
ſucceſſionem paternam, ſtante nullitate ipſius le-
gati, vndè ſuper Iure incerto, & incogitato nõ ad-
mittitur tranſactio, neque renunciatio l.fin.§.pen.
ff.ad velleian. cum nemo præſumatur renunciare
Iuri, quod quis ignorat ſibi competere l.legitimá,
ff.de pet.hær.l.mater ff.de inoffic.teſt. & ſic opor-
14 tet, quòd renũcians ſit de eo Iure certioratus, quæ
non præſumitur, neque ſtatur dicto Notarij aſſe-
rentis fuiſſe certioratum, ſi aliundè non probatur,
Cæphal. in conſ.431.nu.91. cum ſeq. & conſ.316,
nu.24. cum ſeq, vol.3. Alex. l.ſciendum num. 29,
& 30.ff.de verb.obligat. licet videatur diſſentire
Abb.in cap.cum cauſa col.penult.de empt.& ven-
dit. Tiraquell.in cit.repet. l. ſi vnquam in princip,
nu.100. & 101. Caualcan.deciſ.45. nu.13.par.1.&
Theſaur. in dec.222.dicẽs certiorationem requiri
etiam ſi cum iuramento renunciauit, quia propter
iuramentum non præſumitur, ſi non probatur à
nu. 6. vſque ad finem,& idem eſt quando quis du-
15 bitat, an ſibi illud ius competat, cum dubitare, idẽ
ſit quod ignorare, Iaſon in l. fin. C.de iur. & fact.
ignor. Tiraquell.in præfat.loc cit, nu.99.& latè per
Molfeſ.ad conſuetud, Neap.in tit.de renunc.quęſt.
2 debet eſſe ſpecifica, indiuidualis ſcientia, vt re-
nunciatio afficiat, Mura in deciſ.83 num.20. & li-
cet ampliſſima fiat ſemper reſtringitur ad cauſam
in ea inſertam, & ad illam rem ipſemet in alia de-
ciſ.90 num 49.
16 Quod alio modo poterat admitti ad ſucceſſio-
nem prædictam patet, quia conditio illa adiecta,
ſi efficiatur Sacerdos relinquo &c. non tenet, &
tanquam à Iure vt turpi reprobata vitiatur, ſed nõ
vitiat, itaque remanet pura inſtitutio in ęquali por
tione, etiam ſi Sacerdos efficiatur, & hoc fauore
religionis ne impediatur religio ſeruiendi Deo lu-
cro pecuniario, & ne melioris conditionis ſit ſer-
uiens mundo, quàm Deo fuit hæc opinio Thomæ
de Formaginis, quam ſequuti ſunt Paul. de Caſtr.
tàm in conſulendo in conſ.254.vol.1, quàm in ſcri
bendo in l.ſi quis, id quod nu.8.ff.de iur.omn.Iud,
ex eo quod dum conſertur in tempus, quo eſt Re-
ligioſus impeditur Religio ſeruiendi Deo, Alex.
à nemine relatus in conſ.35. num.7.vol.3. Dec. in
conſ.674.in terminis, Mathesil. in ſing.52.vbi dę
communi teſtantur Addentes, Ferratius in caut.9.
Boer.in deciſ.3 num.14.reiecta opinione Bal. in l,
Deo nobis C.de Epiſc.& Cler. & in auth. niſi ro-
gari C.ad trebell.& ibi etiam Caſtr.nu.3.parum
ſibi conſtanti dixit fuiſſe Bononiæ terminatum,
cum opinione Bald. ſed contra eos ſtat communis
opinio, vt refert Ferrat. Boer. & alij ſupra citati,
prout ſimiliter Iaſon eos reprobauit in auth ſi qua
mulier num 10.cum ſeq.C.de Sacroſanct. Eccleſ,
ſimiliter in ſtatuto tenet Bald. l. omnes populi nu,
17. ff. de iuſtit. & Iure, quare ſi egit via legati, &
17 non Iure ſucceſſionis, fuit quia ignorabat, & cre-
debat ſe ex illo legato non poſſe ſuccedere, ergo
poteſt modo agere via ſucceſſionis, ſecundum
Paul.de Caſtr.d.l.mater num.1. & 2. quia quando
ignorat, ſecundum eum deficit cõſenſus, ergo re-
nunciatio ſine conſenſu non afficit, & Afflict. de-
ciſ.53.& deficiente conſenſu non naſcitur actio ex
illo actu l.1.de pact. Velaſc.conſult.64.nu.5. tum
18 etiã apparet, ex ſui ſerie ęnormis læſio ipſius pre-
sbyteri, quia arctatio in diſponendo de ducatis
36. eſt ad fauorẽ certarum perſonarum, vndè non
poteſt habere hæredem poſt mortem, quod per le-
ges eſt exoſum, vt quis ſe priuet potentia teſtan-
di, iuxta l.fin.C.dę pact.vbi latè DD.neque eſt re-
ciproca adinuicem inter fratres, vt valere dicatur.
iuxta l.ſi pater puellæ C.dę inoffic.teſtam. etiam ſi
aliquis eſſet minor ex fratribus, Lup. in rubr.de
donat.inter vir.& vxor.§.50. num.11. ſecundo eſt
arctatio in re, quæ á Iure ſine vllo onere filio eſt
præſtanda, vt ſupra dixi, tertio quatenus prædicta
19 non procederent, eſſet etiam ſatis enormiter læ-
ſus, cum portio hęreditaria poterat importare plus
ducatorum mille, & tamen legatum eſt ducatorũ
36.non aſcendens ad dimidiam,& quando conſtat
de illa ęnormi læſione renunciatio non afficit, ne-
que extenditur ad illam, etiam ſi fuerit iurata, Dec.
in conſ.181.&189 Molfeſ.in conſ.4.num.42. cum
ſeqq.& Marant.in 10.diſputat.nu.42. dicens pro-
cedere

20 cedere petita Iuramenti abſolutione, quæ non vi-
detur requiſita, ſecũdum opinionem Alex. in conſ.
53. num. 5. vol. 3. & in conſ. 125. vol. 1. Dec. in conſ.
203. num. 3. Theſaur. latè in deciſ. 223. vt dicimus,
21 licet filiam non poſſe conqueri de dote data à pa-
tre, vt minus legitima præſumatur, cum melius cõ-
ſilium pro ea eligere videatur, l. in ea, ff. de adult.
tamen illud non procedit, quando cõſtat, quòd ſa-
tis parua eſt dos, ita quòd læſa enormiter videatur,
tunc petere poteſt ſupplementum, Gram. dec. 101.
num. 52. & 71. Marant. loc. cit. & Menoch. præcit.
caſu 149. nu. 15. vbi Iudicis arbitrarium eſſe cen-
ſuit talem enormem læſionem, arguitur etiam læ-
22 ſio, & dolus ex inſolitis renuneiationibus ibi adie-
ctis, quæ reddunt ſuſpecta inſtrumenta, Bald. in
c. tertio. loco de probatio. & ob nimias cautelas ibi
deſcriptas, quibus dolus arguitur, Bald. cap. quia
veriſimile de præſumpt. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 740. nu. 37. Anchar. conſ. 436.
23 Neque obſtat, quod ille ſibi vnum corpus bono
rum hæreditariorum eligit pro eius legitima, quia
hoc agere potuit ne in exactione ab hæredibus ve-
xetur, Ripa in l. in quartam nu. 114. ff. ad l. falcid.
quem ſequitur Fernandus Berengarius in 3. par.
num. 57. Pariſ. in conſ. 43. nu. 13. lib. 3. Afflict. cum
Vrſill. in deciſ. 162. nu. 4. quicquid dicant alij DD.
relati per Menoch. caſu 163. in 2. caſu, & Velaſc.
conſult. 69. num. 25. cum minuta præſtatio multa
incomoda afferre ſoleat, l. cum hi §. vult igitur. ff.
de tranſact. l. 3. primo reſponſo, ff. fam. herc. l. 3.
de aliment. & cib. leg & Velaſc. conſult. 53. nu. 2.
Similiter rectè ſatisfactũ patet inualiditati poſ-
ſeſſionis per eum acquiſitæ, & non ordine Iudicia-
24 rio tranſlatæ, quia non negatur retentio illius pro
pecunia iam ei ſoluta aduerſus illam euincentem,
Bald. l. fundus in fin. in lect. antiqua, ff. de reſcind.
vend. Iaſ. l. à diuo Pio, §. in venditione nu. 13. & 14.
ff. de re iud. Neguſ. de pignor. 3. memb. 3. par. nu.
20. Roland. à Valle conſ. 5. nu. 7. vol. 2. Capyc. dec.
11. & Anna in allegat. 22. num. 4. referens ſic Sacr.
Conſ iudicaſſe, & alleg. 80. nu. 10. & alleg. 93. nu. 8.
peroptimè Reg. de Pont. faciens diſtinct. in conſ.
87. vol. 1. quoniam rigor attenditur in petendo,
25 equitas in retinendo, facit tex. l. codicillis, ff. de
leg. 2. Bald. l. vnica §. in princ. nu. 8. C. de cad. toll. &
ea quæ poſſunt trãſmitti ad hæredes, vt eſt legiti-
26 ma, & paragium, quod loco legitimæ ſuccedit, de
Franch. deciſ. 618. poſſunt etiam cedi, & ceſſiona-
rius poſſidens habet retentionem, Dec. in conſil.
614. nu. 14. cum ſeq. & Anna cit. alleg. 80. num. 8. &
ſeq. ſic partes illæ acquieuerunt, imo condemnari
feci hæredes quond. Anelli fratris ad ſoluendum
tertiam portionem ducatorum 40. eidem presby-
tero cedenti tangentem in M. C. V. pœnes Mari-
condam, nunc Pulſonẽ, in proceſſu D. Mauritij
de Apicella, cum hæredibus fratris Angeli, & Si-
monis Palumbi, & fratris.

Mauritius de Apicella I. C.

S V M M A R I V M.

Pactum redimendi infra certum tempus valet nu. 1. & elapſo amplius non auditur nu. 2. niſi iuſtè fuerit impeditus num. 3.

Pactum redimendi præſcribitur 30. annis, etiam ſi fuerit iuratum num. 4.

Simulatio non præſumitur in actu permiſſo, & veridico num. 5.

Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij quando arguit ſimulationem, & an hæc duo ſufficiant num. 6.

Melioramenta non debent obeſſe emptori ad leſionem detegendam, cum tempus contractus inſpiciatur num. 7.

ALLEGATIO XII.

De pacto de retrouendendo, & quanto tem pore præſcribatur.

Pro illis de Medio Capite.

VENDITA fuit quædam vinea à
quibuſdam de Medio Capite
Ioanni Donato de Medio Ca-
pite pro pretio duc. ottingẽtorũ,
cum onere cenſus perpetui an-
nuorum ducatorum decem ad
rationem tareni vnius, pro qua-
libet vntia, cum pacto de retro-
uendendo infra ſex annos, vt ex inſtrumento ven-
ditionis, elapſo iam tempore illo prætendebatur
per venditorẽ retroemi vineam illam oblato præ-
1 tio, reſponſum fuit nullo modo hoc peti potuiſſe,
non enim dubitandum erat pactum illud retrouen
dendi infra certum tempus apponi potuiſſe, & eſſe
validum abſque nulla ſimulationis ſuſpitione,
iuxta tex. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. &
in vtroque foro ſeruari, teſtatur Veronenſ. in tra-
ctatu de ſimulat. contract. 12. præſumpt. tertij ca-
ſus principalis, & receptam eſſe refert Zoannett.
2 in repet. d. l. 2. nu. 26. verſ. in hoc, quare cũ lapſum
iam erat tempus illud, imò & plus 30. annorum
nõ tenentur amplius hæredes illius emptoris retro-
uendere, conſuluit Angel. in conſ. 199. Titius rem
quam emit, & tenuit Bald. in l. commiſſoriè C. de
pact. int. emp. & vend. & ibi Angel. dicit dari caſũ
in d. l. 2. & l. commiſſoriè, illamque multis rationi-
bus, & authoritatibus comprobauit Iaſ. in l. ſi ita
quis promiſerit, §. Seia col. 3. nu. 10. ff. de verb. obli-
gat. Zoannett. loc. cit. & Cagnol. ibid. num. 64. vbi
aliam Gozad. nu. 64. & dicunt eſſe tex. clarum in
l. ſi creditor §. illud ff. de diſtract. pignor. Tiraqu.
de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. nu. 43. Boer. dec. 40.
Velaſc. conſult. 70. nu. 2. Menoch. de arbitr. Iudic.
caſu 217. nu. 1. vbi limitant, niſi iuſto impedimento
3 fuerit impeditus non reemere infra tempus, quia
tunc illo probato reſtituitur, dicunt ſic prædicta
intelligi, Roman. in conſ. 435. in præſenti conſul-
tatione Vrſill. deciſ. 73. nu. 2. & ſuſius adduxi in d.

meo

meo tract.de donat.1.par.cap.4.queſt.1.preſumpt. 66.in 1.limit. quod in præſenti quæſtione iam non
4 aderat,imò etiam ſi tempus non eſſet limitatum, ſed liberum pactum, quandocunque etiam iuratum tacitè intelligebatur ſi infra 30.annos reemebat, Curt.Iun.& Iacob.& Iaſ.in l.petens num.10. & ibi Dec.nu.7.C.de pact.& Iaſ.in l.ſi mater nu.5. verſ.ſicut etiam, C.de inſt.& ſubſt. refert ſecundũ hanc opinionem, iuxta quam conſuluit Angel. conſ.15.Gu l.& Fr inc.ipſe pluries interrogatus reſpondidiſſe,& conſuluiſſe, de Franch. in deciſ.49. in addit.in fin.refert ſic Sac.Conſ.iudicaſſe,& Caualcan. in deciſ.16.nu.1. 2.par. & Surd. in deciſ.2. nu.7. dicit communiorem dubitans, quid in Principe,& ſic Marcell. de Maur. in alleg.105.videtur male ſennjſſe cõtra tantos patres,& deciſ.S.C. per verbum quandocunque non præſcribi tale pactũ, imò refert Iaſ. Anchar. in conſ.332. viſis diligenter actis, & actitatis conſuluiſſe hanc facultatem redimendi ſpatio decennij præſcribi, licet opinionem Anchar.non eſſe receptam,teſtatur Balb. de præſcript.4.par.5.par.princip.in 3.quæſt.ſed ſolum opinionem Angel. eſſe veriorem, ſic quoque Zoannett.in d.l.2.nu.28.

5 Neque refragari poteſt obiectio ſimulationis, quia quod Iure permittente fit non habet difficultatem, l.Gracchus, C. de adult. eſt ergo permiſſũ pactum illud, quod non præſumitur ſimulatum, Decius conſ.648.num.3.Felic.de cenſ.lib.1. cap.6. nu.14. & 15. nam vbi apparet de veritate actus,ſimulatio non præſumitur, ſecundum Bald.l.fin. C.
6 de diſtr. pig. ſi non concurrunt aliæ coniecturæ, ſcilicet modicitas pretij exceſſiua, vt refert poſt alios Menoch.d.caſu 217. num.3. dicens hoc eſſe Iudici arbitrarium, quanta debeat eſſe modicitas illa, Dom.Conſil.Rouit.ſuper pragmat.1.de fide memor.nu.50. & debet per dicentem probari loc.cit.nu.6.& omnia prædicta,latè per Velaſc.loc. cit.á nu.3. quia ſolum pactum de retrouendendo, hoc non operatur, imó magna eſt diſcordia inter Doctores, ſi hæc duo ſufficiant ad illam detegendam ſcilicet pactum iſtud,& modicitas pretij,de quo cum amplius ſermo ſit habitus in d.tract.de donat. 1. par. cap.2.|quæſt.7. in 2. præſumpt. ideò hic cum non ſit neceſſarium non repeto, poſt D. Rouit.loco præcit. nu.49. & ſeqq. & Felician.loc. cit.à nu. 13.cum ſeqq.iam enim apparet fuiſſe expenſum plus ducatorũ 500. in melioramẽtis á die emptionis, ita quod ſi plus eſt modo valoris, hoc non eſſe abſolutè ex re ipſa, ſed ex melioramẽtis,
7 quæ non debent obeſſe emptori, vt infra in alleg. vltima num. . . . cum tempore contractus ipſa læſio ſit inſpicienda, vt dixi, & ſic pars acquieuit, & fuit demum alio vendita vinea illa in qua eſt in pacifica poſſeſſione.

Mauritius de Apicella I.C.

SVMMARIVM.

Sedere in Eccleſia in ſegetibus, quando Epiſcopus poteſt probibere nu.1.& 19.cum ſeqq.
Nobiles perſonæ quomodo debent ſedere num. 1. & ſequentibus 6. & 7. & 8.
Nobiles mulieres in ſedendo præferuntur nu.2.
Officium Iudicis poteſt implorari pro prælatione in ſedendo nu 3.& 7.
Sedendi modus deſignatur ex conſuetudine in Eccleſiis num.4. & poteſt quis ſe defendi, etiam armata manu quando auferetur locus num.5. & ſeqq. & ſi poteſt agere actione iniuriarum ibid.nu.7.
Altior locus dicitur, qui Domino eſt magis propinquus num.6.
Barones debent ſedere coram Domino ordine conſueto num. 8.
Honor in ſedendo appellatur priuilegium num. 9.
In poſſeſſorio vltimi actus præualent nu.10.
Laici quando poſſunt ſedere in choro cum Clericis numer.11.
Actus conſuetus quando dicatur num.12. & an debeat eſſe obtentus in contradictorio iudicio nu. 14.
Conſuetudo iudicandi quot vicibus inducitur nu.13.
In incorporalibus quaſi poſſeſſio, vt quæratur, quæ requiruntur nu.15.
Binus actus quando ſufficit nu.16.
Vnus actus ſolus quando facit vniuerſalem conſenſum num.17.
Conſueta non poſſunt mutari, & Iudici excedenti non eſt parendum nu.18.
Sedere in Eccleſia eſt ex gratia Epiſcopi,& quando non poteſt probiberi nu.19.
Quæ ex mera gratia dantur non præſcribuntur, & quando nu.20 & 22.
Conſenſus Epiſcopi quando præſumitur, & ex quanto tempore nu.21.& ſeq.& 23.& quid in Iure patronatus ibid.& nu.28.
Pro honoribus ablatis datur remedium recuperandæ poſſeſſionis nu.22.
Aſſenſus Proregis præſumitur quando actus ſit coram eo tacente nu.24.
Aſſenſus requiſitus à ſtatuto an ſufficiat tacitus nu.25.
Conſenſus patris an ſufficiat ſi actus ſit coram eo, & cum eo cum filio nu.26. ſic etiam quando eſt neceſſarius aſſenſus regius nu.27.
Conſenſus Papæ præſumitur in teſtamento condito in Vrbe per Cardinalem nu.29.
Honor eſt Epiſcopi, & Baronis habere perſonas nobiles aſſiſtentes nu.30.
Quanto maioribus quis præeſt, tanto ipſe dignior eſt num.31.
Epiſcopus habens latiorem Eccleſiam, & Diœceſim, an ſit dignior alio minorem habenti nu.32.

ALLEGATIO XIII.

De poteſtate Epiſcopi in ſedendo in Eccleſia, quando vetari poteſt, & quomodo in ſede perſonæ ſint honorandæ.

Cum

Cum Reuerendiſſimo Epiſcopo Regindæ Minoris.

1 DVBITATVM fuit numquid
Epiſcopus poſſit prohibere
laicos ſedere in Eccleſia, in ſe-
getibus tantum, ſed bene in
banchis extitit iam, quod qui-
dam ſederunt per ſpatium
ſeptem annorum omnibus an-
ni temporibus præſente Epi-
ſcopo, & tota Ciuitate, & Regio Officiali, abſque
vlla contradictione, imò orta differentia inter
Ciues, circa præcedentiam tenendi banchalia in-
tus eandẽ Eccleſiam ne partes ad arma venirent
Reuerendiſſimus ille Epiſcopus ſub cenſuris Ec-
cleſiaſticis prohibuit, vt nullus ibi ſedere debuiſſet
in banchis, neque ſegetibus, & ſic fuit ſeruatum,
& tandem per illas nobiles perſonas ſemper fuit
cõtinuatum in ſedendo, vndè dicebatur modo il-
lum prohibere nõ potuiſſe, ſic illos ſedendi, quo-
niam nobiles perſonæ ſedere debent apud Do-
minos, ſecundum eorum qualitatem in loco di-
gniori, & altiori, quàm alij non nobiles, ibi ſedent
gloſ. eſt in §. aliam vero ver. altiori inſt. de bono.
poſſeſſ. quam ibi ſequuntur Bald. Faber Aret. &
alij, & Frecc. de ſubfeud. lib. 2, 47. auth. 1. col. ibiq;
2 Nicaſ. nu. 4. dicit notatæ mulierea nuptæ nobilio-
ribus pro certamine in ſedendo in Eccleſia vt no-
biliori nuptæ præferri debeant, cũ radijs viri mu-
lier nobilitetur, Reg. de Pont. conſ. 16. vol. 2. Ma-
ſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 13. nu. 20. & ſeqq. &
cap. 14. num. 1. & 2. & idem de Ponte in conſ. 31.
nu. 7. & ſeqq vol. 1. idem ait Felyn. in rub. de ma-
ior. & obed. col. pen. in fin. & Montanus in tract.
de auth. mag. conſil. nu. 4. & Anton. de Cordub.
3 in princ. l. ſi quis à liberis nu. 21. 25. & 26. ff. de lib.
agn. ait quòd matrona nobilis poteſt implorare
officium Iudicis vim ſedendo, & præcedendo cõ-
tra aliam non tantæ nobilitatis; hinc Bald. in cap.
cum olim. per text. illum de conſuetud. ſcriptum
4 reliquit quòd conſuetudo deſignat loca ſedendi,
& qui non debent præpoſterari, & antiquiores
Clerici, & doctiores debent primum habere lo-
cum, indè cæteri poſt tex. gloſ. & DD. in cap. 1. de
maior. & obed. cũ his, quæ fuſius adnotauit Mon-
tanus in citatò toto tract. & de Franch. in deciſ.
388. nu. 4. Bellug. in Specul. princip. rub. 6. nu. 4. &
5. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dic. Dux in illo
conſ. poſito num. 58. verſ. non obſtat, & plura per
D. de Ponte deciſ. 8. latiſſimè per D. Aloyſ. Ricc.
in praxi Archiep. reſolut. 553. cum ſeqq. ipſemet
Bald. in l. obſeruare, §. antequam vero ver. item
5 eſt arg. ff. de offic. Proconſ. hæc verba protulit,
quòd in proceſſionibus in Tuſcia minores vadũt
ante prædicatores, quia ita eſt conſuetum, vadat
ergo primo, qui prius ire conſueuerat, quod fa-
cit ad multa, & digniores debẽt in altiori loco ſe-
dere, & altior locus eſt, qui eſt Domino magis
propinquus, vt not. in cit. gloſ. §. aliam, Frecc. de
ſubfeud. in princ. nu. 19. car. 2. cum ſeqq. & Bellug.
in Specul. princip. rub. 6. nu. 5. & ibi latè Borrell.
ver. primogenitus Montan. loc. citato num. 103.
prout in proceſſionibus ille dicitur, qui eſt propè
reliquias Sanctorum, quæ ducuntur pœneſquè
magiſtratus aſtare debent, Gamm. deciſ. 1. nu. 8.
Maſtrill. de magiſtrat. lib. 5. cap. 5. num. 44. & 45.
6 item in Eccleſiaſtico dicitur loquere maior natu,
te enim decet primum verbum, facit l. 1. ff. de alb.
ſcrib. cum ſimil. & quiſ vult ordinem turbare te-
netur actione iniuriarum, & poteſt ei de facto re-
ſiſti etiam armata manu, quia nemo tenetur in-
ergo hæres non eſt obligatus illum ſeruare, & ſic
fuiſſe interpretatam illam conſtitutionem, refert
Afflict.ibi nu.44.quem ſequitur Franch.dec.620.
nu.1.cum.ſeq.& 665.nu.3.verſ.ergo, etiam ſi hæ-
res confirmaſſet in forma communi, neſciens in-
ualiditatem contractus, adhuc nouus aſſenſus re
quiritur,& ex primo contractu facto cum aſſen-
ſu non obligatur, D.de Ponte conſ.73. num.7.8.
& 9.vol.2.
Ad quintum dicendum puto quod debet reſti-
tui pretium valens tempore contractus, non au-
56 tem illud,quod valet tempore, quo petitur, text.
eſt in l.Pomponius lo 2.ff.de neg.geſt. vbi Caſtr.
num. 5. ait quòd in ſolutione pecuniæ attenditur
57 tempus contractus,vt mutatio pecuniæ vadat ad
præiudicium emptoris, non ſic in legibus, & ſta-
tutis,in quibus inſpicitur tempus,quo oritũr obli
gatio, cap.cum olim de cenſur. vbi DD. Specul.
in tit.de oblat.& ſolut.§.nunc aliqua ver. fin. Bal.
in l.illud verſ.vlt. quæro C. de Sacroſanct. Eccleſ.
Vrſill.deciſ.90. Catot.de depoſ.1.par.rubr.de in-
lit.Iur.num.50. & 52. Dec. in rep.l.quod te num.
34. in fin. ff. ſi cert.pet.iunctis not.per Afflict. de
Iur.prothom.§.2. num.21. cum ſeq.vbi loquitur
in retractu poſt Tiraquell. per præfatos relatum;
58 ſic quoque in re vendita ad menſuram, quando
certus eſt contractus attenditur pretium, eo tem-
pore currens, nõ autem menſurationis,quia quo
ad pretium dicitur contractus certus non ſic,quò
ad interitum rei, cum ad venditorem pertineat
durante menſuratione, Bal. in rub. C.de peric.&
com. rei vend.num.2.& 3. Caſtr.l.ſicut C.de act.
empt.Afflict.deciſ.280. num.5. Caualc.de tut. &
curat.nu.265.vndè cum contractus fuit certus fa-
59 ctus tẽpore illo, licet deficiat aſſenſus,quo inua-
lidatur

Digitized by Google

lidatur, tamen contractus erat ſub certo pacto,&
pretio ſacto ducatorum 500. vndè modo cum
hæres poſſit diſcedere ab illo, quia nullus autho-
ritate dictæ conſtitutionis conſtitutionem agitur
ex ſtipulatu ad repetendum pretium ſolutū, tan-
60 quam non ſubſiſtente cauſa qua ſactus ſuit pre-
tium debet attendi, quod valet tempore contra-
ctus, l.bonitatis cum l.ſequ. & l. Titius ff de act.
empt. ſecus ſi ageretur actione euictionis, quia
attenderetur, quod valet tempore euictionis, d.l.
Titius la 1. l euicta re,& l.ex mille §.1. & l.boni-
tatis ff.de euict.gloſ.l.1. la grande C.de ſent.-quæ
pro eo quod int. Afflict.deciſ.278.nu.3.Vrſill.de-
ciſ.191.nu 4 de Franch.dec.297.

Et cum agitur actione deſcendenti ex contra-
ctu inutili ſtipulato poteſt agere ad intereſſe de-
61 curſum pro tempore præterito, quia quando cō-
tractus eſt nullus ipſo Iure fructus veniunt ab il-
la die nullitatis, gloſ.§.1. verſ. itinere in fin. auth.
de inceſt.nupt. vbi allegat tex. in l.cum qui ff de
his quib.act.iud.& facit text. l.non ſolum, & l. ſi
prædium C.de præd.minor.& And.in cap.1. §.ſin
autem dixerit col.4.ver.perditur dominium quo
temp.mil.& cap.1.§.item ſi fidelis quib.mod.ſeu,
am.& poſt alios Ioan.Rain.in cap.1. §.calidis de
prohib.alien.feud.per Fed.in ver.pœna 26.quæſt.
1.par.princ.& ibi quoque Card. Alex. col.2.Ve-
laſcus in conſult.83. nu.14.& conſult 70. nu.16.
& Capibl.de Baron.pragm.1.num.183. & ſeq. &
Bellug.in Spec.Princ.rub.14.ver.nunc videamus
62 num. 8. vt dicitur in feudatario committente fe-
loniam, quod cadit à Iure ſi Domino placuerit;
licet ipſo Iure incurrat, quia Dominus tacendo,
& accipiēdo ſolita ſeruitia tacitè illam remittere
videtur, Bal.cap.Imperialem §.inſuper de prohib.
alien. feud. per Fed. Card.cap.fin.cum alijs ibi de
donat.Bal.& Salyc. in l.fin. C.de reuoc. donat. &
in l.omni modo C.de inoff.teſtam. Dec.in conſil.
341 nu.16.& 138 num.6.Clarus §.feudum quæſt.
42. Tiraquell.d.l.ſi vnquam ver.reuertatur nu.9.
10. & 11. & tamen quando declaratur tenetur ad
63 fructus perceptos à die feloniæ commiſſæ, quia
ab illa die contractus erat ipſo Iure reſolutus, &
non poterat illos fructus percipere, quia res erat
aliena, vndè ſequuta declaratione trahitur retro
ad tempus feloniæ quo ad pœnam, vt dixerunt
Guil. & Imol.in clem.1.de exceſſ.prælat.Guil.Cu
man.Angel.Paul.de Caſtr.Alex. & Iaſ.in l.1. per
illum tex.quem Paul.ibi dixit eſſe perpetuò men
ti tenendum C. de his quib. vt iud. cum alijs per
Tiraquell. d. ver. reuertatur nu.272. imo furtum
dicitur committere recipiendo fructus, dicit Bal.
relatus à Rebuff.in ato.feud.in vlt.col.ver.prima
64 eſt, ſic quoque de emphyteuta teſtatur nu. 271.
& ſic in legitima nu. 220. ſic in contractu vendi-
tionis vſurario declarato, reſpondit Velaſc.d.cō-
ſult.70. nu.16.& per totam.

65 Quare cum ex dicta conſtitutione contractus
ſine aſſenſu improbatur, ſequitur quòd eſt nullus
ipſo Iure ibi ver. nullam omnino, quæ dictio nul
la nullatenus, & nullo modo ſunt vniuerſales ne-
gatiuę, quæ vniuerſaliter, & ſine nulla exceptione
operantur, gloſ.cap. non poteſt la 1. ver.obligari
de reg. iur. in 6. & denotant nullitatem ipſo Iure
gloſ.cap.innotuit ver. nullam de elect. Tiraquell.
d.ver.reuertatur nu. 243. tam ſi eſt pura, quàm
conditionalis alienatio, vt adnotauit Velaſc. con-
ſult.27.nu.8.in fin. & illam dictionem nullatenus
eſſe præciſam, & negat potentiam in actu, Dec.
conſ.1.nu.5. Anna alleg.66. Menoch. de arb.Iud.
66 caſ. 102. nu.5. & dictio illa omnino aufert facul-
tatem faciendi cōtrarium, gloſ.fin.in clem. hi qui
de ætat.& qual.Carau.rit.298.nu.3 & dicitur præ-
ciſa vt illa omnimodo l.ſi poſſeſſor in princ. ff.de
pet.hær.l fin.C.vt inte.cert.temp.Grammat.vot.
31.nu.7.Carauit.rit.248 nu.3 quo ad omnem ſui
partem cap.ſi religioſus de elect. in 6. & operatur
effectum, vt verbum ipſo Iure, de Franch. deciſ.
250 nu.5.ergo dum actus eſt ipſo Iure nullus ſen
tentia hominis non requiritur, gloſ.d.§.1.aut.de
rit. nupt. nam cum loquatur illa conſtitutio per
verbum nullum illud denotat nullitatem ipſo Iu-
re, d.cap.innotuit, & cap. deliberatione in fin.de
offic.deleg.in 6.& ſequitur Afflict. ſuper cit.con-
67 ſtit. conſtitutionem nu.19. dicens quòd ad reuo-
candam poſſeſſionem à tertio requiritur ſenten-
tia Iudicis exequentis ſtatutum à Iure, ſed ipſe
qui alienauit poteſt ſimpliciter abſque alia pro-
batione, quod dolo fuit inductus ad alienandum
reuocare contractum, gloſ de conſt. ver. reuoca-
re,& ibi Afflict.nu.21. & Anna in alleg.84. nu.7.
quia quod nullum eſt reſciſſionem non patitur,
& ſemper remanet Dominus cum dominium
nō transferatur, lege prohibente. Velaſc.conſult.
70.nu.8.vndè quando contractus eſt nullus, nul-
lus ex eo producitur effectus, l. fin. ff ad l. falcid.
l.3.§.condemnatum ff.de re iud.cum alijs per Af-
flict. & And.in cap.1.§.præterea, quæ ſit prima
cauſa ben.am. Surd.deciſ.189.nu.24.Velaſc.con-
ſult.85.vndè Bald.in l. ſi intereſt §. deportatus ff.
de leg.3.dixit factum quod indiget confirmatio-
ne ſuperioris non trahit ſecum eius effectum, do-
nec confirmetur, vndè cum confirmatio hic ſit
neceſſaria pro forma illa omiſſa actus eſt nullus,
l.magis puto §. idem prætor ff.de reb. eorum, ex
quo actu nullo, nullum ius quæritur, Afflict.dec.
355.Velaſc. conſult.70.nu.8. iunctis not. per Ca-
piblanc. loc.cit. ergo hæredes reuocando petere
poſſunt ab illa die intereſſe, licet requiratur ſen-
tentia Iudicis declaratoria, vt ait Rebuff. loc.cit.
& dixi de donat. 1.par.cap.4.quæſt.11.

68 Neque refragari poteſt illud quod poſſit addu-
ci donationem omnium bonorum factam reuo-
cari ob ſuſceptionem liberorum ſequutam, cum
ſic facta tacitè cenſebatur, iuxta l. ſi vnquam C.
de reuoc. donat. quibus natis ipſo Iure illam re-
uocari,& reuerti in dominium donantis, ſecundū
gloſ.& Tiraquell. ibi in princ. in ver. reuertatur,
tamen illud ſe habet, ſi is ad quem ſpectat petijt
reuocari, vndè fructus maturati, & percepti poſt
natiuitatem illorum vadunt ad beneficium dona-
tarij,& non donantis, nam & ſi ipſo Iure diceba-
tur reuocata ſtante eius bona fide, quia donator
nihil oppoſuit fructus reſtituere non tenetur, ſi
demum donationem factam vendicabit, Tiraqu.
d. verb. reuertatur nu.10.& 273.& de Franch.in
deciſ.46.nu.7. vbi nu.9. ait idem eſſe in feudata-
69 rio, quòd ſupra diximus eſſe contrarium in eo,
& Caualcan.in dec.30.nu.27.1.par.ſic eſſet quan-
do reuocatur donatio ex capite inofficioſæ dona-

tionis

Digitized by Google

tionis, vt veniant fructus à die litis conteſtatæ,
Franch. dec. 558. vnde cum ille N. poterat vendi-
care pretium, & non egit, ergo hæres ſi vult reuo-
care illam, ſi admittitur ad reuocandam aggrega-
tionem diſpoſitione cit. conſtitutionis non debet
admitti ad vendicandum fructus per l. cum à ma
tre C. de rei vendic.

70 Quoniam reſponderi poteſt non procedere
adducta quando qui poteſt reuocare ignorat ius,
& facultatem reuocandi, quia tunc cum nõ detur
conſenſus ignoranti, l. 2. ff. de iudic. l. ſi per errorẽ
ff. de iuriſd. omn. iud. ſequitur quòd non extendi-
tur ille actus nullus, Caualc. deciſ. 45. nu. 13. imò
neque extenditur in actu, in quo dubitatur ſi va-
let, nel ne, vt ſupra dixi cum Tiraquell. in d. l. ſi
vnquam in præfatio. nu. 99. 100. & 101. vndè cum
contraxit hac cauſa finali, vt participaret in feu-
do, & ſic continuauit durante eius vita, non po-
teſt allegari conſenſus in reuocando ſi ſciuiſſet,
qui principalis actus cum non tenebat reſiſteote
conſtitutione Regni, ergo quælibet clauſula, &
verba ſunt nulla, Crauett. in quæſt. de inden. mul.
71 nu. 3. vbi quando actus nullus eſt, diſpoſitione le-
gis conſenſus indè datus non præiudicat conſen-
tienti, vt ſupra dixi in alleg. 11. poſt adducta per
Barboſ. in l. Lucius Titius ff. ſol. matr. relatum
per Franch. deciſ. 665. nu. 4. & 5. & quæ dixi de
donat. 2. par. cap. 1. quæſt. 5. princip. & Crauett.
loc. cit. nu. 19. & ſeqq. & nu. 40. verſ. 3. & Franch
deciſ. 277. 2. col.

72 Neque obſtat l. cum à matre, quia illa proce-
dit quando actus erat perfectus voluntate facien-
tis, vt dicit Lambert. de Iur. patr. 2. par. lib. 1. art.
17. quæſt. 1. nu. 1. non autem quando defecit con-
ſenſus, quia ſi poterat irritari per principalem,
poterit quoq; per hæredem. Tiraquell. d. ver. re-
uertatur nu. 300. cum ſeq. de Franch. cit. dec. 665.
num. 5. & 6.

Secundò reſpondetur: illud procedere quando
teſtator ſciuit inualiditatem, quam potuit oppo-
nere, & ſciens permiſit, ſecus quando ignorabat,
quia tunc hæres poteſt reuocare, vt in reuocatio-
ne donationis, dicunt DD. l. fin. C. de reuoc. do-
nat. vt in d. l. ſi vnquam, ego dixi in vlt. quæſt. dũ
ergo hæres admittitur diſpoſitione legis, conſen-
ſus ementis apparet fuiſſe, vt participaret in feu-
do, cum modo deficiat aſſenſus erat nullus ipſo
Iure, & quando nullus eſt hoc modo fructus ve-
niunt in reuocatione à die contractus, vt ſupra
73 dixi, & ſic deciſ. præfata 558. de Franch. habet lo-
cum quando filius mortuo patre agere potuit, &
non egit videtur eſſe bonæ fidei poſſeſſor, quia
ab illa die naſcitur actio petendi legitimam, &
eius fructus, Franch. ibi nu. 5. & deciſ. 16. num. 13.
imò in vita patris poterat admitti, iuxt. deciſ.
Franch. 104. quæ ſe habet quando notoriè con-
ſtat de læſione, vel excipiendo contra virũ agen-
tem, cum regulariter poſt mortem dotantis detur
hæc reſciſſio, iux. deciſ. 170. eiuſdem ſimiliter po-
74 teſt hæres inſtitui purè, & alius ſub conditione,
dixit gloſ. l. 2. ff. ſi pars hæred. petat pendente con
ditione purè hæres percipiet omnes fructus, ſi ta-
men purificatur conditio habetur, vt malæ fidei
hæres à principio, & tenetur ad reſtitutionem il-
lius medietatis, vna cum fructibus, de Franch.
deciſ. 604. & Velaſc. conſultat. cit. 83. num. 14.

Vel tertio dici poteſt, quòd in hoc caſu ius re-
ſiſtit, & annullat actum ipſo Iure, vndè quando
annullatur per ſententiam Iudicis exequitur per
legem decretũ, & reuocatur cum fructibus, quan-
do tamen lex non annullat ipſo Iure, ſed declara-
tur per Iudicem, ex voluntate partis, vt in l. ſi vn-
quam non reuocantur fructus, niſi ab illa die de-
clarata per partẽ; Pendet quæſtio, non eſt termi-
nata ponam quid iudicetur.

Mauritius de Apicella I. C.

S V M M A R I V M.

Venditor vendens pro pretio æſtimando per expertos, non tenetur illos eligere, quia nulla eſt venditio nu. 1. & ſeqq. & nu. 10.

Subſtantialia in contractũ venditionis, & emptionis quæ ſunt nu. 2.

Pretium quando non eſt taxatum certè, vel ſtatutum taxari à certa perſona electa, nulla eſt venditio nu. 3.

Pretium dicitur vnum ſubſtantiale complexiuè contractus venditionis nu. 4.

Faciens actum videtur agere ſecundum ll. & mentis diſpoſitionem, & in plus non obligatur nu. 5. & 8.

Pater promittens dotes vltra ſtatutum non tenetur ad illud plus nu. 6.

Actus principalis quando eſt nullus, omnia ſunt nulla num. 7.

Facere actum nullum l. diſpoſitione, & non facere paria ſunt num. 9.

ALLEGATIO XV.

De venditione conceſſa ad alterius æſtimationem, quando certa vt valeat.

Pro Franciſco Carola.

1 VENDITA fuit quædam domus à Franciſco Carola cuidam Lucæ Carolæ, pro pretio, quo fuerit infra dies quindecim appretiata per duos expertos eorum arbitrio illo tempore eligẽdos, quibus in omnibus partes ipſæ, ex nunc pro tunc ſe ſubmittebant, agebatur modo, ſi ille Franciſcus poterat compelli ad arbitros eligendos ſeruata forma pacti, dicebatur nullo modo venditorem ipſum cogere poſſe ad illos eligendos, ex quo cõtractus ille eſt nullus, & cum nullus ſit non teneri ſeruare pacta in eo contenta.

2 Et quod nullus ſit aſſerebatur illud eſſe indubitatũ tria eſſe ſubſtantialia õctractus emptionis, & venditionis, res, ſcilicet conſenſus, & pretiũ §. pretium inſt. de empt. & vendit. & ibi DD. Theſaur. in deciſ.

in deciſ.pedemont.233.nu.2.& vt pretio perficia-
tur illud debet eſſe certum,& determinatum d.§.
pretium,& §.ſeq.de Franch.deciſ.23.nu.2.& 3.&
dec.292. nu 2.debet eſſe congruum, Fabian.de
Mont.in tract. de empt. & vendit. quæſt,5.princ.
num.11.

Hoc ſic ſtante non apparet in inſtrumento illo
promiſſionis certũ iſtud pretiũ, ſed bene incertũ
taxãdũ non à certa perſona nominata,ſed à dun
3 bus expertis eligendis, & quando perſona non eſt
certa nominata, à qua apparere poteſt pretium
illud eſſe inſtrumentum venditionis eſt nullum ,
& tanquam nullius effectus cogi non poteſt pro-
miſſor ad obſeruandum pactum illud venditio-
nis, l.ſi merces ff.locat. gloſ.hoc ſentijt expreſsè ,
etiam in l. vendentis in gloſ.mag.ver. in venden-
tis ibi , ſi autem extranei C. de contrah. empt. &
ibi Bal.nu.6.in 3.opp. & Salyc.nu.3.opp.3. colli-
gitur hoc præter illos ex l.fin.C.de contrah.emp.
ibi , (quanti Titius extimauerit) in l. hæc vendi-
tio §. fin. ibi (ſi rationes Domini) ff. de contrah.
empt.& in d.§.pretium ibi, quanti Titius eſtima-
uerit,) & ibi (quanti ille eſtimauerit,) & gloſ.ibi
in ver. (nominatus) ſenſijt,& cum ea Aret.nu.4.
ver.in gloſ.nominatus,& ratio eſt, quia cum pre-
4 tium ſit certum de ſubtilibus complexiuè con-
tractus emptionis ſi deficit illud in eius parte di-
ſtrictiua contractus non valet , cum deficiat pars
ſubſtantiæ contractus, l.quod ſæpè §. illud ff. de
contrah.empt.Bal.d.l. in vendentis nu.2.ver.alio
modo , quod pretium non poteſt dici eſſe in hoc
contractu ex illis perſonis eligendis,quia ſi eſſent
certæ diceretur pretium certum,cum cõditio ta-
citè intelligeretur, vt quanti vir bonus æſtimaue-
rit ille habeat appretiari , d. l. hæc venditio , ſed
quando perſonæ ſunt incertæ pretium non dici-
tur adeſſe , quoniam & ſi certificatur ex perſona
eligenda , quæ ex poſt facto dicitur etiam certa
perſona,tamen dicit Salyc. loc.cit. quod perſona
certificanda poſteà poſſet eſſe talis , quod ſi de ea
cogitaſſet,nunquam in eam conſenſiſſet,& ſi non
ambo ſaltem alter eorum, vndè cum deficiat vnũ
ſubſtantiale contractus eſt nullus,& quando quis
5 aliquem facit actum in eius mente ſemper tacitè
cenſetur ineſſe , ſi mille actus ſecundum eius or-
dinationem ſit à Iure receptus , & ſi ius ſic per-
mittat illum validum eſſe , alias ſi eſſet nullus di-
ſpoſitione legis non extenditur contractus ad
nullitatem,vt ex eo quis obligetur l.4.§.fin. & l.
ſicut §.venditionis ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.
l.debitum C.de remiſſ.pignor. & Crau.in quæſt.
de inden.mul.poſt tract.de ant.temp.nu.2.3.& 6.
vndè de Franch.in deciſ.205. in addit. ait patrem
non teneri præſtare dotem filiæ promiſſam plus
illius à ſtatuto taxatæ , ne lex ſit impoſita verbis ,
6 & dicit eſſe notandum pro Ciuitate Cauæ , in
qua adeſt ſtatutum aſſenſu Regio firmatum de
dote taxata,cum nemo poſſit facere,quin lex non
habeat locum in teſtamento ſuo l. nemo poteſt ff.
de leg.1.& quod lex negat,homo non audet con-
tra facere l.1.C.de execut.rei iud.& nemo præſu-
mitur facere actum, quo eius iudicium impugna
tur, l.miles qui deſtinauerat ff. de milit.teſtam. &
7 quando actus principalis eſt nullus, quælibet clau
ſula,& cautela in eo adiecta eſt nulla, l. ſi alij , &
ibi Bar.ff.quæ res pign.ob.poſſ.Frecc.de præſent.
inſtrum.9.par.quæſt.8.nu.13.& 14.dicens quoque
quòd quando inſtrumentum eſt nullum , nulla
8 eſt confeſſio,& præcarium ibi contenta,& quæli-
bet promiſſio etiam iurata ſemper intelligitur re-
ſeruata poteſtate legis , ſi illam ſic agere permit-
tat, l. fin. & ibi latè per DD. ff.qui ſat.cog.& fa-
9 cere actum nullum diſpoſitione legis, & non fa-
cere idem eſt, quo ad eſſentiam illius l.fin. ff.ad l.
falc.cum alijs per And.& Afflict.in cap.1. §.præ-
terea quæ ſit prim.cauſ.ben.ami. & paria ſunt nõ
facere actum, vel facere,ſed inutiliter l.non puta-
uit §.quæuis ff.de contratab.l.4 §. eandem naturã
de re iud. vt dixi in allegat. præced.ver.ad 5.ver.
quare .

Ex quibus patet malè ſentijſſe Dec. in conſil.
648. in princ.talẽ contractum venditionis ſic cõ-
10 fectum valere , ex eo quòd videtur approbatus à
Iure,& dicitur pretium certum, eo ipſo, quod eſt
commiſſum arbitrio alicuius,quia intelligitur ar
bitrio boni viri, d.l. hæc venditio d.l.final. & d.§.
pretium, de Franch.d.deciſ.23.nu.6. & per Laur.
de Iud.ſuſp.cap 7.num.65. licet remiſſiuè reſideſ
in fine,nec non conſuluiſſe Anan.in conſ.19.viſis
inſtrumentis, & compromiſſo, quoniam ſalua
pace tanti viri falſum eſt omne quod ibi afferit ,
quia illæ leges loquuntur , quando eſt certa per-
ſona nominata taxandi pretiũ , tunc etiam ſi pre-
tium non apparet certum, dicitur tamen certum
quia pendet certificãdum ab vna perſona expreſ-
ſa , de qua partes ſic confiſæ ſunt , cum in dubio
dum intelligatur, vt bonus vir arbitretur , bonus
vir dicitur certa perſona, d. l. hæc venditio ibi, ſi
ſi rationes Domini, d.l. fin.ibi,quanti Titius eſti-
mauerit,d.§. pretium ibi,quanti Titius,& quanti
ille ſic quoque loquitur Anania,qui eſt legendus,
& ipſemet Dec.parum ſibi memor expreſsè cen-
ſuit in alio conſ.340.nu.1.contra ea,quæ dixit in
cit.conſ.648. prout citato loco rectè reprobauit ,
Pinellus in l.2.C.de reſcind.vend.2.par.rubr.cap.
1.nu.4. vltra ſuperius adducta,& ſic eſſe ſentien-
dos DD. dicentes valere emptionem pro pretio
æſtimando per æſtimatores quãdo ſunt nominati
à principio. Non fuit deciſum vlterius , ex quo
lite pendente venditor ille elegit arbitrium ex
eius voluntate,ſic & alia pars,cui ſe ſubmiſerunt.

Mauritius de Apicella I.C.

SVMMARIVM.

Notarius affinis an poſſit conficere inſtrumentum pro affine nu.1.& ſeq.

Dolus,& fraus non præſumitur, ſi non probatur ſpecificè num.2.

Omnis actus in dubio præſumitur ſolemnis quouſq; contrarium non probatur nu.3.

Maiorem fidem facit Notarius quam teſtis nu.4.

Teſtis affinis eſt idoneus pro affine nu 5.

Notarius præſumitur rogatus à partibus , & aſſerenti fuiſſe rogatum ei creditur nu.6.

Dolus aſſertus non præſumitur in his , quæ palam fiunt num. 7.

Notarius

Notarius poteſt ad ſui fauorem ſcribere commiſſionem, & quando nu.8.& inſtrumentum nu.10.
Notariur an poſſit eſſe executor nu.9.
Pater quando poteſt conficere inſtrumentum pro filio num.11.
Filius an pro patre nu.12.
Maritus an pro vxore ibidem,& an teſtificari ibidem.
Inſtrumentum dicitur probatio probata num.13. cui ſtatur vſque,quo contrarium non probatur nu.14.
Contra inſtrumentum non admittitur alia probatio, niſi falſitatis nu.15. & quando nu.16.& 17.

ALLEGATIO XVI,

Inſtrumenta quando ſuſpecta,ſi per coniunctos conficiantur.

Pro N. Status Amalfiæ.

1 HÆSITATVM fuit, & ad me tranſcriptum,ſi affinis in primo gradu poterat inſtrumentum conficere ad fauorem eius cognati,ex quo dubitabatur illud eſſe ſuſpectũ de falſo ratione coniunctionis ſanguinis, reſpondi malè ſentijſſe,exquo dolus, & fraus non preſumitur in
2 cõtractu,niſi ſpecificè probetur,l.dolũ C. de dolo Veron.de ſimulat.cõtract.in 6.caſu principali nu. 102.cũ ſeq.Dec. in conſ.36.nu.6.conſ.119.nu. 6. & conſ.245.nu.7. quoniam omnis actus in dubio
3 præſumitur ſolemnis vſquequo contrarium non probatur, l. ſi poſt diuiſionem, vbi Bald. not.nu. 1. C.de iur.& fa. ign. vndè non dubitatur maio-
4 rem fidem facere Notarium,quàm teſtis,not.Bal. & Doct. in l. hac conſultiſſima in fin. C. qui teſtam.fac.poſſ.& idem Bal.in rubr. C.de fide inſtr. num.19.per text. in l.falſa §.1.ff.de condit. & demõſtrat.Paris de Pur.de reaſſumpt.inſtrum.rubr. 19. quare ſi teſtis affinis eſt idoneus teſtis pro affi-
5 ni, quando eſt bonæ famæ & notæ, & probatæ fidei, cap.in litteris in fin. de teſtib. Anton.de Butr. in cap. cum oporteret colum. penult. de accuſat. Iaſ. in l. iubemus C.de iudic. & in repet. l.admonendi num.167. verſ. confirmo, & fortius ff. de iur. iur. & in l. qui iuriſdictioni num.10. verſ.13. vbi Dec.nu.19.ff.de iuriſd.omn.Iud. Velaſc. conſultat.45.num.5.quanto magis quando eſt Nota-
6 rius rogatus à partibus, ad aliquod inſtrumentum conficiendum,quod de per ſe facere non poteſt, niſi ſit à partibus rogatus, & in dubio ei aſſerenti fuiſſe rogatum cum teſtibus eſt credendum de ipſa rogatione, l. ſi conſul. & ibi Doct. ff. de adopt. l. iubemus §. his tabellionis C. de Sacroſanct. Eccleſ. & Alexan. in l. ſciendum num.43. ff. de verb. oblig. & aſſertus dolus non præſumi-
7 tur in his quæ palam fiunt, quia in his ceſſat omnis mala ſuſpitio, l. non exiſtimo ff.de admin.tut. l.ita fidei ff.de Iur.fiſc.& l.cum ipſe C.de contrah. empt.vnde in tract.meo de donatio.in 2.par.in cap.5.quæſt.74.adnotaui hoc non operari, quando actus eſt clandeſtinus, qui non poteſt dici, vt fraus ſuſpicetur quando actus eſt factus palam coram teſtibus, vel per inſtrumentum tunc publicatum,quia ceſſat eo caſu omnis dolus.
8 Quinimò ſi Notarius poteſt ad ſui fauorem ſcribere eius commiſſionem quando non totam cauſam, ſed partem, & non ſumus in lucratiuis, iuxta notata per Bart.in l. ex ſententia ff.de teſtament.tutel. Afflict.in deciſ.317.Alexan.in l.ſciendum num.8.ff.de verb.oblig. & Dec.in conſil.42.
9 vbi etiam ſi poteſt eſſe executor, & Bald. in l. error num. 7. C. de iur. & fa. ign. ait errans Notarius in Iure, in hoc non excuſatur, quia ſibi
10 aſcribit,vt ibi,non autem poteſt ad ſui vtilitatem in cauſa propria inſtrumentum conficere,Dec.in l.qui iuriſdictioni num.3.ff.de iuriſdict.omn.iud. & Alexan. loco præcit. idem dicit, quòd pater
11 poteſt facere inſtrumentum pro filio de rebus aduentitijs, & Caſtrenſibus, etiam ſi eſt in poteſtate, non autem è contra filius pro patre, ſi eſt in poteſtate illius, & Bart.in l. ſi pater ff.de falſis,
12 & idem in marito pro vxore, ſecundum Bart. in l.vxori ff.de falſ. & Angel.in d.l. ſi pater, licet teſtificari non poſſit, rationem differentiæ eſt videre pœnes Bart,in d.l.ſi pater,quanto magis conficere Inſtrumentum ad aliorum vtilitatem, qui ex authoritate officij, & præſentia Iudicis, & te-
13 ſtium eius ſcriptura dicitur probatio probata, & facit rem manifeſtam Bald.in l.Iudices num.2. C.de fide inſtrum. & per Iaſ. d.l. admonendi nu. 145. cum ſeq. cui ſtatur vſquequo contrarium
14 non probatur, Alexan. in conſil.53. nu.1. vol.7. & Boer. in deciſ.118. Fuſius poſt illos Menoch. de arbitr.Iudic.caſu 105. omnia congerens, con-
15 tra quod inſtrumentum non admittitur alia probatio, niſi falſitatis, iuxta l. optimam C. de contrah. ſtipulat. per teſtes in eo deſcriptos, ſecundum Bald.in l.in exercendis, cum Paul. de Caſtr. C. de fide inſtrum. iunctis latè notatis per
16 Boer. & Menoch.loc. præcit. quæ oppoſitio cadi non poteſt in hoc inſtrumento, cum adſint requiſita de forma contractus, ſecundum gloſ. in l.generali C. de tab.lib.10.& per Bald.in l.contractus num.6. C.de fide inſtrum. & eſt etiam illud reaſ-
17 ſumptum in cartha pergamena ab eodem Notario, & per Iudicem, & teſtes quinque ſubſcriptum, quo caſu ceſſat omnis ſuſpitio, ſecundum Afflict. ſuper conſtitut. inſtrumentorum robur, & Paris de Put. de reaſſumpt.inſtrum.rub.18.per totam, & rubr.19.& 20.num.7.cum ſeq. & latius rubric. 24. vbi eſt quæſtio ſi teſtes nolunt ſe ſubſcribere, ex eo quia non fuerunt rogati, quod creditur Notario teſtanti de. rogatione, & ſubſcribere coguntur, & ſic partes acquieuerunt, quas taceo, cauſa modeſtiæ.

Mauritius de Apicella I.C.

SVMMARIVM.

Caſſaturæ in inſtrumento non afficiunt quando eſt reaſſumptum illud in forma probanti, iux.conſt. Regni n.1.& ſeqq. vt falſum non præſumatur n.3.& 15.

Teſtes fidem præſtant in inſtrumento nu. 2.

Notarius poteſt abbreuiaturas extendere, iuxta ſtilum nu.4.& 6. etiam ſi in protocollo non adſunt,& poteſt apponere omnes clauſulas conſuetas, etiam ſi non eſt dictum à partibus nu. 5. & ſi non apponit poteſt puniri de falſo nu.8.

Abbreuiaturæ poſſunt extendi etiam per alium Notarium nu.7.

Abbræuiaturæ quæ ſunt præſumuntur de manu Notarij adiectæ in protocollo, etiam ſi manu aliena ſint additæ, ſic & caſſaturæ nu.9.

Inſtrumentum poteſt ſcribi per alium, & ſubſcribi per Notarium nu.10.

Falſum vt dicatur requiritur intereſſe partis nu. 11. & quod ſit probabile nu 12.

Falſum committens non exiſtentibus omnibus requiſitis punitur pœna extraordinaria nu.13.

Teſtis vnus deponens de caſſatione facta à Notario in inſtrumento probat nu.14.

ALLEGATIO XVII.

Poſtillationes ad inſtrumenta, quando ſuſpecta reddunt, & de poteſtate Notarij cœterandi.

Pro eodem.

FVIT ſupradicto reſponſo replicatum quòd alio modo reddebatur ſuſpectum inſtrumẽtum illud, non obſtante reaſſumptione, ex quo viſo protocollo, à quo fuit illud reaſſumptum reperierunt caſſata aliqua carmina, & aliena manu ſcripta, necnon in-
1 ſtrumẽtum fuiſſe ſcriptum ab alio, & in fine ſub-
ſcriptum per Notariũ, ex quibus reddebatur du-
bia reſponſio ſi extendebãtur ad hæc alia indicia,
dixi neque prædicta illi afficere, quoniam parum
prodeſt adeſſe illas caſſaturas quando inſtrumen
tum eſt in publica forma reaſſumptũ, iuxt. conſt,
2 Regni inſtrumẽtorum robur, nam cum ex teſti-
bus inſtrumentum fidem ſumat, §.ſi vero auth.de
inſtr.fid.Menoch.de arb.Iud.caſ. 105.nu.9.ſequi-
tur cum teſtes in illo ſe ſubſcripſerunt teſtimo-
nium de eo perhibuerunt, l.fin.& ibi Bal.C.ſi cert,
petat.quod perpetuã dicitur habere fidem, l.con-
3 tractus C. de fid.inſtr.ſtante namque ipſa publi-
catione facta ex reaſſumptione, eſt ei plena fides
adhibita, Afflict.in deciſ.146.nu.5.Paris de reaſ-
ſumpt.inſtr.rub.20.nu.7. Papienſ.in ſua pract. in
tit.de form.oppon.contra inſtr.§. dignoſcitur nu.
6. ait etiam quod tale inſtrumentum probat quã-
uis protocollum ſit caſſatum.
4 Caſſaturæ non obſtant, quia Notarius poteſt
ſuas abbreuiaturas exprimere, ampliare, & limi-
tare, quoniã quando eſt à partibus rogatus tacitè
videtur rogatus, vt apponat omnes clauſulas in
inſtrumento ſolitas apponi, etiam ſi non eſt di-
5 ctum, quia eius onus eſt hoc facere, l.fin. cum ibi
not.C.de fideiuſſor. & l.quòd ſi nolit §.aſſiduò ff.
de ædil.edict.Bar.in l.ſi prius § idem credendum,
per illum tex. ff.de aq.plu.ar. Iaſ.in Rep.l.admo-
nendi à n.150.vſque ad 156.ff.de iur.iur. Theſaur.
in deciſ.Pedem.58.nu.7.Frecc.in tract.de præſent.
inſtrum.in 4.par.num.3.Vrſill.deciſ.150.num.15.
6 vndè illud reaſſumendo potuit iuxt. ſtilum illas
extendere clauſulas neceſſarias, imò Bal. in rub.
C. de fid. inſtr. verſ.4. quæritur ait quòd etiam ſi
iſtæ abbreuiaturæ non eſſent in protocollo exten
ſæ per Notarium, ſed in inſtrumento ſolemniter
7 reaſſumpto, non per hoc datur repugnantia, quia
illæ clauſulæ poſſunt extendi non tantum per ip-
ſummet Notarium, vt Bal. & Bart.loc.cit.rub.20.
num.2.loquuntur, ſed etiam per alium Notarium
iuxta ſtilum Notariorum, Bart. in l. argenta-
rijs verſ.item not.ff.de edend. Menoch. de arbitr.
caſu 187.num.20. & 21, dummodo interueniant
requiſita per Abb. in cap.cum p.nu.3. de fid. in-
8 ſtrum.& Parid.rub.29. vndè, & ſi Notarius clau-
ſulas ordinarias nõ apponit poſſet puniri de falſo,
Paris loc.cit.num.4. & Iaſ.in l.in emphyteotica-
rijs nu.29.30. & 31. C.de iur.emphit. & in dubio
9 illæ caſſaturæ præſumuntur factæ ab eodemmet
Notario, licet non conſtat de cuius manu ſint, vt
delictum non præſumatur in dubio, l. merito ff.
pro ſocio, quia in pœnis proceſſus debent eſſe li-
quidi, & non ſuſpitio ſola ſufficit, de Franch. de-
ciſ.267.nu.3. & 425. nu.2. Carot.deciſ.66.nu.12.
& 13.in falſitate Notarij loquitur quando non eſt
in ſolemnitate ſubſtantiali nu.14.
Similiter neq; obſtat quod aliena manu ſit ſcri-
ptum, quia ſat eſt in fine adeſſe ſubſcriptionem
10 propriæ manus antequam finiatur inſtrumentũ,
quia habetur, ita ac ſi totum propria manu fuiſ-
ſet ſcriptum, Bar.& alij in l.emptor §.Lucius per
illum text. cum gloſ. ff. de pact. & in l. quæ dotis
nu.26. ver.quæro, quid & ibi Alex.nu.37.ff.ſolut.
matr.Paul.de Caſtr.in l.ita ſtipulatus §.Chriſogo-
nus col.1.ff.de verb.oblig.& in l.cum antiquitas,
vbi etiam Alex.& Iaſ. C.de teſtam. Alex.in conſ.
147.nu.4.vſque ad 8.vol.2. Felyn. in c.quoniam
contra col.34. verſ. quæro extra de probat. Iaſ.in
aut. ſi quis in aliquo nu.4. verſ. confirmo C.de
edend. & de Franch.in deciſ.300. Bald.in l.vnica
§.ne autem nu.12.C.de caduci. tollend. ſic quoq;
reſpondit Dec. in conſ. 447. nu.8. in fin, relatus à
Menoch.in caſ.187.nu.39.ſubſcriptionem Nota-
rij ſufficere ad tollendam ſuſpitionẽ falſi, quando
inſtrumentum eſt cœteratum, vel aliena manu
poſtillatum.
Ex quibus viſis illis caſſaturis, & apoſtillis in-
ueni, quòd illæ non erant contra ſubſtantiam cõ-
tractus, ſed omnes ad fauorem alterius partis, ita
11 quòd non poſſunt adduci àd falſitatem detegen-
dam, cum inter cœtera requiratur intereſſe par-
tis, vt falſitas arguatur commiſſa, Afflict.in deciſ.
vlt. Menoch.de arb.Iud.caſu 306.num.14.& ſeq.
Carauit. ſuper pragmat. de falſo quæſt. 13. num.
129.cum ſeq. Carot.citata deciſ. 66. nu.5. & ſeq.
Muta in deciſ.38.num.9.cum ſeqq. & Alex.con-
ſuluit in conſ.53.nu.10. vol.7. dicens additionem

factam

factam in inſtrumento non arguere falſitatem,
quando ex ea damnum ſortiri non poteſt, quia,
non appellatur falſum quod non eſt probationis,
Carauit.in rit.281.num.4.& ſuper d.pragmat.nu.
134.cum.ſeq.Clar. §. falſum verſ.item excuſatur,
13 & Caualcanus in deciſ. 34. num.19. par.5. quod
Menoch. loco præcit. de pœna ordinaria ſentijt,
non autem extraordinaria liberari, vt neque ex-
traordinariè puniri, & per Maſcard. de probat.in
concluſ. . . quod reprobauit Corn.Roland. &
Vulpell.de quibus meminit Carot.loc.cit.nu.27.
4 & ſi vnus teſtis releuat, deponens quòd pars ſic
ſentijt,vt additio loquitur Alex.loc.cit.num.15.à
fortiori quando eſt ſolemniter reaſſumptum,in,
15 quo vlterius exceptio falſitatis obijcí non poteſt,
text.eſt in cap.cum à nobis de teſtib. & Gramm.
in deciſ.103. num.146. vt ſuperius dixi, & ſic ſil-
uit exceptio falſitatis.

Mauritius de Apicella I. C.

SVMMARIVM.

Legatum ſub verbo poſt mortem dicitur conditionale, num. 1.
Conditio propriè dicitur in caſu de futuro nu.2.
Hæres præmoriens teſtatori inſtitutio dicitur caduca, ſic & legatarius nu.3. Cum debeat ſuperuiuere, tam ſi eſt vniuerſalis, quàm particularis num. 6. Etiam ſi eſt de liberis ille,cui reſtitui debet nu.7.
Verbum reſtituere denotat vltimam voluntatem nu.4.
Ommiſſum in re à lege, ſtatuto, & in omni actu dicitur ommiſſum,etiam in teſtatore nu.8.& non ſit extenſio ex veriſimili mente teſtatoris nu.9. latè, & ipſa veriſimilitudo debet apparere nu.10.
Tacitum quando habetur pro expreſſo nu. 10.
Coniecturæ quæ ſunt ad inueſtigandum extenſionem, mentis teſtatoris nu.11.
Legatum factum de reſtituendo hæredi, ſi eo tempore, ille eſt mortuus cuius erit legatum nu. 12.
Ius adeundi non dicitur in bonis noſtris nu. 13.
Renunciatio hæreditatis ante mortem non poteſt fieri num. 14.
Donatio de hæreditate viuentis non valet num. 15. & quando num. 17. & ſi ei ſuccedet an reuiuiſcet numer. 16.
Pœnitentia datur vſque ad mortem in actibus reuocabilibus, etiam ſi contrarium extitit actum nu. 18.
Amico in paruis conſulendum nu. 19.

ALLEGATIO XVIII.

De fideicommiſſaria ſubſtitutione caduca, & validitate donationis viuentis.

Pro Illuſtriſſimo Comite, nunc Principe de Montemileto.

DOMINA Portia Acclonciamuro in eius vltimo teſtamento ſic cauit, hæredes meos vniuerſales, & particulares inſtituo Illuſtr. D. Iſabellam Pignatellam meam filiam,& Illuſtriſs. D.Ioannem Baptiſtam Tocco Comitem de Mótemileto meum Nepotem filium Illuſtriſs. Zenobiæ Pignatellæ Comitiſſæ de Montemileto meæ filiæ, repreſentantem dictum Comitem dictæ eius filiæ Zenobiæ perſonam pro virili portione, cum conditione,caſu, quo dictus Comes ſine filijs legitimis, & naturalibus, ex ſuo corpore deſcendentibus moriatur Comes ipſe de prædicta eius portione diſponere non poſſit,niſi de tertia parte, reliquæ duæ vadant ad beneficium prædictæ D. Iſabellæ meæ filiæ, & hæredis inſtitutæ.

Necnon cauit quòd prædicta D.Iſabella mea filia de prædicta hæreditate diſponere poſſit, & alienare, tàm in vita, quàm in morte ad ſui libitum, & ſi præmoreretur ante me teſtatricem, eo caſu inſtituo Iacobum Antonium,& Aſcanium Caraccioli eius filios, & in eorum defectum eius filios legitimos, & naturales, & in hoc caſu tantum prælego Iacobo ducatos 3000. Aſcanio 2000.ante partem,& reliquum diuidatur pro tertia parte inter dictos fratres,& meos Nepotes.

Accidit quòd præfata D. Iſabella præmortua eſt ante dictum Illuſtr. Comitem, nunc Principem,& ante eius mortem de portione præuenienda in ſui poſſe poſt obitum Illuſtr. Comitis, quæ importabat ducatos 14.mil. donauit D.Ferdinando eius Nepoti filio D.Iacobi filij D.Iſabellæ ducatos 4000. poſt dictam donationem donauit D. Iacobo eius filio ducatos 7.mil.& D.Antonio ducatos 3000.

Dubitatur de validitate donationis prædictorum, & ſi talis ſubſtitutio facta Comiti in perſonam D.Iſabellæ,ſit conditionalis,ita quod cum præmortua ſit ipſa D.Iſabella, Illuſtr.Comiti tanquam caduca, non habeat effectum.

1 Quòd ſit conditionalis ſubſtitutio clarè patet,
ex verbis illis adiectis poſt mortem Comitis,quæ
faciunt conditionem, l.1.& l.diem incertum ff.de
condit.& demonſtrat. & Loffred. in conſil.9. 1. &
2.col.de Ponte conſ.1.nu.33. vol.2. quæ conditio
2 propriæ dicitur in caſu de futuro dependenti ſi
erit,vel ne, l.cum ad præſens,& l.itaque ff. ſi cert.
petat.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib. 10.tit.5.nu.1.
& ſeq.& de Franch.in dec.438.nu.3.& ſeqq.vndè
3 cum ſit conditionalis præmoriente hærede, vel
legatario ante grauatum reſtitutione efficitur caducum, & ſi non adeſt ſubſtitutus acquiritur grauato l.vnica §.ſin autem C.de cadu.toll.l.ſi pecunia §.1.ff.de leg.2.l.ſi vſusfructus §.ſed ſi ſub conditione ff.quando dies leg.ced.l.1.l.hæres meus, l.
quibus diebus §.quidã Titio ff. de condit. & dem.
4 hoc etiam operatur verbum illud reſtituere, cum
denotet actum vltimæ voluntatis habentẽ tractũ
ſucceſſiuũ,& futurum, l.1.in fin. ff.de tab. exhib.

Soccin.in conſ.75.num.4.vol.3.Guid.Pap.ſingul.
5 457.vndè neceſſarium eſt ſtante hac conditione,
vt ipſa Iſabella ſuperuiuat Comiti, vt ad eius ſuc-
ceſſionem admittatur, iux.text.l.ſi ij qui inuicem
cum gloſ.& Bart.ff.de donat.cauſa mor.l. ſi duos
§.ſi maritus, & l.quòd de pariter ff.de reb.dub. &
DD.ibi,& l.ſi Titius ff.de vſufr. & ibi Caſtr.con-
ſuluit Dec.in conſ.417.& Reg.de Pōte conſ.136.
nu.146.& ſeqq vol.2.& de Franch.deciſ.525.quę
6 non tantum in particulari fideicommiſſario le-
gato procedunt, ſed etiam in vniuerſali, d. l.vni-
ca §. pro ſecundo C.de cad.tollen, Alexan. l.cum
hæredes, & l.cum ita colum.3. Soccin. num.9. &
Zanchus in repetit.num.147. & 148. ff.ad trebell.
Menoch. de arbitr.Iudic.caſu.165.num.1.Iaſ.l.1.
num.92. cum ſequ. & l. cum filio famil. num.23.
24.& 25.& in l.ſi cui legetur §.hoc,autem num.5.
7 ff.de legat.1.vbi ampliat procedere in legato par-
ticulari, etiam ſi ille, cui facienda eſt reſtitutio ſit
de liberis teſtatricis, quòd ſi præmoritur adhuc
efficitur caducum alio non vocato apparente, di-
cens hanc eſſe magis communem, reiecta opi-
nione gloſ. in l, is cui ff. de act. & obligat. & re-
tenta opinione alterius gloſ. in l. vnica C. de his
qui an. aper. tab. ſic veriorem iudicauit quoque
Decius in cit.conſil.417. num. 3. & Couarruu. in
cap. Rainaldus §. 1. num. 3. de teſtament. quia
8 quando quid eſt omiſſum à teſtatore in lege, Ca-
none, ſtatuto, conſuetudine, contrahente, Iudi-
ce, in omni ſuperiore, & in appellante, & impe-
rrante, Principe, arbitro, arbitratore, & actore,
Surdus deciſio.170, num.10. omninò illud habe-
tur pro omiſſo, adeò quod non ſit extenſio, ex
9 veriſimili mente teſtantis, quòd ſi cogitauiſſet
idem diſpoſuiſſet, nam videtur reliquiſſe ſub di-
ſpoſitione Iuris communis, cuius eſt, quod effi-
ciatur cadncum retenta dicta opinione gloſ.l.vni-
cæ, vbi Bald,num.10. Salycet.quæſt.8. & Dec.in
conſil.211.num.5.& conſil.574.& conſil.397.nu.
2. cum ſeq. conſil.89. & 218. de Franch. in deciſ.
91,num,28.& deciſ.92, num.2. & hoc idem dici-
tur in contractu, quod in teſtatore, & in alijs, vt
per Surdum deciſ.202. num.9.& 10.& ſecundum
eos non ſit extenſio de perſona ad perſonam, ex
tacita coniecturata mente dantis, Alexan. conſil.
171.num.2.col.2.& D. de Laratha poſt ſcripta
viſus in conſil. 53. ferè per totum, quia quod te-
ſtator non loquitur, nec velle præſumitur, & ideò
ab eius diſpoſitione non eſt recedendum, Bald.d.
§.ſin autem, & in l. cum virum C. de fideicom-
miſſis Amat. in conſil.7. num. 2. 3. & 4. & caſus
contingens præter ordinationem diſponentis nō
includitur ſub diſpoſitione, etiam ſi in eo fuiſſet
maior ratio diſponendi, Ancharan.conſ.357. col.
3. Dec,d.conſ.89, nu. 2. verſ.& adhoc Surd.deciſ.
207.num.3.& eo tunc quod tacitè agitur habetur
10 pro expreſſo, quando illud tacitum tranſit in di-
ſpoſitionem, ex interpretatione Iuris, ſecundum
Bald, & Imol. in l. quidam cum filium verſ.item
not.ff.de hær.inſt.Surd.loc.cit.à num.11.cum ſeq.
& in conſ.236.num.25. ſecus ſi non tranſit in di-
ſpoſitionem, quia de in mente retentis, nulla eſt
habenda ratio, l.ſi repetendi C. de cond. ob cauſ.
cum non extendatur prouiſio de vno caſu ad aliú
c. ad audient ... m de decim.& cap.ſuſceptum de

reſcrip.in 6. nec ſufficit veriſimilis mens teſtato-
ris, quia debet apparere diſpoſitio, vt veriſimili-
tudo procedat Dec.d.conſ.287.num.7.& in conſ.
5. conſ.89.num.2.conſ.211.290.291.num.6.377.
394.& 465.& in l.cum quid num.12.ff.ſi cert.pet.
Alexan.conſil.202.num.4.lib.7. Amat.loc.cit.nu.
3.& 4.& conſ.57.num.7.& ſeqq.quia quandoque
interpretando voluntatem teſtatoris ſit extenſio
contra eius mentem, dum illam non videmus, ſe-
cundum Bald.in l.precibus C.de imp. & al. ſubſt.
ſubſt.Amat.d.conſil.57 num.8, poſt ſcripta viſus
11 & conſ.91. nu.21. niſi ſint coniecturæ, ex eodem
teſtamento apparentes, Soccin. l. cum hæredes §.
cū ita nu,10.vbi Zoann,loc.cit.ff.ad trebell.Dec.
cit. conſ.417.nu.4. Surd.cit.deciſ.207. num.9.10.
11.cum ſeq.& de Franch.deciſ.525.nu.27. & Me
noch.d.caſu 165. reliquit arbitrio Iudicis iudican
dum quales eſſe debent tales cōiecturæ, quoniam
hoc caſu non dicetur extenſio, ſed compræhenſio
quando de hoc conſtat cumulat concord, de Pon
te conſ.36.num.26.& ſeqq.vol.1. hinc Paul. de
Caſtr, in l.fin. quæſt.2. C.de legat. & ibi Alexan.
12 num.4. verſ.quærit,hic Paul.dixit, quod ſi teſta-
tor donauit Caio fundum, vt poſt mortem ſuam
reſtituat hæredi, ſi tempore reſtitutionis ille hæ-
res reperitur mortuus, quòd actio petendi ad hæ-
redē hæredis non tranſit, ſed remanet pœnes Ca-
ium grauatum fideicommiſſo, per text.in l.in cau
ſæ cognitione la 2. §. Pomponius ff.de minor. di-
cens ex illo text. conſuluiſſe contra Bar. in l.Titia
cum teſtamento §.Titia col.1 verſ.quæro quid ſi
tempore quo vir ff.de leg.2. & Roman.viſis alle-
gationibus Caſtr.in illo §.Titia, conſuluit contra
Bart.in conſ.162. vndè cum ſit præmortua ipſa
D.Iſabella, Illuſtriſs.Comiti non eſt amplius tra-
ctandum de ſucceſſione fideicommiſſi à Comite
reſtituendi, ſed ad eius portionem ſi decedet ſine
filijs ſuccedent proximiores ipſius,
13 Neque donationes factæ ab illa D. Iſabella va-
lent de portione obuenienda poſt mortem Comi-
tis, nam ius adeundi non dicitur in bonis noſtris,
de Franch.in deciſ.101.& deciſ.60. in princ.vndè
14 non poteſt in eo dari hæres antequam moriatur
ille, cui eſt ſuccedendum, neque extenditur ad ta-
les ſucceſſiones renunciatio obueniēda poſt mor-
15 tem illius, Caſtr.l.fin,nu.2. C.de pact. neque va-
let donatio facta de hæreditate viuentis, cuius ſuc-
ceſſio ſperatur, quia lege hoc prohibetur, & ſi ſit
nulla eſt, cum non debeamus eſſe ſolliciti de hæ-
reditate viuentis, l.fin. C.de pact.vbi latè Cagnol.
poſt alios, eo magis quando nominatur certa per-
ſona, à qua ſucceſſio ſperatur, vt erat in præſenti
quæſtione eſt deciſio, præter Cagnol.de Franchis
in dec.89. Ioannes Velez cum additis per Viſcont.
& Gomeſ.& Neguſan.de pignor.3.memb.2.par.
16 num.59. Dec.in conſil.608.in fin.quæ dum nul-
la eſt ab initio tractu temporis reconualeſcere
non poteſt, ſi indè daretur caſus, quòd donator
ille ſuccederet illi grauato fideicommiſſo, & de-
cederet cum illa donatione iam facta, ſecundum
17 Franch. & Neguſant. loco citato, oportuiſſet
enim, quòd in illis donationibus factis ab illa
D. Iſabella accederet conſenſus Illuſtriſs. Comi-
tis, cuius ſucceſſio ſperabatur, quia eius conſenſu
poterat paciſci de hæreditate ipſius viuentis,
ſecun-

ſecundum Bal.d.l.fin.in princ. & ibi Dec.nu.4. & ſeq. & idē Dec.in conſ.475. nu.21.22.& 23. qui ſi
18 perſeueraſſet vſque ad mortē admitterentur donatarij ad portiones donatas, cum vltra conſenſum requiratur etiam perſeuerantia vſq; ad mortem, ſecundum Paul.de Caſtr.& Dec.d.l.ſi.nu.6. & cit.conſ.loc.cit.& Maur.de Alexio in Breuiloq. confeſſionum cap.9.de renunciat.cum in actibus reuocabilibus,etiam reciprocis detur ſemper pœnitentia reuocandi vſque ad mortem,pacto non obſtante in teſtamentis,etiā ſi aliter habuiſſet eſſe ctum,vt per Velaſc.poſt alios conſult.7.nu.7.& 8.
19 ſic reſpondi, vt paucis agam, vt amicis in paucis conſulendum eſſe debet, Aret.& Bald. à Franch. relati deciſ.552.nu.18. de Ponte conſ.1.nu.9. cum ſeqq.vol.2.& Reg.Valenz.conſ.23.nu.50.Molfeſ. in conſ.13.num.14.Nicol.Reuſner.deciſ.4.nu.36. part.4.

Mauritius de Apicella I.C.

SVMMARIVM.

Epiſcopus non habet poteſtatem viſitandi montes erectos ſub regia protectione, cum clauſula annullatiua num.1.

Epiſcopus non dicitur priuatus, & turbatus iuriſdictione, ſi vnquam viſitauit,& viſitando reſiſtitur per laicos nu.2.

Epiſcopi ſi virtute Sac. Conc.Trid. debent interuenire in computis reddendis per œconomos laicos non poſſunt ante tempus cogere ad illa reddenda nu.3.

Quando lex,vel homo vltra non ſtatuit videtur omittere num.4.

Diebus feriatis hebdomadæ ſanctæ non poſſunt iudiciaria fieri nu.5.

Contra non ſubditos non poteſt procedi cum cenſuris num.6.

Non ſubditus in alieno territorio citatus de licentia illius ordinarij ſi non comparet,non poteſt excommunicari, ſed pro contumacia fit executio in bonis ſituatis in dominio citantis nu.7.

Proceſſus factus à Iudice ignorante, an ille ſit ſubditus nullus eſt ibidem.

Ratione adminiſtrationis quis conuenitur in loco, quo adminiſtrat nu.8.

Forum quis ſortitur,vbi habitat pro maiori parte anni, cum eius arte,& bonis nu.9.& quid ſi larem alibi tenet reſipiſcens anni temporibus nu.10.

Incompetentia Iudicis quando ab initio allegatur debet dari terminus ad probandum, alias acta ſunt nulla num.11.

Appellatio ab non admiſſione apoſtolorum, & à futura cenſura comminata impedit cenſuræ prolationem, & nulla ſunt omnia quæ ſequuntur nu.12.

Epiſcopi turbantes vaſallos Regios poſſunt moneri à Maieſtate Catholica,vt deſiſtant, & modus qualiter num.13.

ALLEGATIO XIX.

De erectione, & fundarione Montium Regalium, & quando Epiſcopi poſſunt viſitare.

Pro Oeconomis Montis Pauperum Regindæ Minoris.

MONITI fuerunt Oeconomi Pij Montis Pauperum Ciuitatis Regindæ Minoris à D. Vicario Curiæ Epiſcopalis Regind. Minorenſ. vt infra certū tēpus prædictæ adminiſtrationis rationē reddete debuiſſent,fuerūt citati in domo Regindæ Minoris, necnon cum Neapoli reſidentiā faciebant negotiando cū apothecis,& mercaturis,& aliqui erant Ciues Neapolitani imploraio brachio à Reuerendiſſ. D.Vicario Neapolitano, ibi perſonaliter citati fuerunt, cumq; per vnum ex præfatis Oeconomis,qui Regindæ Minori reperiebatur,fuit reſponſum, & multa adducta.

1 Primo dicebatur Curiam ipſam eſſe Iudicem
incompetentem, ex quo Mons ipſe pauperum
fuit à Ciuibus laicis erectus cum conditione, vt
non ſubſit poteſtati Eccleſiæ, ſed Regali, cum
clauſula annullatiua, quo caſu diſpoſitione Iuris
Epiſcopus nullam in eos habet iuriſdictionem
viſitandi, ſed laicum eſſe Iudicem competentem
verba ſunt Bart. in l.cum Senatus nu.4. & 5.ff.de
reb.dub.Maria.Socc.in cap.1.de for.compet.verſ.
14.declar.Marant.conſ.133.Capiblanc.de Baron.
pragm.8. 2.par.nu.66.& ſeq. & ſic ſtetiſſe in pacifica
poſſeſſione per annos 30.& plus, & quando
eſt fundatus Mons ſimilis à laicis, & nunquam
2 fuit in poſſeſſione Epiſcopus illum viſitandi, ſed
laicos, vel computa adminiſtrationis recipere nō
poteſt Epiſcopus prætendere priuationem poteſtatis,&
iuriſdictionis ſuæ, cum non detur turbatio
illius carendo poſſeſſione,ſecundum Innoc.in
cap.venerabili per totum, & maxime ſub num.5.
col.fin.ver.ſecus autem eſſet, ſi Epiſcopus non
eſſet in poſſeſſione de cenſib. & perbellè demonſtrat
Caualc. deciſ.33.nu.24.& ſeq.par.2.& deciſ.
28.ead.2.par.nu.66.& ſeqq.& de vtroque caſu in
terminis Reg.de Ponte conſ.18.vol.1. loquens de
fundatione Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annunciationis,
in conſuetudine per laicos cognoſcendi.

3 Secundo dicebatur quatenus diſpoſitione nouiſſima
Sac.Concil.Trid.ſeſſ.22.cap.9. cautum
ſit, vt in computis reddendis per tales Oeconomos
adhibeatur Ordinarius locorum, alias initæ
ſint liberationes non per hoc Vicarius poterat excedere
limites illius Canonis cogendo ſub cenſuris,
vt ante tempus Oeconomi compareant ad
4 computa exhibenda, quia ſi Summus Pontifex,
& ſapientiſſimi illi Domini patres hoc cauere voluiſſent,
vtique potuiſſent,& ſciebant ergo noluerunt,
l.vnica §.ſin autem C.de cadu.toll.cap.2.de

 tranſlat.

tranſlat.prælator.alios congerit Surd.conſil.127.
nu.61.& deciſ.195.nu.11. iuberunt ſolummodo,
vt adhibeatur in reddendis computis,non autem
vt cogat ſub cenſuris ante tempus redditionis ad
reddendum, vndè cum non tempus erat compu-
ta reddendi,neque Ciuitas hoc petebat non pote-
rat ſic cogere, & cogendo excommunicare, facit
text.l.cedere diem ff. de verb.ſign. vndè cum ne-
que fuerunt in poſſeſſione inſeruiendi in dictis
computis non poteſt modo arcere illos ad com-
puta reddenda ante tẽpus ex not. per Caualc.loc.
cit. Gabr.concluſ.1. & 2. tit. de pia cauſa Capibl.
ibid.nu.66.

5 Tertio dicebatur Curiam ipſam ſilere debuiſ-
ſe dum tempus non erat litigandi, ſed plorandi
peccata coram Deo, cum iam erat hebdomada
ſancta, quibus diebus vſque ad octauum Paſcha-
lis omnis Curia ſilet cap.fin. vbi cõmuniter DD.
de iudit. quo non obſtante in die Iouis ſancti ex-
communicauit cedulones publicos affigendo,
vndè non tantum nulla eſt, ſed iam incurrit in
pœnas ſancitas à Summo Pontifice in cap.1. de
ſentent.excomm.in 6.& tenetur ad damna, & in-
tereſſe,& ad expenſas,& actione iniuriarum,& ef
ficitur irregularis ſi celebrat, & poteſt puniri per
Superiorem, quia ſine cognitione cauſæ fulmi-
nanter hoc egit, iux.text.cap. ſacro approbante
de ſentent.excomm.& ibi Doct.Caualc.deciſ.33.
num.57.par.2.

6 Quarto afferebatur quòd Curia ipſa, quatenus
omnia oppoſita nõ militarent erat Iudex incom-
petens,ex quo nõ erãt ſubditi, & contra non ſub-
ditos non poteſt procedi per cenſuras, Caualcan.
ibi nu.37. & 38. & ad not. per Ann. alleg.71. nec
7 arctabat citatio perſonalis facta Neapoli ad com-
parẽdum perſonaliter, quia illa ſolum operatur,
ſi non cõparent circa pœnam ratione ſpreti man-
dati in bonis exiſtentibus in territorio citantis,nõ
autem quoad perſonam,quæ non eſt ſubiecta, vt
ſi illa non compareat excommunicari poſſit, In-
noc.in cap.fin.num.1.vſque ad 2. de for.compet.
& ibi Abb. nu.10. dicens quod talis proceſſus fa-
ctus á Iudice, qui ignorat de ſua iuriſdictione,an
illa perſona ſit ei ſubiecta non valet, idem In-
noc.in cap.præterea nu.1.verſ. ſi vero citatorium
de dilat. Vant. de nullitat. tit.de nullit.ex def. iu-
riſd.nu.167.car.116.& ſic eſt ſentiendus Paul.de
Caſtr.in l.fin.num.5.ff.de iuriſd.omn.Iud.vbi re-
fert Canoniſtas tenere,poſſe Epiſcopum excom-
municare ſubditum in alieno territorio,vt non
procedat quando dubitatur vtrum illa perſona
ſit ei ſubiecta vel ne, vt Card. refert in clem.1.§.
denique q.1.de re iud.

Quod non erant ſubditi adducebatur, quod &
ſi Regindę Minori poſſidebant bona,& aliqui la-
rem tenebant,tamen non dicitur Iudex cõpetens,
8 quoad cogendos illos, quia adminiſtratio prædi-
cta fiebat Neapoli,ibique area cum libris teneba-
tur, & ſic conſuetum erat antiquitus, vndè ratio-
ne adminiſtrationis, quis cogi debet in loco vbi
ratiocinia exercet, text. eſt in l.1. C. vbi de rat.ag.
oport.concurrente eo magis, quia Neap. ſemper
toto anno morantur, vt concurrat etiam domi-
9 cilium ſituatum, non tantum Ciuium Neapoli-
tanorum arcæ cum libris,ſed etiam aliorum, qui
larẽ Regindæ Minori tenent,vt nõn detur tranſ-
miſſio ad alium locum,vbi domicilium fouerunt,
iux.gloſ.d.l.1.in fine,& Marant.loc.cit.& per An-
nam in alleg.74. & ſic retenta opinione gloſ.in
l.hæres abſens §.1. verſ. ibi quam ibi ſequuntur
Bart.Bald.Angel.Paul.& Lanc.ff.de iudit. & iux.
text.cap.Romana §.contrahentes de for.comp. in
6.cum not.per Iaſ.l.1.num.9.ff. ſi quis in ius voc.
non ier. & alios relatos, per Annam loco citato
num.8.non poteſt cogi per ordinarium Regindæ
Minoris,iux. Sac.Conc.cum ordinarius debuiſſet
eſſe contentus debere adhiberi Dominus Vica-
rius Neapolitanus.

10 Neque refragabatur reſponſio fiſcalis quòd ſa-
tis dicebatur ſubditus dum larem,tam aliqui Re-
gindæ Minori conſtituerunt, & reſipiſcebant ali-
quibus anni temporibus, ad domum habitandã,
quia retenta opinione Aretin. in cap. repellantur
verſ.quæro etiam hic nu.13.de accuſat.& cum eo
Neapod.in vlt.conſuet.Neapolit.verſ.habitatori-
bus nu.10.& Afflict.deciſ.384.num.11.ſatis quis
dicitur habitare in loco, vbi habitat pro maiori
parte anni, quia non dicitur ſolum habitare in
loco vbi quis larem conſtituit, iuxta dec. Gram.
87.& per Felyn.cap.quoniam nu.2. de off.ordin.
ſed dicitur quis in loco etiam habere domiciliũ,
vbi habitat pro maiori parte anni negotia exer-
cendo, cum apothecis, ſeruis, & negotijs, vt latè
poſt præfatos per Carauit.in rit.301. nu.30.& 31.
vbi refert habuiſſe de facto, & iudicaſſe, & per
Corne.conſil.319.In hac per totum,vol.primo, &
per Mutam in deciſ.81. num.10. & ſeqq.vt caſus
erat noſter, pro quibus negotijs cũ diſceptetur,
quis eſt Iudex competens, text. eſt clarus in d.l.1.
C.vbi de rat. agi oport.

11 Quinto afferebatur, quòd dum tractabatur de
incompetentia Iudicis iam ab initio citationis al-
legata, iux.tex.l.fin. C.de except.debebat dari ter
minus ad illam probandam,iuncto text.in c.paſto
ralis, & cap. olim, vbi per DD. de except. & po-
ſteà procedi ad deciſionem cauſæ, nam id quod
eſt cauſa exercendæ iuriſdictionis ſemper debet
Iudici conſtare,aliàs non valet quod agitur, Vant.
de nullit.ex def.iuriſd.nu.52.vbi nu.53. ait ſaltem
ſummariè probari debebat, quando eſt negata à
parte eius poteſtas, iuxt.text.in cap. exhibita de
iudit. vbi Iudex debet cognoſcere prius ſuper ex-
ceptionibus incompetentiæ Iudicis, & poſteà ad
deciſionem cauſæ, qua cognitione pendente Iu-
dex conquieſcit, quia tractatur de legitimatione
eius perſonę,ſecundum Bald.in l.1.num.44.C.de
his qui acc. nõ poſſ. quoniam bonum eſt in cauſa
Iudicem ſe declarari competentem, Vant. in tit.
qualiter ſententiæ nu.8. car.259. eo magis quan-
do opponitur, quia dubitatur ſi eſt Iudex, vel ne
omninò debere Iudicem expreſsè pronunciare
ſe eſſe competentem vel ne, alias ſi non facit ex-
preſsè, ſed tacitè procedendo ad vlteriora proceſ-
ſus eſt nullus,nam quãdo dubitatur an ſit Iudex,
vel ne ſententia ſi fertur nulla eſt, Marant. 6.par.
in 3.& vlt.par.nu.101.car.467. & ſic intelligi tex.
cap.ex parte lo terzo,de appellat. dicit Iaſ.in l. 2.
nu.45. ff. ſi quis in ius voc.non ier. poſt Caſtr. ibi
dicentes hanc eſſe tutiorem practicam,vt plura
congeſſi in nouellis add.ad dec.Guid.Pap.dec.10.
& ibi

& ibi Iaſ. facit bonam differentiam inter exceptiones incompetentiæ Iudicis, & alias, quod dum factum non fuit ergo nulla acta, & Reg. de Ponte in conſ. 59. nu. 3. & 34. vol. 1.

12 Tanto fortius dicebatur in replicatione, & in caſu contrarij appellabatur ad Superiorẽ, & æque principaliter de nullitate dicebatur, qua appellatione interpoſita, ex nunc pro tunc, pro eius proſecutione apoſtoli petebantur, virtute cuius appellationis cum tractabatur de actu irreiterabili excõmunicationis ad eius prolationem deueniri non poterat, & cum deuenit acta ſunt nulla, d. c. exhibita, & cap. ſignificaſti, & cap. paſtoralis de offic. deleg. & vti nulla nullum habere effectum, iux. text. cap. per tuas de ſent. excomm. cap. venerabilis §. ſed ſi ex cauſa. & cap. ſolet de ſentent. excomm. in 6 & cap. cum contingat de off. deleg. & cap. ad audientiam, & cap. dilecti filij, & cap. dilectis filijs de appell. vbi poſt gloſ. latè Canon. Marant. in ſuo Specul. 6. par. 2. actu principali num. 181. car. 507. Caualcan. loc. citato num. 2. & ſeq. & Franch. deciſ. 602. in fin. vlt. col. citans Nigrum.

Fuit deniquè appellatum ad Curiam Metropolitanam præſentatis copijs authenticis manu Notarij Curiæ à quo ſignatis, à qua fuerunt abſoluti ad cautelam, & monita Curia à quo ad dictũ caſum, quare acta non debẽt nulla declarari, & ad dicendum quicquid, demum abſoluti à cenſura, & redditione computorum.

Mauritius de Apicella I. C.

S V M M A R I V M.

Fructus ex re pignorata prouenientes ſunt obligati, vt res principalis, & poſſunt auocari à percipiente per creditorem, ſicut res principalis nu. 1. & quando procedit nu. 2.

Factum Iudicis dicitur factum partis nu 3.

Forma quando eſt de ſubſtantia ſi omittitur vitiat actũ, & nihil addi, vel detrahi poteſt nu. 4.

Actus qualificatus ſic eſt implendus nu. 5. idem in ſententia num. 6.

Sententiæ qualificatæ ad partis fauorem renunciari poteſt num. 7.

Tacitus conſenſus pro renunciando ſententia qualificatæ ſufficit num. 8.

Sententia nulla validatur in vim pacti, quando poteſt nullitati renunciari nu. 9.

Qualitas requiſita ad actum ad tertij fauorem intelligitur ſi ille petierit, alias lex vltra non diſponit num. 10. cum plur. ſeqq.

Sic in ſtatuto reijciente tertium in iudicio ad certum tempus num. 11.

In pragmatica compromiſſi nu. 12.

In pragmatica de non audiendo appellantem ſuccũbentem non refectis expenſis nu. 13.

In pragmatica de præuentione non præſtita cautione num. 14.

In vſurario tenente libros exhibere nu. 15.

In obligato de exhibendo carceratum ſub cautione infra certum diem nu. 16.

In l. 2. C. de vſur. re. iud. nu. 17.

In cautione præſtanda in moratoria num. 18.

In iuramento calumniæ nu. 19.

In vſufructuario tenente cauere ante perceptionem fructuum num. 20. Etiam ſi ſententia Iudicis caueatur num. 25.

Cautio vbi eſt præſtanda intelligitur ſi petita fuit numer. 21.

Scientia quando arguitur in herede nu. 22.

In articulis impertinentibus, & non recipiendis in libello generali, in cauſa ſimulationis nu. 23.

In ritu M. C. 245. num. 24.

Verba ſententiæ intelliguntur ſtrictè, ſecundum iuris diſpoſitionem nu. 26.

Voluntas Iudicis regulatur cum iuris diſpoſitione num. 27.

Creditor non tenetur recipere pecuniam cum cautione, & recipiens non dicitur ei ſolutum num. 28.

Creditori vigilanti iura ſubueniunt nu. 29. Et lex fauet num. 34.

Auocatio pecuniæ ſolutæ poſteriori quando datur ab eo per anteriorem nu. 30. & ſeq. & 33.

Cautio facit pecuniam ſemper extare nu. 31.

Creditor cui eſt liberata res cum cautione an teneatur præſtare illam ante perceptionem illius parte non inſtante à nu. 3. cum ſeqq. nu. 26. & ſeqq. & nu. 32. cum ſeqq.

Pecunia liberanda eſt creditori prius ad ſententiam venienti, & in iudicio, & an cum cautione nu. 34.

Mandatum factum à Iudice ne ſoluatur creditori, cui res liberata fuit, quando conſtituit illum percipientem in mala fide nu. 36.

Litis conteſtatio quando conſtituit in mala fide, vt ab illa die ad reſtitutionem fructuum teneatur nu. 37. Et quæ mala fides inducitur nu. 38.

Poſſeſſores omnes ſunt pares in reſtitutione fructuum poſt litis conteſtationem, & quando nu. 37.

Poſſeſſor ſuccumbens malam cauſam dicitur habere, & ad fructuum reſtitutionem tenetur ab illa die num. 39. Secus quando vicit præſumitur bona fides, & quando ſuccumbit mala cauſa præſumitur.

Litis conteſtatio per quæ inducitur nu. 40.

ALLEGATIO XX.

De auocatione fructuum per ſecundum creditorem perceptorum, concurrente decreto de percipiendo cum cautione non præſtita, cum deciſ. S. C.

Pro Magnifica Dianora Citarella.

FRVCTVS ex re hypotecata percepti quòd ſint eodẽ modo obligati, vt eſt eadem rẽs creditori, text. eſt (ni fallor) in l. Paulus §. 1. ff. de pignor. & in l. 3. cum multis cõcord. ibi per gloſ. & addit. traditis C. in quib. cauſ. pig. tac. contrah. vndè eadem ratio datur creditori auocandi fructus ab alio percipienti, ſicut datur pro auocatione

Digitized by Google

catione rei principalis obligatæ, congerunt quàm
plurima Salyc.in d.l.3.& Soccin.in conſ.93.à nu.
13.cum ſeq.vol.1. & Neguſant. de pignorib.in 2.
memb.2.par.nu.27.verſ.3.limita.

2 Intelligunt præcitati tamen, hanc auocationẽ
locum habere quando ab aliquo non bonæ fidei
poſſeſſore fructus illi percepti ſunt, cęterum ſi
bonæ fidei fuit poſſeſſor vt quia à debitore emit,
vel tradita res illa ſic obligata eidem fuit cum
peruenta ſit aliquo titulo poenes tertium poſſeſ-
ſorem, cum ſint eo caſu conſumpti, nõ datur am-
plius illorum auocatio per creditorem anteriorẽ,
text.eſt in l.1.§.cum prædium,& ibi Bar.& Salyc.
ff.de pignor.& eod.tit.text.eſt ſimilis in l.ſi fundũ
§.interdictum,& in l.Paulus §.1. Bart.& Salyc.ip-
ſemet Salyc.in d.l.3.num.2. & Neguſ. de pignor.
d.2.memb. 2.par.nu.27. & in 2.memb. 5.par.nu.
30.verſ.fallit, quem ſequitur de Franch. in deciſ.
112.num.13.

3 Concludendum eſt ex prædictis quòd dum
factum Iudicis dicitur factum partis, vulg.l.ſi ob
cauſam C.de euict. ſtante aſſignatione facta Ma-
gnificæ Dianoræ Citarellæ à D. cauſæ Commiſ-
ſario annuorũ ducatorũ 560.pro capitali ducato-
rũ 2000. ſuper domibus Magnifici Proſperi d'E-
rimine eius viri illam dici bonę fidei poſſeſſorem
non dubitari.

Quod refragatur videre eſt, quòd aſſignatio
præfata à Iudice non eſt ſimplex, ſed qualificata,
ſcilicet præſtita prius cautione de reſtituẽdo qoic
quid fuerit exactum in caſu auocationis, cum
cautũ erat capitale loco cautionis præſtandæ de-
4 bere extare ſuper eiſdem domibus de Erimine,
vndè cautio illa videtur de forma, cuius ommiſſio
vitiat actum, l. cum hi §. ſi prætor ff. de tranſact.
ibique Iaſ. dicit formæ nihil addi, nequè detrahi
poſſe, & in qualibet parte etiam in actu pio, & fa-
uorabili eius omiſſione vitiari totum actum,
& peruerſione illius actus vitiari dicit etiã Affl.
deciſ. 355. quare cum cautio præſtita non ſit iux
5 ta decreti formam non dicitur bonæ fidei poſſeſ-
ſor, cum deficiat forma in eo adiecta, quia qui
vult vti alique actu non poteſt ſimpliciter vti
6 quando eſt qualificatus, niſi cum omnibus qua-
lificatis ſuis, Menoch.de arb.Iud.caſ.93.nu.34. &
ſeq.& in caſu 95.nu.6.& 7.& in ſententia qualifi-
cata non poſſe pro parte acceptari, dicit Menoch.
d.caſu 93.nu.27.

7 Sed hæc obſtare minimè videntur ex pluribus,
quòd & ſi ſententia ſit qualificata illud eſt fauore
litigantis, cui quilibet poteſt renunciari, l.penult.
C.de pact.& l.nulla ratio ff.de legib.vbi Bald. nec
quod ad fauorẽ eſt inductum in odium retorque-
tur, l.quo ad fauorem ff.de legib. ſcilicet (ſi pete-
re velit, vt præſtetur,) vndè cum non petijt, &
Citarella percepit fructus dicitur bonæ fidei poſ-
ſeſſor, quia eiua conſenſu videtur percepiſſe dum
8 non contradixit, & ſi non apparet expreſſus, præ-
ſumitur tacitus, qui videtur idem operari cum
taciti, & expreſſi eadem ſit ratio, arg.text.in l.fin.
§.final. C.de temp. app. vbi requiritur expreſſus
conſenſus, & tamen ſufficit tacitus in litigando
coram Iudice à quo per text. in l.2. vbi Bald. C.
9 com. vtr.iur. vbi ſententia nulla validatur conſen
ſu partium in vim pacti, vt tenuit Troyſius in
addit.ad pragm.23. appellationum tempora verſ.
quæro, quando eſt nullitas, quę conſenſu partium
remitti poteſt, vt fuſius per Decium in conſ.475.
num.34.

10 Quare cum ſit ad fauorem partis illa cautio, ſi
non petijt, & tacuit in eius præiudicium in iudi-
cialibus tacitus cõſenſus ſufficit, vt latius dixi ſu-
pra in allegat. 2. quia intelligitur illa forma, ſi à
parte fuit petita, ſecundum Bal.in l. non dubium
col.fin.C.de legat.dicentem quòd ſi ſtatuto caue-
tur ad finem agendi, vt certa qualitas ſeruetur, ſi
fuit proceſſum qualitate illa non ſeruata, & à par
te non obiecta tenet proceſſus.

11 Secundo dicit Bart.in l.abſentem ff. de pœnis,
quòd ſi ſtatuto cauetur, vt poſt certum terminum
quis non audiatur, & non audiri diſponit, ſi fuit
auditus, & nihil fuit obiectum tenet proceſſus,
pro quo videre eſt, text. in l.5.§. accuſationum
ff.ad turpillia.

12 Tertio pragmat.Regni odia litium pręcipit, vt
cauſa Inter affines compromittatur, illa ſe habet,
ſi partes illud petunt, Alex.conſil.82.nu.8. & ſeq.
vol.1.Marant.in ſuo Spec.6.par.nu. 59.Cauenſ.rit.
225.num.55.

13 Quarto pragm.Regni 27.qui in cauſa, cauetur,
vt non audiatur appellans ſi ſuccubuit nihil
probando in cauſa principali, niſi refectis expen-
ſis, vel præſtita cautione, ſi legitimo impedimen-
to non probauerit fuiſſe detentum illud proce-
dit ſi à parte fuit oppoſitum, per ea quæ not. Bart.
in l.1.§.1.ff.ad trebell.ſecundum Troyſium ibi in
add.in princ.& ego in facto iudicaui Calabr.cum
fuiſſem Auditor Regius.

14 Quinto pragm.Regni 25.malitijs, diſpoſitum
eſt, iux.ritum M. C.589.quod debitor volens prę-
uenire eius creditorẽ non audiatur, niſi prius cau-
tionem præſtiterit de ſoluendo in caſu ſuccum-
bentiæ, dicit ibi Troyſius, hoc verum ſi à parte
fuerit petita, & obiecta ab initio, alias ſecus, cui
contradicit in hoc Carau.in cit.rit.num.4. & 5. &
Frecc.de præſent.inſtrumentorum 9.par.q.3. qui
in fine hoc modificat, vt ibi.

15 Sexto vſurarius tenetur ædere libros, in quo
vſuras extorſit, Abb.in conſ.42.vol.1.intelligitur
ſi petantur Alex.in l.qui Romæ §. duo fratres nu.
46.ff.de verb.obligat. cum nemini petenti debeat
ſuum ius offerri, ſecundum eum.

16 Septimo quando quis ſe obligauit cum pœna
de præſentando aliquem ſtatuto die, ſi non præ-
ſentauit elapſo die non incidit in pœnam, quia
intelligitur, ſi petitus erat in ea die, Vrſill.in deciſ.
390.num.5.de Marſill. in l.vnus ex facinoris §.co-
gnitorum nu.10.ff.de quæſtion. vbi hæc, & alia
refert.

17 Octauo cauetur in l.2. C.de vſur. rei iud. con-
demnatum ad ſoluendum habere quatrimeſte
tempus ad ſoluendum, hoc verum eſt, quando de
bitor cauit de ſoluendo adueniente illo tempore,
& iſta cautio eſt præſtanda, quando eſt petita à
creditore alias debitor, non tenetur ad Marant.
Foller.in ſuo Spec.4.par.5.diſt.nu.48.car.110.

18 Nono quando in lege, vel ſtatuto adijcitur cer
ta qualitas per partem implenda intelligitur quã-
do à parte fuit petita, gloſ. eſt notab. in l.vniuerſa
in fin. C.de precib.imp.off. in eo text. legitur illũ,
qui re-

qui reſcriptum, vel terminum à Principe ad ſol-
uendum habuit teneri termino illo finito ſatiſda-
re de ſoluendo; cęterum ſibi non proficit, gloſ. illa
ſubnectit verum eſſe, ſi à creditore petita ſit talis
ſatiſdatio, alias ſecus, & Carau. in rit. 287. num. 5.
& de Franch. deciſ. 487. num. 9. per quam gloſ. ibi
Paul. de Caſtr. infert in facti contingentia conſu-
luiſſe cautionem à ſtatuto requiſitam à forenſe
agere volenti de expenſis ſoluendis, cum clauſu-
la annullatiua, ſi non fuit petita agendo, proceſſus
eſt validus, quia ſe habet quando fuit obiecta, &
non præſtita dicens facere tex. in l. peto §. fratre
19 ff. de leg. 2. vt in iuramento calumniæ, quòd niſi
præſtetur, proceſſus non valet, vt etiam per Ma-
rant. in ſuo Specul. Hoc eſt verum ſi fuerit peti-
tum, alias ſecus allegat not. in l. 2. in §. ſed quia
veremur C. de iur. cal. & in cap. 1. eod. tit. in 6. &
ipſemet Caſtr. in d. §. fratre nu. 3. ſubnectit tex. il-
lum allegaſſe ad quæſtionē ſtatuti dicentis appel-
lantem, vel petentem reſtitutionem debere caue-
re cum cautione de reſtituēdis expenſis alias pro-
ceſſus ſit nullus, ſi non fuit petita valet proceſſus,
20 quia ſic ſtatutum eſt intelligendum. vt dicitur de
vſufructuario, qui non facit fructus ſuos, niſi ca-
ueat de vtendo arbitrio boni viri, cumulat omnes
Cacheran. deciſ. 153. & per Præſid de Franch. in
dec. 497. cum Addent. ſi patiente proprietario fru
ctus percepit cautione non præſtita fructus illos
facit ſuos, vt plenè in l. vxori ff. de vſufr. leg. per
Bar. & Felyn. in cap. ſi autem in 4. col. de reſcript.
de Marſil. d. §. cognitorum nu. 8. & 9. & Caualcan.
in tract. de vſufruct. nu. 89. & 90. & nu. 142. quam
Bart. opinionem habuit pro indubitanti, Decius
in conſ. 608. nu. 1. & 2. dicens diſpoſitionem Iuris
vt vſufructuarius caueat ante perceptionem fru-
ctuum eſſe intelligēdam quando petita fuit, aliàs
vt bonæ fidei poſſeſſor facit ſuos, nam vbi cautio
21 debet præſtari intelligitur ſi petita fuit, l. final. §.
quod ait prætor ff. quor. leg. quo in loco legitur,
(vt ſatiſdetur, ſic accipimus ſi paratus ſit ſatiſda-
re, non ergo offerre debet ſatiſdationem, ſed pe-
tenti moram non facere,) ad idem eſt text. in l. 1.
§. non exigit prætor. in fin. ff. vt in poſſeſſ. leg. & in
l. ſi quis filium §. ſtipulatio ff. de collat. bonor. &
E idem Decius in conſ. præced. 607. nu. 3. id com-
probat dicens eo magis arguere bonam fidem
quando ſciente, & patiente aduerſario percepit
22 fructus, & ſcientia arguitur, quando hæres aduer
ſarius habet teſtamentum pœnes ſe, & illud pro-
duxit l. non eſt ferendus ff. de tranſact. & ibi Bal.
ait, quòd ille qui vidit teſtamentum præſumitur
habuiſſe notitiam eorum, quæ in teſtamēto con-
tinentur etiam in extraneo hærede, Dec. ibi nu. 4.
& per Bald. in l. ſi poſt diuiſionem, cum Iaſ. C. de
Iur. & fa. ignor. & Crau. de ant. temp. 1. par. §. viſo
de verbis enunciatiuis nu. 20. fol. 92. & Surd. dec.
199. nu. 9. & 10. facit, nam ſi articuli impertinen-
23 tes, & de Iure nō admittendi, non ſunt recipiēdi,
poſt Franch. dec. 210. Anna alleg. 77. vſq; ad nu. 9.
illud procedit parte opponente, & petente, ſi au-
tem non oppoſuit, neq; peteret non ſunt reijcien-
24 di, prout ſimiliter dicunt in libello generali, in
materia ſimulationis, ſic & ritus M. C. 245. intel-
ligitur partibus inſtantibus, vt loquitur parte non
inſtante ritus non diſponit, vltra ſic ibi Cauenſ.
numer. 15. alia ſubdens.
25 Et ne deſit authoritas in proprijs terminis, ip-
ſemet Decius in alleg. conſ. 107. nu. 5. & ſeq. dixit,
quod etiam ſi ex ſententia Iudicis præcipiatur ta-
lem vſufructuarium, antequam percipiat fructus
quòd caueat de vtendo arbitrio boni viri, ſi ſen-
tentia non obſtante cautione non prȩſtita fructus
26 percepit adhuc facit ſuos, quia verba ſententiæ
præſtita cautione intelligantur ſtrictè, ſcilicet ſi à
parte fuerit petita, vndè, & ſtrictè intelligenda sūt
verba illius, Franch. deciſ. 687. nu. 1. 4. par. & indè
ſe conformare cum Iuris diſpoſitione, ſcilicet, (vt
petenti non faciat moram,) quia ſic videtur eſſe
27 voluntas Iudicis, qualis eſt Iuris diſpoſitio, vt ait
de Franch. deciſ. 710. nu. 1. & ſeq. & 614. nu. 4. cum
ſeq. & Reg. de Ponte in conſ. 106. num. 10. vol. 2. &
Reg. Valenz. conſ. 86. nu. 55. imò in ea ſententia
adſunt verba fortiora, videlicet præſtando cautio-
nem, ſecundum formam iuris, quæ eſt, vt caueat
ante perceptionem, & tamen verba illa ſe cōcor-
dant cum legis diſpoſitione, quòd ſi nō eſt petita,
non dicitur malæ fidei poſſeſſor.
28 Quæ verba ſecundum formam Iuris non ad-
ſunt in hoc decreto Sacri Conſilij, quoniam de
Iure non arctatur creditor cauere recipiendo ſo-
lutionem à debitore, cum teneatur ei debitor re-
ſtituere pecuniā liberam, & explicitam, vt ei cre-
dita fuit, aliàs non dicitur ſoluiſſe, latè de Franch.
in deciſ. 200. à nu. 4. cum plur. ſeqq. & in deciſ. 50.
nu. 7. Neguſant. de pignor. 1. memb. 6. par. nu. 41.
42. & 43. & tenetur debitor cauere creditori, ex
præfatis patet, & fuiſſe de nouo deciſum refert
Thor. in Compend. deciſ. reg. verb. debitor car.
139. vndè ſi diligens fuit in conſequēdo eius cre-
ditum ſibi non debet obeſſe, cum vigilantibus, &
non dormientibus Iura ſubueniant, l. ſubuenire
29 ff. de offic. Proconſ. & dum vigilarem feci condi-
tionem meam meliorem l. Pupillus ff. ex quib.
cauſ. maior. imò diligētia tribuit Ius anterius po-
ſteriori, ſi anterior eſt negligens, Conſil. Rouit.
ſuper pragm. 5. de Baron. nu. 22.
30 Imò deciſum eſt in S. C. debitore ſoluente cre-
ditori poſteriori non dari pecuniæ ſolutæ auoca-
tionem ab eo, ab anteriori creditore, ne totus
mundus inuoluatur litibus, dum ſedalior fuit,
Afflict. in deciſ. 190. referens fuiſſe reuocatum
quodam conſilium per alios Dominos eo tem-
pore ſubſcriptum, & aliàs ſic cenſuit Sacr. Conſil.
teſtè Capyc. in deciſ. 78. nu. 2. Gramat. in quæſt. 1.
poſt ſuas deciſ. & Brunus de ceſſion. bonor. quȩſt.
25. princip. Vrſill. ſic etiam obtinuiſſe in S. C. re-
fert in præcit. dec. 190. & Fanut. de Fanut. in tract.
de inuentar. in par. 5. num. 147. car. 146. & Negu-
ſant. de pign. 4. memb. 2. par. nu. 58. & in 1. memb.
5. par. nu. 48. D. de Ponte deciſ. 34. nu. 20. Thorus
in Compend. dec. reg. verb. creditor anterior car.
129. Muta in deciſ. 28. nu. 16.
31 Et ſi Beneuenu. Stracch. in tract. de decoctor.
etiam per Vrſill. & Fanut. relatus in nu. 28. & 29.
teneat contra Afflictum, tandem nu. 34 & 35. car.
274. in meis, in ea eſt opinione, quòd quando pe-
cunia liberatur cum cautione primo venienti nō
dicitur effecta eius melior conditio, cum fa-
ciat illam pecuniam ſemper extare, de Franch.
deciſ. 75. 614. & 635. nu. 3. & D. de Ponte deciſ. 34.
nu. 20.

nu.20.& D. de Laratha in conſ.73.nu.14. meliorem enim conditionẽ nullã facere videtur, q̃ iam ab eo pecunia auocari non poſſit ab alio anteriori, vel in pari gradu, iux.dec.præfatam de Franch. 633.nu.3.& 7. vt ſeruari ſolet in S.C. ait de Ponte loco præcit.

32 Reſponderi poteſt, quòd & ſi liberata ſit hæc pecunia huic Magnificæ Dianoræ Citarellę, dum alij creditores ante perceptionem illorum introituum non petierunt, non tenebatur ipſa creditrix offerre, ſed moram petenti non facere, cum contra ſe ipſũ nemo præſumatur venire, l. miles qui deſtinauerat ff. de milit. teſtam. vt ſupra eſt dictum, & de Franch. loco præcit. loquitur in diuerſa re, ſcilicet quia concurrebat promiſſio diuidendi, quicquid exigeretur, & quod erant conſocij, & etiam occurrerunt in lite illa.

33 Quinimò de Fanutijs loco citato nu. 148. car. 147. verſ. fallit autem, dicit in quæſtione deciſ. Afflicti, quòd tunc poſſet dari caſus, quòd primus creditor poſſit à ſecundo pecuniã auocare, quando alij creditores inſtabant coram Iudice ad ſolutionem, tunc ſi vnus qui eſt poſterior eſt gratificatus poſſet ab eo pecunia auocari per debitorẽ ſoluta, prout conciliando dixit concordari poſſe opin. Caſtr. contrariam in conſ. 163. in nouis vol. 2. Brunus loc.cit.num.7. vel quando ipſe debitor ſoluendo erat decoctus, & Vrſill.cit.dec.190. in vlt. col. qui de Fanutio non facit mentionem.

34 Sequitur ex prædictis, q̃ dũ Magnificus Ioannes Baptiſta della Legoneſſa anterior creditor nõ inſtabat eo tempore in iudicio, cum alijs creditoribus Pruſperi de Erimine ad ſolutionem habendam non poteſt modo auocare illos fructus per Dianoram perceptos cautione non præſtita, cum non debeat eſſe melioris conditionis negligens creditor, quàm diligens, l. non ſolum ff. de noxal. action. quia lex fauet vigilanti, cum negligens quis eſſe non debeat, ſed vigilans Spec. de poſitio. §. 7. ver. ob quam negligentia eſt eruditioni nouerca c. nihil 83. diſt. Cardin. cle. 2. §. 1. de ſepult.

35 Quinimò quando in iudicio concurrunt minime eſt ſecundo creditori liberanda pecunia, cũ cautione, iux. l. is à quo ff. de rei vendic. ſi vnus ex creditoribus alio creditore prius ad ſententiam peruenit, qui poſt in executione comparuit dicẽs eſſe anteriorem, quoniam lex illa is à quo, locum habet quando omnes creditores ad ſolutionem ſunt ante ſententiã in iudicio concurrentes ſuper bonis debitoris, tunc ſi vnus ex eis prius ad ſententiam peruenit debet illa exequi cum cautione de reſtituendo in caſu retractationis per alios creditores, verba ſunt Iaſ. in l. à diuo pio §. ſi ſuper rebus nu. 18. verſ. ſed ſi cauſa ff. de re iudic. & cũ hac authoritate ego aliàs obtinui in Sacro Conſilio referente D. Ioanne Sanges de Luna Pro Preſidente in cauſa mea, cum illis de medio Capite, pœnes Borrellum, vt dixi ſupra in allegatione 9.

36 Nec refragari videtur, quod ob aſſertum mandatum quod factum præſumitur colonis, ſeù cõductoribus correſpondentibus in ſolutione cenſus aſſignari per Iudicem eſſe inductam malam fidem, vel tollere aſſignatariam creditricem ab eius poſſeſſione, quia vt mandatum afficiat plura requiruntur, ſecundum D. de Franch. in deciſ. 204. nu. 18. 19. & ſeq. & inter cœtera opus eſt citatio creditoris, & cum eius ſilentio quòd accuſatæ ſint contumaciæ, iuxta morem Magnæ Curiæ, & Tribunalium, ſecus quando ſoli conductores citati ſunt, tunc Domino non præiudicat ibi nu. 19. cum non auferat ab eo poſſeſſionem, neque mandatum petenti tribuat, vt ille poſſeſſor malæ fidei dicatur, legatur ille, qui eſt in terminis.

37 Neque per litis conteſtationem, quoniam & ſi illa in malæ fidei poſſeſſorem à die citationis conſtituit, & tanquam malæ fidei poſſeſſorem teneri ad reſtitutionem fructuum ab illa die, l. certum, & l. more C. de rei vendic. & l. ſed ſi lege §. ſi ante ff. de peti. her. & l. Neſennius §. fundum in gloſ. ff. de donat. & l. pen. ff. de rei vendic. Velaſcus con-
38 ſultat. 83. nu. 17. & poſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores ſunt pares in reſtitutione fructuum, dixit Bald. in l. 2. num. 3. C. de fruct. & lit. impenſ. & de Franch. deciſ. 582. à num. 7. cum ſeq. vt intelligit ibi Iaſ. in d. §. fundum num. 3. in naturalibus,
39 non autem induſtrialibus, Alex. tamen in l. ſciendum nu. 5 ff. qui ſatiſd. cog. ait quòd litis conteſtatio inducit præſumptam malam fidem, & non veram, quę inter ſe differunt, nam ſcire debebat, cuius erat l. fin. C. vnde vi, tamen eo tunc tenetur ad fructus reſtitutionẽ quando ipſe poſſeſſor ſuccubuit, nam arguitur præſumpta mala cauſa ab initio litis, ſecus ſi obtinuit, quia tunc non tenetur, cum bona fides arguatur, tex. eſt in l. & ex diuerſo §. 1 ff. de rei vendic. & eſt deciſ. Capp. Tholoſ. 494. q̃ ſi quis agere potuit contra poſſeſſorẽ via petitorij, & egit via poſſeſſorij, ſi ſuper poſſeſſorio perdidit cauſam, & deindè egit petitorio, & vicit, non tenetur poſſeſſor ad reſtitutionem fructuum, niſi à die litis conteſtatæ ſuper petitorio tantum, cum in poſſeſſorio, in quo vicit mala fides non adfuit, quem ſequitur Boer. deciſ. 340. num. 5. & Muta in deciſ. 17. nu. 9. & quando ſuccubuit in dubio præſumitur mala cauſa, l. Herennius ff. de euictio. gloſ. l. ſi bonam C. de adminiſtrat. tutor. & de Franchis loco citato d. deciſ. 582. num. 12.

40 Vltra quòd litis conteſtatio non inducitur per ſolum libellũ, l. libertus, & ibi Doctor. ff. de in ius vocan. ſed tria ſunt, quæ illã inducunt, poſtulatio, libelli editio, & conteſtatio, l. 1. cum gloſ. & Doct. C. de lit. conteſtat. & conſt. Regni partes legitimè conteſt. Secundum hanc opinionem Sacrum Conſilium cenſuit non teneri ad hos fructus ſine cautione perceptos, Referente D. Aloyſio de Valcarcel, cum Dominis Ioanne Baptiſta de Leonardis, Paſcaſio, & alijs pœnes Ferrarium, in cauſa Magnifici Ioannis Baptiſtæ della Legoneſſa, cum Citarella, Pœnes Felicem.

Mauritius de Apicella I.C.

SVMMARIVM.

Mulier Neapolitana de dote quomodo diſponit ſtantibus filijs, & quando non extant nu. 1. & ſi teſtatur extra Ciuitatem Neapolitanam nu. 2. & ſi eſt vidua num. 3.

Filij

Filij in anteſato quomodo ſuccedunt num.4.& 14.

Filius de parte dotis obueniendæ poſt mortem matris an diſponere poſſit ante obitum matris num.5.& ſeqq. quæſtio elucidatur, & num.10. & quomodo in eis ſuccedant nu.11.

Filius de parte anteſati ante mortem matris an diſponet nu.6.cum ſeq.declaratur & nu.14.

Donatio facta de dote, vel ſucceſſione viuentis quando valet num.7. & ſi de conſenſu illius cuius ſucceſſio ſperatur, & ſi debet eſſe expreſſus, vel tacitus ſufficit num. 8. & an poſſit quis præſtare conſenſum quando donatur ſibimet eius pars hæreditatis, quæ ſperatur nu.9.

Aditio hæreditatis fit per ceſſionem, vel donationem ipſius nu.12.

Ius adeundi non dicitur in bonis noſtris ante caſum aditionis nu.13.

Anteſatum quando conſolidatur cum proprietate dotis ob mortem filiorum num.15.

ALLEGATIO XXI.

De dote iuxt. conſuet. Neap. quando mulier, & quomodo diſponet, ſimiliter de anteſato, & quomodo filij in ea, & in anteſato ſuccedant, & diſponere poſſint.

Pro hæred.bus D. Ioſephi de Ponte,

DON Franciſcus de Ponte de Ioſepho antequam moreretur in eius vita donauit D. Portiæ de Ponte eius matri, & ſorori Illuſtriſs. D. Marchionis S.Archangeli, & Præſidentis S.C. omnem portionem, & ſucceſſionem eidẽ ſpectantem, tám ſuper dotibus ducatorum 4000. quàm ſuper anteſato ducatorũ 2000. ipſamet D. Portia dotata erat in ſumma prædicta, & vidua effecta quatuor ſuperſtitibus filijs, more tamen conſuetudinis Neapolitanæ, dum Ciuis Neapolitana erat.

Dubitatur modo quòd accidit caſus, Franciſcũ ipſum poſt annos mortuum eſſe nulla apparente voluntate de prędictis contraria, ſi D.Portia ipſa poteſt ad ſui libitum diſponere de prædicta portione, ſiuè ſucceſſione obuenienda tamen poſt mortem ipſiuſmet D. Portiæ ad beneficium ipſius Franciſci, tàm ſuper dotibus prædictis, quàm ſuper anteſato.

1 Iure enim conſuetudinario cautum eſt mulierem de eius dote filijs ſuperſtitibus non poſſe diſponere niſi de vna decima partis, in cœteris nouem æqualem, quo ad omnes ſeruare lancem, vt in conſuetud.ſi qua mulier ibi (verum ſi teſtator, & in alia ſi qua moriens, & ibi Neap. verſ.tantum in princip. ait quòd quo ad nouem partes mulier labia clauſa habet, manus ligatas, & refrenatum arbitrium, & de eo meminit, de Franch.dec.435. nu.36.& 667.nu.2.& 606.nu.1.2.& 3.dicens in ijs bonis mulieres magnum habere frænum, & in d. deciſ.667. ait in ijs nouem partibus effectam eſſe
2 inteſtabilem, vt ibi declarat, & ſi filios non habet de medietate tantum iuxta aliam, & ſi teſtator de qua poſt Afflict. deciſ.237. de Franch. deciſ.537. & d. deciſ.607. 3. col. verſ. ſecus autem vbi ait ſic S.C. iudicaſſe, & deciſ.411.nu.1.

3 Cuius diſpoſitio locum habet, etiam ſi extra Ciuitatem mulier diſponere velit, ſecundũ Bart. in l.1.quæſt.6. C.de ſumm.Trin. & fid. cathol. & Alex.in conſ.41.vol.5.de Franch.deciſ.552.num. 23. etiam ſi vidua teſtatur, quia idem ius eſt, quando filij adſunt, Iaſ.in rub. ff.ſolut. matr.num.5.& de vtroque caſu per Anton. de Alexan. & Iacob. Anell.de Bott. in d.conſ. ſi qua moriens in princ.

4 In anteſato enim ſi Frãchis opinioni adherere volumus, deciſum eſt in Sacro Conſilio Iure conſuetudinario incip.quartam autem filijs in eo ſuccedere vti hæredes, & non vti filios patris, vt ipſe teſtatur in deciſ.106. nu.7. & in deciſ.182. nu.14. contra Afflict.in deciſ.314. illum intelligere ipſe ſentijt Iure communi inſpecto tãtum, licet hodiè adſit nouella pragmatica Domini Ducis Oſſunę.

5 Cum ergo mortuus ſit Franciſcus ille intendũt fratres in eius portione ſuccedere pleno Iure tàm ſuper dote, quàm ſuper anteſato, & quia modo nõ datur caſus, quòd mortua ſit ipſa D. Portia, vt conſolidetur dos, & anteſatum filijs, ideò tranſeundo ad deciſionem quæſtionis vertentis nunquid ipſe Franciſcus poterat ſic diſponere de parte dotis eius matris ſibi obueniendæ poſt eius tamen mortem, & diſponendo ſi præmoritur ante matrem, ipſamet mater poſſit de parte nouem portionum faciendarum de eius dote tangenti Franciſco diſponere ad ſui libitum.

6 Secundo an valeat reſpectu portionis anteſati, quòd mortua matre accreſcit cœteris filijs ſuperſtitibus, vti hæredibus patris, non autem vti filijs, vt accreſcendo Iure hæreditario tranſeat cum hoc onere donationis factæ per eum matri.

7 Quo ad primum alias habui de facto in cauſa tranſmiſſa ad reſpõdendum inter Dominos Ferdinandum, Antonium, & Aſcanium Caracciolos, & Illuſtriſs. Principẽ de Montemileto, quòd donatio facta de dote materna obueniẽda poſt mortem matris non valet, neque tenet diſpoſitione l.fin.C.de pact. etiam ſi iurata fuit poſt alios complures congeſtos in alia mea allegatione 18. eſt
8 deciſio de Franch.89.Ioannes Velez; vndè cum indubitata ſit quæſtio non eſt modo tractandum de hoc, ſed ſolũ an ſaltem valere poſſit accedente conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur, vt ſic limitari poſſit d.l.fin.& præfata deciſ.de Franch. quòd ſi eſſet confirmari ex voluntate matris, cuius dos donatur non eſſet dubitandum in hac donatione facta à præfato D. Franciſco, D.Portiæ eius matri ádfuiſſe conſenſum matris, cuius dos donatur, & ſi non expreſſus, tacitus, iuxta quæ cumulauit Decius in conſ.475.à nu.7. cum ſeq. naſceretur ex hoc alia hæſitatio, an valeat mater cõſentire, vt filius donet eius portionem dotis ſuæ, in qua filius virtute conſuetudinis venit ſuccedendus poſt mortem matris, vt illa portio de nouem vntijs ante mortem matris poſſit eidemmet matri ſuperſtiti per filium cedi.

Quo ad

Quo ad primum Doctores communiter ſen-
tierunt, text.in d.l.fin.non habere locum quando
donationi hæreditatis ſuę, ipſemet Dominus cō-
ſenſit, quia ſecundum Bal.ibi nu.1. tollitur præ-
ſumptio legis quòd ſi non cōſentiret daretur ca-
ſus inſidiandæ vitæ alterius,cum nemo prę́ſuma-
tur eſſe ſuimet inſidiator,quem ſequitur ibi Dec.
in 3.notab. Fulgoſ. in conſ.73. pater familias col.
2. & Decius in præcit. conſ. 475.nu.4. & quod in
illa voluntate perſeueret vſque ad mortem,ſecun
dum Bald.ibid.cum nu.ſeq. & ibi Paul.de Caſtr.
num.3.& 8.Petr.de Anchar.in conſ.405. viſo, &
Fulg.loc.præc.Oldrad.in conſ.231.vt eius de quo
quæritur verſ. ſic autem, Dec.d.l.fin.in 4. notab.
& in præcit.conſ.475 nu.22.& 23.& Reg.de Pon
te in conſ.1.nu.9 & 10.vol.2. vndè cum huic do-
nationi factę de hęredijtate dictæ D.Portiæ obue-
niendæ filijs poſt eius mortem,eius conſenſus ac-
ceſſit, neque eſt reuocatus ſequitur illam valuiſ-
ſe, & Iure eſſe admittendam.
9 Remanet modo videndum, an ſi cum firmata
ſit eius conſenſu valeat cum facta ſit à filio,eidē-
met matri,vt ſibimetipſi valeat authorizare,quæ-
ſtio eſt multum per Doctores intricata, & ne re-
petam,quæ fuſius adduxi in meo opuſculo de do
nationibus in 1.par.cap.2.quæſt.4.nu.7. verſ. ſed
nunquid pater poteſt authorizare filio,vt ſibimet
donet vbi Deo annuente erit videndū,aliqui ſen-
tierunt negatiuè, iuxt.opin.gloſ. Dini,Bart.Cini,
Bald.Soccini,& de Apicellis mei Genitoris in ſuo
tractatu de quinquennali dilatione in 1.par.& de
Ponte in conſ.1. nu.48. vol.2. ſententiā alij affir-
matiuam retulerunt, iux. Angeli,Pauli de Caſtro,
& Collegij Peruſini, & Alex. opinionem, alij, vt
Bald. & Alex. conciliando dixerunt valere acce-
dēte authoritate Iudicis, quibus adhęſit Guido
Pap. & de Franch.locis ſuis ibi relatis, alij diſtin-
guendo dixerunt,vt Dec.in cōſulendo cum Socc.
aut bona fide, aut mala fide comperi poſſit con-
ſenſus iſte adhibitus;veriorem opinionem ibi am
plectendo cenſui fuiſſe, Bart. & aliorum, cum eo
ibi congeſtorum,hac tamen præhabita modifica-
tione, quod ſi conſenſus iſte apparet præſtitus,vt
ſpecialiter ſibi donet, tunc nullo modo valere om
nes fatentur, quia arguitur notoria colluſio, &
fraus,& non valet,ſecundum Corneum in conſil.
262. circa primum quæſitum col. 2. in fin. vol.4.
Soccin.in conſil.112.nu.4.vol.1. Dec.in conſ.245.
nu.4.& ſeq. & in l.Senium nu.56.C.qui teſta.fac.
poſſ. Alex.in l.1.§.fuit quæſitum nu.8. & fin.ff.ad
trebell.Couar.in rub.de teſtament.nu.7.de Pont.
loc.cit.aut enim generalis eſt conſenſus donandi,
& filius indè donaret patri,tunc valeret in eius fa
uorem dixerunt præcitati Doctores, ſi ex conie-
cturis apparere non poſſit fraus, vel notoria col-
luſio,vt quando incontinenti, & eodem die filius
pro patre diſponeret, ex varijs rationibus,& cau-
ſis ibi adductis.

Cum ergo Franciſcus ille donationem omnis
actionis ad eum ſpectantis ſuper dotibus matris,
& anteſati matri cedit, quatenus firmetur con-
ſenſu matris non valet, quia ſpecialiter ſibimet
donat.
10 Sed ſuboritur alia quæſtio, nunquid illæ nouē
ūnciæ dotis, quæ vi conſuetudinis prædictæ con-
feruntur filijs, conſerantur etiam antequam mo-
riatur mater,ita & taliter quòd filius ſit Dominus
in illlis in portione ſibi deferenda in proprietate,
& non in vſufructu, vt de illa proprietate poſſit
diſponere antequam ei conſeratur in effectu, ſci-
licet ſequuta morte matris, an autem præmo-
riendo filius matri,& fratribus accreſcat,vel pro-
prietati obueniendæ alijs fràtribus,vel vſufructui
in illis nouem vncijs matri.

Neapod.in præcitata conſuetud.& ſi teſtator in
ver.diſponere col.3.verſ.non obſtat pactum con-
ſuetudinarium,& in alio verſ. veniat in princ. cū
additis in apoſtilla, & cum eo Minado. in repet.
conſtit.Regni, in aliquibus in 4.not.nu.15.ver. &
11 de Iure col.1.car.131.dixerunt bona,quæ filijs re-
ſeruantur virtute dictarum conſuetudinum ſu-
ſuper dotibus maternis debentur eis Iure ſucceſ-
ſionis,quæ vt ad hæredes ipſorum tranſmitti poſ-
ſint requiritur aditio, vel agnitio per filios, idem
Neapod.in d.conſuet.& ſi teſtator in d.gloſ.verſ.
perueniat, verſ.ſed an trāſmittatur,de Frāch.dec,
690.nu.9.quem refert etiam, & ſequitur idem de
Franch.in citata deciſ.89.nu.2. 3. & nu.5. verſ. &
ex iſtis cum nu. 6. dicens ſic S. C. iudicaſſe, & ſe-
12 cundum eum licet donando, vel cedendo alteri
hæreditatē illā adire dicatur, poſt alios latè Fran-
chis in deciſ.14. à nu.16.cum ſeq. Marant.l.is po-
teſt nu.54. ff.de acquir hær. illud tamen procedit
quando datur caſus quòd hæreditas ei ſit delata
per mortem matris ſuperſtite filio, & ſic poſt ius
quæſitum filio,ante tamen ius quæſitum per mor
tem non datur aditio, vel agnitio ad finem tranſ-
mittendi in ceſſionarium,idem Franch. cit.deciſ.
89.nu.5.& 6.quia iſtud ius adeundi non eſt in bo-
13 nis matris ad finem cedendi ante caſum mortis
illius, cuius ſucceſſio ſperatur, l. ſi mulier, §. ex
aſſe ff.de iur.dot.quia ſecundum Bart. hoc non
eſt ius formatum,ſed formandum,quod cedi non
poteſt, fuit deciſum in S.C.refert de Franch. in
deciſ.60.nu.1.& 2. & in deciſ.101.nu.27. Thorus
in Compend.deciſ.reg.verb. ius adeundi car.298.
igitur, cum non erat cedenti ius quæſitum ſuper
illis nouem vncijs ante mortem matris inanis eſt
ceſſio facta matri.

Ad ſecundam principalem quæſtionem an
ſaltem reſpectu portionis anteſati, cuius vſusfru-
14 ctus eſt matris,proprietas vero filiorum tam pri-
mi,quam ſecundi matrimonij, quando extant,vt
ait de Franch. deciſ. 621. donatio de illa proprie-
tate ſibi tangenti ad fauorem matris valeat, de
Franch. facit deciſionem, quæ eſt 106. & dicit
Sacr. Conſ. iudicaſſe proprietatem anteſati eſſe
in patrimonio filij, vel hæredis patris, ſiuè ante
mortem matris,ſiuè poſt mortem, quia proprie-
tas anteſati conſtituti, ſtantibus filijs non recedit
ab hæreditate, vel filij defuncti, vel patris conſti-
tuentia, vndè ſi de ea portione filius teſtatur, ad
quem tranſibit poſt eius moriam eius hæredita,
15 tranſibit etiam, & illa portio proprietatis ſic
onere affecta cum conſuetudo quartam,
autem habet locum quando omnes filij morian-
tur,tunc conſolidatur proprietas cum vſufructu,
ſecus ſi vnus etiam ſupereſt, quia tunc ſecundum
Neapod. ibi in gloſ. ver. liberis, mulier non dici-
tur habere aliquam partem pleno Iure, quia ac-

creſcit

creſcit fratri ſuperſtiti, & accreſcendo iure hæreditario accreſcit cum onere adiuncto, vt per Neapod. & de Franchis loc. præcitat.

Cum ergo portionem illius proprietatis Franciſcus ceſſit eidem met matri, ſequitur, quòd in ea mater non venit iure accreſcendi vi conſuetudinis, quia illa eſt excluſa per fratrem ſuperſtitem, ſed venit iure ſucceſſionis ei delatæ in proprietate cum alijs fratribus.

Mauritius de Apicella I. C.

SVMMARIVM.

Occultorum ſolus Deus eſt perſcrutator, num. 1.
Occulta hominibus latent ſi non innoteſcant, num. 2.
Facta non præſumuntur, ſi non probantur, num. 3.
Societas eſt quid facti, quæ non præſumitur ſi non probatur, num. 4. Quæ duplici modo contrahi ſolet generaliter in omni negotio, & in vna re, num. 5. expreſsè ibidem, & tacitè num. 7. & tacita iiſdem modis, vt expreſſa, ibidem.
Contractus ex conuentione legem accipiunt, num. 6.
Societas omnium bonorum quando dicitur contracta, tàm expreſsè, quàm tacitè, num. 8. & per mortem diſſoluitur, num. 9. & ſi eſt pactum ab initio in contrarium, num. 10. & quando dicitur renouata inter hæredes, num. 11. & ſi ſunt minores hæredes quando cum eis contrahi poſſit tacita particularis, vel vniuerſalis, ibidem, & num. 12. & 13. & ſi teſtator ordinauit, vt continuetur cum filijs, num. 14.
Et ſi poteſt tutor eſſe ſocius, & authorizare ſibimet, num 15. 16 & 17.
Lex loquens de actu intelligit de vero, & non ficto, num 15.
Tutor non dicitur, niſi adimpletis ſolemnibus, numero 16.
Compromiſſum iuratum quando nocet, num. 18. Et quando dicitur tacitè homologatum, num. 21.
Iuramentum obligat præciſè ad factum, num. 19.
Iuramenti exceptio impedit litis ingreſſum, num. 20.
Error in facto proprio non præſumitur, num. 22.
Obliuio non præſumitur in facto proprio de recenti, nu. 22. & eſt arbitrarium Iudici quando præſumitur, num. 23.
Coniecturæ quando ſunt liquidiſſimæ ſufficiunt ad indicandum, num. 25.
Diuiſio facta poſt decennium præſumitur legitimè facta, etiam ſi appareat læſio pro vna parte ſatis declaratur, num. 26.
Donatio arguitur in diuiſione ad l. proculꝰ, ff. de probatio num. 27.
Socius quando tenetur ad debita contracta per conſocios, num. 28.

ALLEGATIO XXII.

De Societate contrahenda vniuerſali, & particulari, eius renouatione, & continuatione inter hæredes, & quando.

Pro Ioanne Iacobo de Trabucco.

NOſtrum non eſſe noſcere illa, quæ no-
bis non innoteſcunt, ſed Summi Re-
1 demptoris, cui nota ſunt, quæ verbo
dixit, & facta ſunt omnia, & ſolus eſt
perſcrutator occultorum, canit textus in c. erube-
ſcat 32. diſtinct. & c. in Ciuitate in fine de vſuris,
& in Hierem. in cap. 17. Ego Dominus ſcrutans
corda, & probans renes, & illud Diui Auguſtini.
Deus totus eſt oculus, quia tota omnia vidit, ea
igitur quæ facta non ſunt, nobis latere legitur in
c. cum in cunctis de translat. ſequitur, vt nobis
2 innoteſcant, quod facta ipſa pateant, c. quanto de
translat. congerit concord Cæphal. in conſil. 296.
num. 9. lib. 2. & in conſil. 338. num. 17. volum. 3.
& conſil. 346. num. 15. poſt alios congeſtos per
Maſcardum de probat. in concluſ. 732. num. 2.
quo in loco num. præcedenti ſatis conſert facta
3 non præſumi hac de re, niſi probentur, l. in bel-
lo, §. facta de captiuis, & poſt. reuer. & id com-
muniter omnibus placere præter per ipſum di-
gnè collectos indubitati iuris eſt, quoniam quæ
ſui natura (vt facta) incerta ſunt, lege in omni C.
de iuris, & facti, ignorantia vt certi ſimus de eo
quod agimus dubia, & incerta pateſacere debe-
mus l. Arethuſa de ſtatu hominum, vt ſatis me-
moriæ prodidit Maſcardus loco præcitato, cum
ex intrinſecis quidem digreſſionibus, intrinſeca
noſtra cognoſcantur.
Societatem ergo eſſe quid facti, quod cum du-
bium ſit præſumi non debere, niſi probetur re-
4 ceptum eſſe apud recentiores annotarunt Dec.
in conſil. 22. Cæphal. in conſ. 63. num. 6. volum. 5.
Cæpoll. conſil. 42. num. 6. in ciuilibus, qui dixit
ergo ſocietatem inhitam eſſe, ſatis ex prædictis
conſtat omninò illam probari debere in illa qua-
litate, in qua ſe fundat.
5 Solet duplici modo ſocietatem ipſam in eſſe
deduci expreſsè ſcilicet, & tacitè, expreſsè poteſt
cohiri eo modo quo contrahentibus placitum eſt
in vna re dumtaxat, in vno negotio in prædijs, in
hæreditate particulari, ad certum tempus in om-
nibus bonis, in re mobili ſimpliciter, & cum con-
ditionibus ſatis notum eſt in l. 1. l. 4. leg. Margari-
tam, l. cum duobus per totum, ff. pro ſocio, ita
quod ea erit ſocietas, quã conſenſu expreſſo cohi-
re voluerũt, l. ſocietates contrahũtur, l. cũ duob. §.
Item Mela ſcribit, & §. cum duo, & in l. duo ſo-
6 cietatem contraxerunt, ff. pro ſocio, quoniam
contractus ex conuentione, legem accipere tra-
didit Iureconſultus in l. 1. §. ſi conuenit, ff. de-
poſiti, & l. ſtipulationes commodiſſimum, ff. de
verb. obligat.

7 Tacitè autem ſenſere ipſam probari ſocietatem inhitam, tàm ex coniecturis, & actibus ſocialibus, ex quibus argui poteſt, in qua ſpecie, qualitate, & quantitate ſocij illam tacite agere voluerunt, teſte Crauetta conſ. 605. volum. 4. Menoch. conſil. 222. à num. 3. volum. 3. Velaſcus conſult. 63. num. 8. ſecundum actus qualitatem perſpiciamus contrahentium intentionem, vt iuxta eorum, quæ congerunt, actus illi voluntarij non extendantur ex vulgata l. non omnis, ff. ſi certum petatur, & l. 1. §. Iulianus, §. ſi quis hoc interdicto de itinere actuque priuatu, & l. final. C. ne vxor pro marito, & modis ſupra explicitis, quòd expreſſè ſocietas contrahi poteſt ijſdem, & in tacita aſſeruere poſſe eohiri. Alexan. in conſil. 203. num. 6. volum. 3. conſ. 76. num. 14. colum. fin. volum. 4. Dec. in conſil. 21. & 66. Vbaldus de duobus fratribus in 3. parte, num. 21. cum ſequentibus, Caualcanus, qui cæteros coaceruauit de re loquentes in deciſ. 10. num. 2. & deciſ. 11. num. 4. volum. 2.

Societas omnium bonorum inhita cenſeri non
8 poteſt inter aliquos apud prudentiſſimos indubitatum eſt, niſi concurrant continua ſimultanea habitatio ad vnum panem, & vinum, communicatio eorum lucrorum, & introituum indifferenter, quòd contractus communi nomine facti ſint, ratio vnquam non reddita, & res quæſita quouis titulo, quauiſuè cauſa, ſiuè via legati hæreditatis, ſiuè peculij caſtrenſis, vel quaſi ad communem vſum poſitæ ſint, concurrente etiam præcipuè ſanguinis coniunctione hiſce modis fatentur tacitè fuiſſe contractam ſocietatem, ſiuè expreſſam docuerunt in l. 1. in §. in ſocietate, & l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum, & l. 3. §. 1. ff. pro ſocio, Bald. & alij in l. patruus, C. communia vtriuſque, & peroptimè cumulauit cæteros ſcribentes, Caualcanus præcitata deciſ. 11. num. 1. volum. 2. quo in loco aſſerit, quòd ſi hæc omnia non concurrunt, ſiuè quòd alter omnia lucra, & hæreditates, ac donationes non communicat, ſed aliqua retinet, vel inſtrumenta ſui nomine faciat, aut bona paterna diuiſa proprio nomine locat, quàmuis fructus, & redditus omnes cum alijs conſerat, cæteraque in commuoi ponat, & ſimul viuant, non dicitur contracta, neque renouata omnium bonorum ſocietas, quoniam qui omne dicit, nihil excludit capit. à Romana 19. diſtinctione, & ad deſtructionem totius ſufficit vnum, d. l. 1. §. in ſocietates, & d. l. ſocietatē vniuerſ. Menoch. citato conſil. 222. & DD. loc. citat. Subnectentes talem eſſe ſocietatem vitæ contractam poſt Vbald. de ſocietate 3. parte à nu. 21. cum ſequent. Caualcan. num. 2. loco præcitato, nam & ſi vnicum tãtum peregerunt negotium, vna in re communicaruot fructus illis in rebus dumtaxat dicitur contracta, & renouata ſocietas ſupra aſſeruimus poſt Vbald. loc. præcitato, num. 18. & ſequenti, & Caualcan. citata deciſ. 10. num. 4. Satis perbellè demonſtrat hanc eſſe omnium bonorum ſocietatem, & poſt ſcripta viſus peroptimè D. Reg. Valenz. in conſil. 89. ferè per totum.

Probatum ſatis ex actis cõſtat, quòd inter Tullium auum Ioannis Iacobi, & Petri Pauli reconuentorũ, & Ioannem Bernardinum Trabueco patrem Fabritij, & aliorum conuentorum non adfuiſſe eorum vita durante ſocietatem omnium bonorum, quia tantum probatum extat quòd dictus Tullius Nuceriæ continuò habitabat, & ibi ſolus negotia quædam faciebat, illaque ad proprium vſum conuertendo, & dictus Io. Bernardinus Cauæ degebat ſimiliter eadem peragendo, & tantummodo communionem in bonis poſitis in loco, quædam dicunt teſtes inter eos egiſſe; non autem in omnibus bonis, communiter, & indifferenter, vt probata ſit omnium bonorum ſocietas.

Igitur dum in vna re tantum pro communi viuebant in illa dicitur tacita contracta ſocietas, & ſic ſentierunt Soccin. Caſtr. Alex. & alij, cum Bar. quos refert, & ſequitur Marant. d. 4. par. num. 13. poſt alios ſupra relatos non poteſt cenſeri expreſſa quoniam ex actis nulla apparet expreſſa conuẽtio de conuenta ſocietate inter dictos Tulliũ, & Ioannem Bernardinum.

Cum igitur tacita ſit, & particularis ſocietas
9 per mortem dicti Tullij, illam extinctam eſſe indubitatum eſt iuxta tex. in §. ſoluitur Inſt. de ſocietate, l. ſocietatem, §. diſſociamur, & l. ſi fratres, §. eiſdem reſpõdere. lege actione, §. morte, l. ſocium, in fine principij, ff. pro ſocio, Vbald. de ſoc. par. 11 nu. 33. Reg. de Ponte, conſ. 6. nu. 23. & ſeq. vol. 2. quinimmò adeò morte ſocietatem diſſolui dixe-
10 runt, vt neque ab initio ita eam contrahi poſſe, vt ad hæredes extendatur, vt ſocij ſint ex l. verum §. in hæredes, & §. ſocietas pro ſocio, authore Curtio Seniore in cõſ. 53. qui plures adduxit rationes cur ad hæredes ſocietas nõ tranſeat illarum, & aliarum memor fuit Oſaſch. in deciſ. 18. num. 1. & Velaſc. conſult. 63. nu. 2. 3. & 4. punctualis in hac queſtione poſt ſcripta viſa dicens, etiam ſi eſt cum juramento pactum pro heredibus, quia iuramentum non mutat conditiones contractus, ibi nu. 14 de Ponte, in conſ. 90. num. 3. vol. 2. cum mortuus ergo ſit dictus iam Tullius ſi qua foret ſocietas, etiam vniuerſalis, cum præfato Ioanne Bernardino modo eſſe iam extinctam.

Neque admodum cenſeri poteſt tacita ſocietas inhita poſt mortem dicti Tullij inter Ioannem Berſiardinum ſuperſtitem, & Vitum Antonium
11 eius nepotem, ſiuè præſupponatur de vniuerſali ſocietate omnium bonorum, ſiuè particulari, quoniam, vt dicatur renouata ſocietas inter hæredes, ſiuè nepotes, & patruum per cõicationem omnium fructuum, & bonorum debent illa præcisè interuenire, quę in punctuali queſtione ſcripſit doctus Borgnin. in præcitata deciſ. 10. à nu. 1. vſque ad 6. & deciſ. 11. à num. 1. vſque ad 3. quæ nos ſupra duximus authore ipſomet Caualcano, quorum aliqua interueniſſe in hac præſumpta ſocietate nullibi eſt probatum, non enim ipſi reconuenientes probarunt lucra per ipſum Io. Bernardinum quæſita in ipſa communione præſumpta durante communicaſſe cum introitibus indifferenter, & quòd contractus per eum confecti communi nomine confecit, neque alia ſibi obuenta quouis modo quęſita cõmunicauit, vt communis eſt DD. ſententia, & Velaſc. nu. 13. loc. cit. D. de Põt. loc. præcit. n. 25. & ſeqq. ſed tantùmodo probatum eſt præmortuo dicto Tullio Patre reconuentorum ipſe Io. Bernnardinus patruus ſe

Nuce-

Digitized by Google

Nucæriam contulit, & indè aſportauit Caoam verſus dictos Vitum Antonium, & Horatium eius nepotes minores, cum eorum matre, & illos tenuiſſe ſub cuſtodia, & protectione, & cum perſonis bona ſimiliter regit, & gubernaoit, non autem animo cootrahendi ſocietatẽ, cum in dubio non præſumatur, niſi probetur eo animo teouiſſe ſub eius protectione.

Et ſi teſtes deponant de communi habitatione nepotum reconuentorum cum patruo, & de cõmunione bonorum ipſorum nepotum probatur quædam tacita ſocietas, ſiuè ſructuum illorum, per quam communẽ habitationem, & victum, ac menſam nõ poteſt dici contracta ſocietas vniuerſalis inter eos, ſed tantùmmodo quædam particularis (ſi dici poteſt) quo ad victum, habitationem, & ſructus, ac reditus non quoad alia iuxta legem cum duobus §. ſi ſratres paternam indiuiſam, & l. ex parte §. filios, ff. pro ſocio, latè per Cępol. in præcitato conſ. 42. num. 5. In ciuilibus in terminis conſulentem, & magis communem dicit eſſe Alexander in conſ. 152. in fine vol. 7. & conſ. 23. num. 5. & 6. vol. 4. quorum memioit, & aliorum Caualcan. in citata deciſ. 11. oum. 2. dicens, ita eſſe intelligendos Iaſonem, Decium, ac Romanom contrarium ſentientes, & in deciſ. 10. nu. 8. & nu. 6. & 7. & Vbald. de ſociet. 3. par. num. 16. & Velaſcus d. Conſult. 63. num. 8.

Quinimmò probauere reconuenti ipſi expreſſam voluntatem ipſius Io. Bernardini patrui, quòd ex ipſa communi habitatione non intendebat cõtiouare ſocietatem ſi qua ſocietas erat cum Tullio eorum patre, poſtquam ſi in ea eſſet voluntate nulli dubiũ, quòd negotia illa, quæ ipſe exarcebat illa cũ bonis pro communi exercuiſſet, vel in emendo cõmuni nomine, vel in contribuendo, vel ſaltem in declarando, quòd communi nomine illa gerebat, & tamen teſtes deponunt, quòd dicti nepotes inter cæteras cauſas, quibus prouocarunt dictum patruum ad diuiſionẽ petẽdam fuit, quia nolebat ipſe partem lucri quæſiti, per eum dare dictis nepotibus, ſed illa proprio, & priuato nomine gerebat, & lucra ſolus percipiebat.

Ergò cum priuato nomine gerebat, ex illa cõmuni habitatione non cenſetur extenſa cõmunicatio præter victum, & veſtitum, ſecundum præcitatos Vbald. Alex. Cępol. & alios modo citatos.

12 Prætereà conceſſo, quòd eſſet inter dictos patruum, & nepotes contracta præſumpta ipſa tacita ſocietas vniuerſalis, prout negatur alio modo ſocietatem ipſam non potuiſſe, neque poſſe cum ipſis nepotibus præſupponi, quoniã quando Doctores loquuntur de renouata ſocietate inter hæredes ſratres, vel inter nepotes, & patruum cõmuniter omnes pręmittunt quando ipſi nepotes, & ſratres ſunt maiores, & omnes in æquali ætate, ſin vero ipſorum aliquis eſſet minor non poteſt cenſeri ſocietas contracta, tàm expreſsè, quàm tacitè, quia in ſocietate quærenda requiritur conſenſus, qui in pupillo tàm expreſsè, quàm tacitè præſtari non poteſt ſine tutoris authoritate, l. obligari de authoritate tutorum, & text. eſt in l. vt in conductionibus ff. prò ſocio, Bart. & Bald. in l. ſi patruus, C. communi vtriuſque, Bart. in lege Titium, §. altero, ff. de adminiſtratione tutorum conſuluerunt Angelus in conſ. 60. Soccin. in conſ. 60. 3. & 4. columna, volum. 2. & conſil. 87. vol. 1. Romanus col. 182. Cępolla citato cooſ. 42. Vbald. de ſocietate 3. parte, num. 3. Velaſc. loco citato nu. 12. de Ponte conſ. 6. nu. 23. & ſeq. vol. 2. & ſi in locis præcit. Doct. ſatentur poſſe cohiri ſocietatẽ, cum pupillo quando eſt ad eius vtilitatem, etiam ſine tutoris authoritate, & Reg. Valenz. conſ. 11. à numer. 34. cum ſeqq. illud tamen procedit quando apparet de euidenti vtilitate, quia & ſi prohibetur ſine tutoris authoritate obligari, poteſt tamen ſibi acquirere dicit Vbald. loco citato num. 4. poſt Bart. & Soccin. locis relatis, cum quibus conuenit Romanus citato conſil. 182. & cum eis Marant. io 4. par. 4. diſtinct. num. 6. dicens hanc eſſe ſuſtentabiliorem opinionem, Velaſc. loc. cit. n. 11. quibus eſt addendus latè loquens Rodoan. de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt. 35. & 36. & hoc quando vtilitas ipſa apparet ex ſeric ipſius ſacti cum in dubio non præſumatur talis vtilitas, vt pupillus ſocietatem contrahat contra legis mentem eſt opinio Soccini in præcitato conſ. 60. 3. col. propè finem, & tamen vltra quòd ex actis de authoritate iſta non apparet probatum eſt, quòd patruus ipſe denegauit lucra quæſita, ex negotijs communicare,

13 Secundò ipſa Romani, & aliorum opinio intelligitur quando ſunt minores io tali ætate, in qua aliquali modo poſſunt conſentire, bonum, & malum cognoſcendo, non autem quãdo ſunt omninò minores inutiles Caualc. cit. deciſ. 11. hum. 17. par. 2. quales ſunt iſti reconuenti minores, quorũ vnus erat annorũ ſex, in circa, & alter vnius, qui non habent velle, neque nolle, & quicquid vident ignorant.

14 Neceſſariò ergò ſequitur, quòd io iſta pręſumpta ſocietate accedere debebat tutoris authoritas, vt Bart. Bald. Soccin. & alij ſupracitati communiter voluerunt; Cacheran. citata deciſ. 150. nu. 5. 9. & 10. & Pariſij, & aliorum authoritate in ea eſt ſententia, quòd neque ex mandato teſtatoris de continuando ſocietatem per ſex annos poſt eius mortem inter hęredes poſſunt pupilli ſocietatem cohire ſi vtilitas non appareat, & tutoris authoritas non accedat.

Neque reſragari videtur, quòd ex aduerſo dicebatur ſatis habere conſenſum, & tutoris authoritatem aſtitiſſe, cum patruus eorum nepotum eſſet loco tutoris, qui io ipſa tacita ſocietate au-
15 thoritatem ſi opus erat præſtabat expreſsè, vel tacito modo, quoniam quando lex loquitur de aliquo intelligit de vero, & nõ de ficto, ſecundum Bald. & Paulum de Caſtro in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, & l. fin. C. de his, qui veni. ætatis impetrauerunt, vndè cum lex in dicta lege, vt in conditionibus faciat meotionem de tutore authorizando intelligi
16 debet de vero tutore, qui non dicitur, oiſi adimpletis adimplendis, aliàs omnia per ipſum congeſta nulla ſunt, & inualida adminiſtratio, etiam ſi poſtea compleret authore Bart. cuius omnes ſunt memores, & Caualcanus de tutore, & curatore, num. 23. & num. 57. & Cacherao. deciſ. 58. nu. 19.

& ſequenti, Velaſc.conſult.52. num.7.

Et quod ſit tutor patruus ipſe nullo modo
conſtat ex actis, & quatenus concederemus,
quòd eſſet tutor, neque poſſet arbitrari tacitam
17 ipſam poſſe cohiri ſocietatem cum ipſomet pa-
truo, & tutore ſimul, cum nemo poſſit ſibi
met authorizare dixerunt omnes in l.1.§. fuit
quæſitum, ff. ad Trebellian, & in l.1. ff. de au-
thoritate tutorum, neceſſe eſt inquam, quòd duo
ſint tutores, quorum vnus authorizet, & alter
contrahat ſocietatem cum pupillo, authore ip-
ſomet Vbald. in dicta 3. parte, num.5. verſiculo
quod credo duplici ratione, ibi, eius opinio ro-
boratur, cum quo non diſſentijt Soccinus in ci-
tato conſil.160. 3. & 4. columna, & tamen vide-
mus, quòd vnus eſt patruus, qui ſungere inten-
dit, & ſocium, & patruum, & tutorem, & deni-
que lucra poſtea ſoli quærere tanquam leo; Ob-
18 ſtat etiam præfatis de Trabucco Inſtrumentum
compromiſſi inter eos Vitum Antonium, &
Horatium patrem reconuentorum, & Ioannem
Bernardinum, in quo ſpeciali pacto pacti ſue-
runt, quòd ipſemet Ioannes Bernardinus om-
nium creditorum ſuper bonis hæreditarijs, &
communibus inter dictum Tullium, & Ioan-
nem Bernardinum fratres exiſtentium infra
duos menſes liſtam dare debuiſſet, & de illis qui-
libet pro rata ſoluere portionem, aliàs ipſe Ioan-
nes Bernardinus ſoluere illa debuiſſet, & durante
ſpatio duorum menſium nullam mentionem
ipſe Ioannes Bernardinus fecit de dicto credito
de Bertolotta, vndè cum lapſum ſit dictum
tempus duorum menſium non poteſt vlterius,
tàm agendo, quàm excipiendo opponere repe-
titionem pro parte ipſorum reconueotorum le-
ge penultima, C. de pactis, qui text. eſt ad litte-
ram, & Iudicem ſe debere adæquari pactis con-
uentis litigantium ex l. ſi conuenerit, ff. de re iu-
dicata, & per l. qui ſundum, ff. de contrahen. empt.
& modo agendo obſtat exceptio iuris iurandi,
19 quæ obligat præciſè ad factum Gloſa, l. ſi pecu-
niam, ff. de conditione ob cauſam, & exceptio
20 iuris iurandi eſt validior omnibus litis ingreſ-
ſum impedientibus lege prima, cum gloſa, l. nam,
& poſtea, vbi Bart. & Alexand. de iure iurando,
Afflict. in deciſ. 285. num.1. qui conuenti tan-
quam periuri non ſunt audiendi, vt ſupra in al-
leg.3. 4. null.

21 Et inſuper partes ipſæ ſuper eijſdem diffe-
rentijs per antea ortis virtute compromiſſi com-
promiſerunt, & præuio laudo partibus noti-
ficato pactum ipſum partes ipſæ acceptauerunt
de dando liſtam infra dictum tempus duorum
menſium omnium prædictorum, à quo cum
infra decem dies partes ipſe non reclamauerunt
tacitè illud homologauerunt, & ſuper in eo
contentis orta eſt iam exceptio rei iudicatæ iuxtà
legem, cum antea, C. de arbitris, Bart. in
lege arbitro in fine, ibique Alexand. & Iaſon,
ff. qui ſatiſdare cogantur, Abbas in cap. cum
dilectus, num.17. cum ſequentibus de arbitris,
Cæpolla in cautela 93. in fine, & Gloſa in l.2.
cum Bartol. ff. de Arbitris, vt fuſius in al-
legat. 2.

Ex alio etiam cenſui fore, & eſſe dictos re-
conuentos ab impetitis abſoluendos poſtquam
22 non poterat ipſe Ioannes Bernardinus allegare
ignorantiam huius crediti de Bertolotta,
poſtquam erat debitum per ipſum contractum,
& pro eo erat condemnatus, & paſſus executio-
nem à creditore, in quo facto proprio error non
præſumitur, imò illum allegare modo eſt lata
culpa, l. final. ff. prò ſocio, lege error facti, ibique
latè Bald. & Iaſ. C. de iuris, & facti ignorantia
per Abbatem, & Felinum in cap. finali de con-
feſſis, cum cæteris recollectis per Maſcard. de
probationibus concluſione 637. & Regent. Va-
lenz. in conſil.11. à num.59. cum ſeqq. Carot. in
deciſ.116. num.21. & ſeqq. quoniam ſi debitum
præfatum de Bertolotta fuiſſet commune cum
Tullio, & eius filijs vtique illud connumeraſſet
cum cæteris creditoribus adnumeratis cum præ-
fata liſta infra dictum ſpatium dictorum duo-
rum menſium præſentata, ergo cum non ex-
preſſit, & exprimere potuit videtur noluiſſe ex-
primere, l. vnica, §. ſin autem, C. de caduc. tollend.
cum multis ſimilibus in allegat.18.

Neque eſt præſumenda obliuio poſtquam fa-
ctum erat de recenti non ſolum nondum elapſo
23 decennio, vt voluerunt aliqui, quos citauit Me-
noch. de arbitrarijs Iudicum in caſu 26. ſed debi-
tum erat contractum in anno 1573. & ante, quo
tempore fuit condemnatus dictus Io. Bernardi-
nus ad ſoluendum dictos ducatos 1175.

Et de Anno 89. & 90. fuit paſſus executionem,
& tamen laudum ipſum, & inſtrumentum diui-
ſionis ſequutum cum dicto pacto, quòd non dan-
do notam omnium creditorum infra dictorum
menſium duorum tempus onus eſſet dicti Ioan-
nis Bernardini ſoluere debita illa, factum fuit in
anno 1576. & ſic poſt tres annos facta dicta con-
demnatione contra dictum Io. Bernardinum pro
dictis ducatis, mille centum ſeptuagintaquinque;
24 & ſi vera eſt opinio ipſius Menoch. dicto caſu 26.
num.2. eſſe Iudicis arbitrarium quanto tempore
obliuio præſumatur cum ex temporis antiquita-
te præſumatur Reg. Valenz. conſ.24. num.20. Iu-
dicare quilibet poteſt ſi per triennium eſt veriſi-
mile, quòd dictus Io. Bernardinus oblitus erat dicti
debiti dd. duc. 1175. quia cum res ſit non paruæ
ſummæ, ſed grauis, & tractatur de obligando ſe
ipſum ad ſoluendum dictum debitum, ſi illud
non notificabat nullo modo obliuio, error, &
ignorantia in eo argui poteſt, annotauit idem
Maſcardus in præcitata concluſione 637. nu.20.
& 21. quæ coniecturæ, & præſumptiones cum
liquidiſſimæ ſint ex eis rectè poſſe iudicari ad ex-
cludendum dictos reconuenientes ab eorum im-
25 petitione, per c. quoſdam de præſumptionibus,
& in lege licèt, vbi Bart. ff. de legatis primo, &
Afflict. in deciſione 44. à num.13. cum ſeq. &
Menoch. de arbitrarijs Iudicum caſu 115. nu.6.
& ſequenti, quòd ex præſumptionibus, & con-
iecturis à iure approbatis poſſe Iudicem perſpi-
cere veram, plenam, & apertiſſimam approba-
tionem, Velaſcus conſult.82. num.7. cum alijs
Doctoribus alibi ibi ſentientibus, & Amat. in
conſil.45. num.34.

Inſuper

Inſuper alio cspite viſum ſuit eſſe reijciendos poſtquam facta diuiſione inter fratres, & elapſo decennio partes ipſę non reuangauerunt diuiſio-
26 nem iterum fieri, & continuò per dictum ſpatium decennij, inter præſentes, & viginti inter abſentes bona diuiſa poſſiderunt, quod plus poſſedit vnus alio præſumitur donatum, & denuò peti non poteſt inæqualitas diuiſionis ex gloſ. in l.penult. C.communi diuidundo, ibique præcteteris latè Salie. poſt alios Scribentes, & communiter gloſ. ipſam eſſe approbatam Bald. dixit in conſ. 150. proponitur quòd minor vol.1.& Alex. in conſ.92. vol.2. dicens nullo modo in ea lege conſiderari poſſe diſpoſitionem, vt alij ſentiebãt à quibus etiam diſſentierunt Roman.in cõſ.205. Idem Alex.in conſ.3.in fine vol.3. conſ.25. col.4. vol.5.Balbus de præſcriptionibus in 2.par.3. par. princ. quæſt.10.à num.39.cum ſeqq.Crauet. de antiquitste temporis prima parte, ver. propoſitũ noſtrum num.30. car.28.in meis, & 3. par.à n.9. cum ſeq. & Theſſ.in deciſ.205.Caual.in deciſ.11. nu.43.& 44.2.par.Boer.in deciſ.58.& poſt ſcripta Marcel. de Maur. alleg. 86.viſus in ſimili cauſa Amat.in conſ.96. num.14.cum ſeqq. cum quàm plurimis alijs per me congeſtis in meo tractatu de donation. in 2.lib.in cap.5. quæſt.58. vbi communem eſſe reſecatis contrarijs probatur.

Quoniam nõ tantum decennium eſt elapſum, ſed etiam tempus quaſi 37. vt conſiderauit Caualc.citata deciſ. 11.num.43.

Ex quibus apparet quòd concurrente diuturnitate temporis in poſſidendo quietè per ambas
27 partes bona diuiſa ſuccedit text. in lege procula, ff. de probationibus, quòd donatio inter coniunctos, præſumenda eſt quando vnus plus coniunctorum poſſidet, vt adaptari rectè poteſt in præſenti quæſt. nam et ſi certant Doctores an copulatiuè, vel diſiunctiuè tria illa, de quibus in dicta lege procula requiruntur, vt ſex fuerunt variæ Doctorum ſententię, nos tamen in pręcitato tractatu de donationibus in dicto 2.lib.in cap.4.q.1. præſumptione 32.aſſeruimus, quòd concurrente coniunctione ſanguinis, cum taciturnitate alicuius temporis donationem quemlibet Iudicem arguere poſſe ſiquidem coniecturæ ipſæ aliud indicare non poſſunt, niſi præſumptam donationẽ.

Minores ergo Socij non erant obligati ad debita contracta per ipſum Io.Bernardinũ prò præ-
28 ſatis negotijs, pro quibus ipſe fuit condemnatus, & ad illa ſoluenda ipſos minimè de iure teneri, iuxta quæ congerit Cacher. in citata deciſ.150.à num.6. cum ſeq. & per Vbald. de ſocietate in nona par. nu.4. & ſeq. & cum non ſit probatum nomine Societatis contraxiſſe debitum illud de Bertolotta pro quo fuit condemnatus, neque in communem aream pecuniæ, illa pecunia verſa fuit, ſed tantũ nomine proprio apparere debita, & proprio nomine, ſequitur quòd ipſe ſolus Io. Bernardinus tenetur ad ſolutionem illius, Iure ſocietatis, vbi Bald.not.ff.pro ſoc.& per bellè demonſtrat Alex. conſ.138. proſpectis ſcriptis in prin.vol.5.quorum memor fuit Straech.de Mercatur.5.par.num.15.car.103.in meis, & Surd. deciſ.213.& Crauet. in conſil.129. Velaſ. lib.1. conſult.98.num.3.Caſtr.l.1.§. fin. de exer. act. & per optimè Bar.in ſuis quæſtion.quæſt.5. per totam, & nu.7. ſit cenſui, & ſoluerunt, & in reuiſione facta ordine S. C. per Magnificum V.I.D. Mauritium de Alexio Comitem Palatinum confirmata conſeruantur penes Arciuarium Curię Ciuitatis Cauenſis,

Mauritius de Apicella I.C.

SVMMARIVM.

Ædificari non poteſt locus ſacer ſine Epiſcopi conſenſu ad quærendum ius in eo, num.1.

Iuſpatronatus quot modis quæritur in Eccleſia, num.2. eſt quid ſpeciale, & laici ſunt incapaces, ibidem. & ſi præſcriptione quæratur, & per quantum tempus, & ſi poſſunt adijci pacta grauoſa, num.3.

Eccleſia patronata, an ſubſit Epiſcopo, num.4.

Epiſcopus non poteſt à ſe expropriare ea quæ ſunt in titulum Iuriſdictionis ſuæ, num.5. & quæ habere dicitur Epiſcopalia, num 6.

Princeps non poteſt à ſe tollere ea quæ ſunt de alto Imperio, num.7.

Gliſa, ſeù ſtegmata, inſignia, titulus, vel arma, & ſcriptum ſunt ſinonima, nu.1. & quid denotant, num.8. & 11. & quando ſiunt, an denotent dominium in loco, & ſi poſſunt tolli à loco impunè, num.9. & an in re aliena poſſunt apponi, & quando poſſunt auferri, nu.10 & probetur dominium per illa nu.10. & 11. & an in muris Ciuitatis poſſunt poni ab vtili Domino in concurſu cum directo, & quis præferatur, num.12 & ſi in Eccleſia patronata poſſunt poni, & quomodo ibi declaratur.

Barones ſi ſunt habentes vnus ciuilem, alter criminalem iuriſdictionem in Ciuitate quis præferatur in deſcribendo inſignia, & portando vexillum, & ſi vnus habet ab altero dominium, & ſic ſubfeudarius, ibid. & num.13.

Eccleſia non poteſt fieri collegiata ſine Epiſcopi conſenſu, num. 14.

Officiales deputati ad faciendum opus publicum, an poſſint ponere eorum arma in loco, num.15.

Laicus Iudex, an ſit competens contra adminiſtratores piorum locorum, quoad bona, & perſonas, nu.16.

Epiſcopus, an ſit Iudex priuatiuè competens contra Æconomos locorum piorum, num.17.

ALLEGATIO XXIII.

De Gliſa ponenda in męnibus Eccleſiæ Patronatæ per laicos, ſi inficiatur iuripatronatus, de præcedentia in illa, & cognitione.

Pro Vniuerſitate Atranenſi.

IN negotio quod plurimum facti habet, ex cuius circumſtantij ius oritur, impoſſibile videtur facto oculis non perſpenſo poſſe certum in omni ipſius facti ſerie dari iudicium; adnotabo propterea, quæ ſub nube,

& aere ſic perſunctoriè collecta ex vocibus Mag.
de Regimine Atranenſis aud ui, vt anſam præbeā
patronis illius Venerabilis Eccleſiæ, & alijs cogi-
tandi ſuper facto de quo hæſitatur; Si Gliſa, vt
Bononienſes aiunt ait gloſ. in l. 1. C. vt nem. ſin.
iud. auth. vel ſtemmata, vt Iur. Conſ. appellat in
l. ſtemmata, C. de ſabric. lib. 12. tituli, vt Imperat.
dixit in §. titulos auth. de mand. princip. Inſignia,
vel arma, vt idem Iur. Conſ. ſcripſit in l. qui libe-
ralitatem, ff. de oper. publ. & communis vſus adę-
quat, & ſcripturæ ſimiliter, vt gl. in d. §. titulos ex-
poſuit, poni, & depingi poſſunt in muris prædictæ
Eccleſiæ Diuæ Magdalenæ, fundatæ per ipſam
Vniuerſitatem, ſuper qua iuſpatronatus pleno
iure habere dicunt non tantum ipſi, ſed etiam
Illuſtriſsimi Domini Archiepiſcopi meritiſſimi
Legati Apoſtolici in hac fideliſſima Ciuitate, ſiuè
eius Domini Vicarij, & ponendo per Clericos il-
los ſi præiudicatur dictæ Vniuerſitati in iuribus
acquiſitis in dicta Eccleſia?

1 De iure enim Diuino eſt, quod eſt de iure Ca-
nonico cap. 1. diſt. 1. Nemn poteſt Eccleſiam,
Cappellam, vel Altare ædificare ſine Epiſcopi
conſenſu, vt pius locus dicatur. cap. nemo diſt. j.
& c. auctoritate de priuil. in 6. Anton. de Maur.
alleg. 3. Nicol. Reuſner. deciſ. 1. num. 32. par. 4. ędi-
ficanti enim ſic ex ſua improbitate nil in ea quę-
ritur, c. nobis de iur. patron. & ibi Doct. Neceſſa-
rius erit Epiſcopi conſenſus, ſi iuſpatronatus
2 quis ex fundatione, dotatione, vel erectione ac-
quirere cupit dicitur ibi; quoniam Eccleſiæ poſ-
ſeſſione laici ſunt incapaces, cū ſit quid ſpiritua-
le quæri non poteſt ſine licentia Pontificis gloſ. c.
quod autem ver. Eccleſ. 16. q. 7. & ſi iuſpatrona-
tus dicatur quid ſpirituale, c. quoniam vbi Abb.
num. 2. de iur. patron. cum ſimilibus, quæritur ta-
men Apoſtolica diſpenſatione, ius illud in ea al-
tero de prædictis Doct. in rubr. de iurepatron.
3 vbi enim deficit ſpetialis conceſſio ſufficit ad il-
lud acquirendum immemorabilis poſſeſſio, quā
quis allegando iuſtificat titulum, & legitimam
poſſeſſionem, D. Conſ. Rouit. ſuper Pragm. 1.
de priuileg. vniuerſ. nu. 5. & ſeqq. & minus tem-
pus non ſufficit in Vniuerſitate, & Magnatibus
poſſidentibus, quia iura præſumunt incepiſſe
cum mala vſurpando, congerit omnes Caualcan.
in deciſ. 11. nu. 70. & 71. par. 3. & ad celebre Conſ.
Domini Reg. de Ponte 8. vol. 2. ſecus vero in alijs
priuatis, vt minus tempus ſufficiat ad pręſumen-
dum Epiſcopi conſenſum in ipſo iurepatrona-
tus quærendo D. Reg. Valenz. in conſ. 18. nu. 29.
& ſeqq. vt dixi ſupra in alleg. 13. in cuius ſunda-
tione poſſunt apponi de Epiſcopi conſenſu pacta
grauamina à iure non improbata, idem Caualc.
deciſ. 27. num. 35. & ſeqq. par. 3.

4 Et quamuis Eccleſia illa ſit patronata remanet
adhuc ſub illo generali dominio, & iuriſdictione
Epiſcopi habentis ſuper omnes Eccleſias in eius
Diœceſi ædificatas d. c. quod autem, & c. omnes
baſilicæ 16. q. 7. prout S. C. Trid. nouiſſimè decla-
rauit in ſeſs. 24. c. 18. in qua Epiſcopus ille poteſt
exercere ſua Epiſcopalia, nam, & ſi exemit ab a-
liquibus prouentibus temporalibus, vel ſpiritua-
5 libus, ius enim cathedraticum, quod habet in ſi-
gnum præheminentiæ à Sede Apoſtolica, cuius
locum tenet in Ciuitate, & Diœceſi erecta ſub
eius regimine non poteſt alteri; etiam religioſo
loco concedere, quin non ſubſit text. eſt in c. pa-
ſtoralis de donat. ibi omnes prouentus præter ca-
thedraticum in eorum vſus credimus conuerten-
dos, niſi de Pontificis licentia expreſſa aliter ſit
cautum, vt gloſ. ibi cathedraticum exponit, & in
d. c. quod autem, ver. Eccleſ. in Rege Apuliæ lo-
6 quens; Quinque enim Epiſcopus dicitur habere
in qualibet Eccleſia, de quibus tria ſemper reti-
net, & frenum habet ligatum, vt tria illa à ſe exi-
mere nequeat, vt ius catedraticum, reuerentia,
& charitatiuum ſubſidium, licet tertium conſue-
tudine non dicatur ſeruari Ioan. Andr. & Abb. in
c. venerabilis num. 4. de Cenſib. & Innoc. in d. c.
paſtorali nu. 1. in re noſtra loquens dixit, quòd
cóceſſa Eccleſia Archidiacono, vel Archipresby-
tero conceſſa videtur eo modo, vt ſubeſt ei tan-
quam Archipresbytero, & ſic ſecundum iura,
quæ habet in alijs Eccleſijs, quem ſequitur, ibi
Abb. nu. 8. ver. & vide Innoc. hic, Pontificis enim
aſſenſus opus eſt, vt accedat, vt tota eximatur, di-
cunt gloſ. ſuprà allegatæ; vt dicitur in Principe
7 concedente terras, & ſtatus in feudum Baronibus
nunquam concedere videtur ea, quæ ſunt de alto
Imperio, & ad pręheminétiam carne eius oſſibus
affixa, quibus ſe expropriare non poteſt Bellug.
in Spec. Princip. rubr. 1. nu. 9. vbi latiſſimè Bor-
rell. in addit. & in rubr. 23. ver. ſed pone num. 1 a
latè Præſes de Curt. de feud. prima par. ver. liceat
nu. 25. cum ſeqq. car. 7. & Capiblan. de Baronib.
pragm. 8. num. 62. cum ſeqq. Dom. Maſtrill. de
Magiſtr. lib. 1. c. 18. num. 33. cum ſeqq. & cap. 12.
nu. 50. cum ſeqq. Reg. Valenz. de ſtat. & bell. con-
ſid. 2. num. 41. & 42. cum ſeqq. Auend. de exeq.
mand. reg. 1. par. c. 2. nu. 24. obſtat ergo ex prędi-
ctis maxima cócluſio Epiſcopum remanere Do-
minum, etiam in Eccleſia patronata alteri con-
ceſſa.

8 Gliſa enim ſiuè ſcriptura, titulus, ſtemmata,
inſignia, vel arma quando ponuntur, & pingun-
tur fit ad conſeruandum memoriam illorum
agentium opus illud, vt pateat omni ſeculo in fu-
turum venerantia, & honor cuilibet proſpicienti.
Sic Molin. in c. 14. nu. 5. & ſeqq. vol. 2. de quo etiā
meminit D. Reg. de Pont. in conſ. 4. nu. 35. vol. 1.
Auend. de exeq. mand. reg. 1. par. c. 1. num. 4. ſiunt
9 enim loca illa de proprio ſumptu agentis de
Maur. alleg. 11. non enim ex inuidia petitur inſi-
gnia depingi, concedenda eſſe, & obſeruari Præ-
ſes curabit dicit IureConſ. in d. l. qui liberalitate,
ff. de op. pub. ne abradantur, & tollantur, & ſi for-
ſan ex audacia aliquorum fiet debent reſtaurari
ſecundum Bart. in d. l. qui lib. §. nec eius, &
Capic. in deciſ. 27. num. 41. cum in re ſua geſſit,
& affixit, & puniri pęna triremis abradēs. Amēd.
ad Franch. deciſ. 443. & Auend. loc. cit. dicit puni-
ri actione iniuriarum, & pœna exilij fuiſſe nobi-
lē condemnatū ex mēte Annæ, & Viſconti Thor.
in Compend. deciſ. reg. ver. delens car. 143. In re
.n. aliena ex cauſis prędictis minimè licere iuſſit
Imperator in d. §. titulos auth. de mand. princ. &
10 in d. l. ſtemmata C. de Fabr. lib. 12. & in l. 2. C. vt
nem. lic. ſin. Iud. auth. & Bart. in tract. de inſign.
& arm. num. 4. temere enim apponenti poſſunt
audacter

audacter abradi,& tolli,etiam ſi lata ſuit ſenten-
tia prò illo ponenti ſi in rem iudicatam non tran-
ſijt non dicitur Dominus,vt dominus apponere
poſſe,& ab inficiante ſuam eſſe rem,& locum poſ
ſeſſum poſſunt impunè ſfabricari, ſuiſſe de facto
obſeruatum, ait Caſtr.d.l.1.C.vt nem. lic. quem
ibi ſequitur Iaſ.de quibus non meminit D.Frec:
infra allegandus, etiam armata manu licere pro
conſeruatione ſui iuris dixi in alleg.13.
Scriptura enim loquens dicit gloſ.d.§.titulos
ibi eſt comprehenſa, hæc gloſ. illa, titulos, ideſt
ſcripturas quaſdam, in quibus continetur quod
hoc prędium ſit talis hominis, quaſi aliquod pri-
uilegium ante alios homines habeat.
11 Quando enim à Domino,vel pro Domino a-
dijciuntur nil aliud indicant, niſi ſigna manifeſta
eſſe illum dominum illius Caſtri, vel loci in quo
apponuntur,& eſſe ſibi ſubditum, & eſt proba-
tio perpetua ad probandam præheminentiam,
& ſuperioritatem excludens alium prætendentē
vti dominio illo text. eſt ni fallor in c. dilecta de
exceſs.prælat.ibi non conſueuerunt, & eſſe plenæ
probationis, quoad eius directum dominium,
vel vtile,cum alijs adminiculis,quod quęri poteſt
ad illum vtilem finem agenti, vt præſumatur ſic
eſſe ad præſens, & in præteritum cum antiquio-
res noſtri permiſerunt ſcribi in muro albo carmi-
na dominium indicantia; in proprijs rebus ne
vtamur ſuperuacuo Soccin. in reg. 238. vlt. fall.
& in lapide, & marmore probari dominium, &
confinia Lambert.Crau.Dec. & alios innumeros
recenſet Borgnin.Caualc.in deciſ.27.nu.1. vol.2.
& Reg.de Ponte lo.cit.& Iac.Ant.de Maur.d.al-
leg.11.56. & 82.Ann.ſingul.289. turbatur enim
dominus rei dicit D.Frec. læditur, & offenditur
argumento l.primæ, C. vt nem. lic. læditur ergò
quia dominium, & iuriſdictionem tribuunt, vt
ipſe ait in 2.lib.de ſubſeud.in 47.auth.relatis alijs.
12 Quærit ille loc. præcit. ſed quæſiuit prius Ca-
pic. in alleg.deciſ.27. ver.decimum, an in mœnib.
liceat Principi ponere gliſa, & ſtemmata in ter-
ra alteri conceſſa in ſeudum,& portare vexillum
per illam, & præferri vexillo ſubſeudatarij, ſic &
Baroni aduerſus illum,cui cōceſſum eſt Caſtrum
in ſubſeudum.
Capyc.bæſitauit quis præferatur in eadem ter-
ra habens ciuilem vnus, alter criminalem iuriſ-
dictionem, & remiſſinè Maſtrill. de Magiſtrat.
lib.4.c.16.num. 142.citans Frec.& Capiblan. alio
in loco,decidit attento cuius ſit murus ille,in quo
gliſa eſt ſignandum, ſi ergo eſt domini certi, &
particularis ex ſupradictis reſponſum pᵃtet in re
ſua licere, ſi ſunt muri alieni ex eiſdem apparet
minimè inſcribi poſſe ratione maximi præiudicij
ſupra ponderati,& Thorus in Comp.deciſ.regn.
ver. arma Baronis poſt ſcripta viſus citans Fab.
de Anna conſ.72.
Si enim dicimus laicis acquiri iuſpatronatus
in Eccleſia,quod eſſe ſeruitutis Doctor.dixerunt
13 in Eccleſia illa, de iurepatronatus loquentes ha-
beot patroni ius illud bonorificum, & vtile cum
oneroſo, directum enim non potuit expropriari
ab Epiſcopo, in illis trib. caſibus, vt ſupra eſt di-
ctū,ſequitur ergo,quòd vti dominus directus po
teſt inſignia ponere,quāuis vtile ſit vaſſalli Frec.
loco præcitato,qui declarans ſic ſcriptū reliquit,
iure enim inſeudati non diminuto ex qualitate
inſcriptionis hoc indicans, ſeqnēs etiam dixit, in
feudato non obeſt, & Baroni inſeudanti poteſt
prodeſſe actum liberalitatis omnibus apparentis,
& propter rem domini protegendam, & conſer-
uandam,quod quam expediat ex tempore pote-
rit comprobari, & hanc partem tenendam puto,
quam argutus Iudex ex qualitate locorum, &
temporum,& perſonarum poterit ſuo iudicio ſu-
blimi moderari.
14 Vt vidi Carmina ſcribenda in muro dictæ Ec-
cleſiæ nō denotant, niſi gratarum actionum red-
ditionē permittendo Eccleſiā illam vti ſignis Ec
cleſiæ collegiatæ,hoc eſt ſimul Clericorum Con-
gregationem prò canendis horis Canonicis, qui-
bus ſignis Collegij,vel Collegio Eccleſia vti non
poteſt abſque ſpeciali licentia Epiſcopi poſt illius
ædificationem,vel tempore ædificationis conceſ-
ſæ,de quo ſi non apparet longo tempore ſic vixe-
runt,hæc Abb.in c.præcit.dilecta de exceſs. præ-
15 lator.ibi not.2. quod licet; Superaddita fuerunt
verba illa ſumptibus proprijs erecta,& non aliud
tribuunt D. Archiepiſcopo, niſi gratias pro pri-
uilegio conceſſo Eccleſiæ, ſignis Collegiatæ Ec-
cleſiæ vtendi in canendis horis,quę magis fauent
Vniuerſitati ad probandum in futurum tale pri-
uilegium ex deſcriptione ipſa quando priuilegiū
illud deperditum foret,vt ſupra dixi,imò conſue-
tudine ſeruatum videmus per officiales electos
ad aliquod opus faciendum in Ciuitate iſta Nea-
pol. de communi pecunia,vel fiſcali poſt arma
Regalia, & Ciuitatis depingere facientes eorum
arma ad demonſtrandam eius honorantiā, vt te-
ſtatur Reg. de Pont. loc. cit. ſic declarans Præſid.
loc.cit. & ad honorantiā depingi inſignia, & ar-
ma in Eccleſia in loco eminentiori illi competē-
tia ratione dominij, & ſuperioritatis in illa dixit
D.Aloyſ.Ricc.in prax.Archiep.reſol.559.nu.2.
16 Non enim ſubmittunt Collegium liberum à
laicis erectum,per laicos gubernatum,& diſpen-
ſandi modum ad eorum arbitrium viſitatum, ſu-
per quibus Iudex laicus eſt competens, tàm quò
ad perſonas de Vniuerſitate,quàm quòad eorum
bona ſic deſtinata,non tantum ex ipſa fundatio-
ne quæſita, vt aiunt, ſed etiam ex immemorabi-
li poſſeſſione, non obſtante quòd ſit ipſum Col-
17 legium Vniuerſitatis ſituatum in Eccleſia habē-
ti formam Eccleſiæ cum Campanili, & celebra-
tione Miſſarum, & alia, quia non mutatur per
hoc eius natura Dom.Reg.de Ponte in conſil.18.
vol.1.& Capiblan.de Baron.pragm.8.in 2.nu.66.
cum ſeqq. qui non meminerunt de Caualcan. in
deciſ.27. num.68. & 69. volum.2. Et Thorus in
Compend.deciſ. Regni, ver. cauſæ Confraterni-
tatum Muta in deciſ. 58. in 2. dub. licèt quòad
ius viſitandi Epiſcopum poſſe cognoſcere, iuxta
tamen diſpoſitionem S.C.Trid.& eſſe mixti fori,
quòad bona tātum aliqui dixerunt dari præuen-
tionem,idem Reg. de Pont. conſ.37.vol.2. quod
non eſt pręſentis ſpeculationis, prout tetigi
in materia viſitationis in alleg.19.& ſic fuit ſerua-
tum,& Vniuerſitas acquieuit,vt iuſtum erat.

Mauritius de Apicella I.C.

SVM.

SVMMARIVM.

In alicnatione rernm Eccleſiæ duo requiruntur cauſa, & ſolemuitas, num. 1.

Aſſenſus Papæ eſt neceſſarius in alienatione rei Eccleſiæ, num. 2.

Sede vacante Cardinales uon præſtant aſſeuſum iu alicnatione rei Eccleſiæ, ſed alio vacare debent, nu. 3. declaratur, uum 112.

Paria ſunt aliqua non facere, vel facere, ſed incpte, num. 4.

Alicnatio ſine aſſenſu non valet etiam ſi eſt vtilis, num. 5.

Aſſenſus non poteſt impetrari mortuo Epiſcopo alienante, num. 6. & 284.

Ratificatio contractus alienationis non præſumitur in ſucceſſore ignorante, & fieri debet cum ſolemnitate, num. 7.

Aſſeuſus nou præſumitur duplicatus, ſi non probatur, num. 8.

Aſſenſus, vt præſumatur, tempus centum annorum requiritur, num. 9.

Reſcriptum habet conditionem tacitam, ſi preces veritate nitantur, uum 10.

Principi ſunt omnia narranda, num. 11.

Mendax peccator caret penitus impetratis, num. 12. & 113. cum ſeq. ex ratione, num. 290. & 310.

Delegatus debet inueſtigare omnia in reſcripto contenta, num. 13.

Actus factus forma non ſeruata dicitur nullus, nu. 14 & vide latè uum. 276. cum plurib. ſeqq.

Eccleſia ſemper reſtituitur quando culpa Prælati damnum patitur, num. 15. & quando tenetur, & poteſt præiudicare Eccleſiæ Epiſcopus contrahendo, num. 188. cum ſeq.

Decretum præcedens ſi ſubſequitur actus eſt nullus, num. 16. declaratur nu. 262. cum ſeq.

Ordo rei dicitur forma rei, qua præuaricari non debet, etiam in fauorabilibus, num. 17.

Decretum præcedere debet actum, num. 18.

Nondum factum enunciari non poteſt, num. 19.

Aſſenſus uon extenditur de re ad rem, de tempore ad tempus, de actu ad actum, cum ſit ſtricti Iuris, num. 21. & 234. cum plur. ſeqq.

Actus prepoſteratus, vt valeat debet de nouo fieri, nu. 22

Solemuitas non præſumitur interueniſſe, quia ſpecificè per modum conditionis in actu requiritur, num. 23 & 244. & num. 166. eſt oppoſitum, & 356. declaratur, & 379.

Actus ab initio nullus ex poſt facto non conualeſcit, num. 24.

Cauſæ validantes alienationem rei Eccleſiaſticæ ſunt plures, num. 25.

Cauſa vtilitatis debet eſſe euidens, & quando dicitur, num. 26. & procul aſpecta quando dicatur latè, num. 479. cum plur. ſeqq. & quando nou dicitur reſpectiua, uum. 507.

Cauſa vtilitatis non dicitur ſi datur in emphyteuſim res Eccleſiæ pro pretio ſolo appretiato, uum. 27.

Æſtimatio rei probatur ex fructibus, num. 28.

Res æſtimatur ad rationem quinque pro centenario, num. 29.

Teſtes quando probant rei æſtimationem, num. 30. & 447. & 454.

Induſtria perſonæ quando dicitur electa, & quando poteſt ſubſtituere, num. 31. & 454.

Coguitio cauſæ requiritur tàm reſpectu cauſæ, quàm rei, num. 32. quod negatur, num. 56. & nu. 459. cum plurib. ſeqq.

Vtilitas dicitur, vt meliora proſpiciat, num. 33.

Pro decreto præſumitur ad validitatem actus, num. 34. & vide nu. 490. de effectu decreti, & quæ præſumere faciat, vbi interponitur.

Contra præſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium, num. 35.

Probatio admittitur contra aliam minoris efficaciæ, num. 36.

Appretiatores à quo ſint eligendi, vt probent num. 37. & num. 510. cum ſeq.

Solemnitas eſt complenda per Epiſcopum, num. 38. & qualis, num. 513.

Nimiæ cautelæ arguunt ſimulationem, num. 39.

Præſcriptio non currit quando poſſeſſor eſt malæ fidei, num. 40.

Mala fides quando præſumitur, num. 41.

Iuſtus titulus cauſatur ex ſolemnitate, & vtilitate, nu. 42

Non valenti agere nulla currit præſcriptio, num. 43.

Præſcriptio non currit iuri reſiſtenti, num. 44.

Fatuus eſt allegans præſcriptionem abſque iuſto titulo, num. 45.

Præſcriptio iu æternum non currit vbi mala fides eſt ab initio, num. 46. & quando titulus eſt vitioſus, num. 218. & 228.

Præſcriptio non currit à die interruptionis, num. 47. & quando procedit, vide uum. 520. cum ſeq.

Reſtitutio iu integrum datur poſt 40. annos infra quadriennium, num. 48.

Præſcriptio non currit viuente Epiſcopo malè alienante, num. 49.

Sterilem non ſufficit rem eſſe pro tempore, ſed ſemper, num. 50. declaratur, uum. 529.

Per diſtinctiones res eluceſcit clarius, num. 51.

Ferro via aperit per contraria tranſiens, num. 51.

Dici non debet niſi id quod oculis legitur, uum. 53.

Solemnitas tam magna antiquitus quare requirebatur, num. 54.

Solemnitas hodie diminuta eſt patrimonio Eccleſiæ aucto, num. 55. & abiit in deſuetudinem.

Solemnitas antiqua ibid. & nu. 467. & ſolum cauſa in reſcripto probanda eſt, uum. 468.

Cauſa, & conſeuſus Capituli ſufficit in alienatione, num. 57.

Iuſta cauſa debet eſſe in qualibet alienatione, num. 58.

Couſenſus in alienatione diuerſimodè adhibetur, declaratur, num. 59.

Conſenſus Capituli ſufficit, quando res eſt capitularis ibidem.

Conſenſus Abbatis quando res eſt Abbatiæ, num. 60.

Conſenſus Generalis, vel Prouincialis ordinis alienantis, num. 61.

Conſenſus Papæ quando per Epiſcopum, num. 62.

Pauliua ambitioſe loquitur in conceſſione in emphyteuſim, uum. 63.

Vbi adeſt aſſenſus Papæ, nulla alia ſolemnitas requiritur, num. 64.

Cauſa finalis in aſſenſu Papæ eſt probatio cauſæ vtilis, num. 65. quando non eſt conditiouatus, num. 66.

Delegatus poteſt omnia, quæ poteſt Papa delegans, & eodem modo procedit, num. 67. & 238. cum ſeq. & 236.

In

In conceſſione in emphyteuſim non requiritur tanta ſolemnitas, & aliquæ defuerunt, & generali conſuetudine ſubſtinentur, num. 68.

Res Eccleſiæ poteſt alienari tota, & pars quo ad vtile dominium cum ſolemnitate, & vtilitate, nu. 69.

Solemnitas quæ ſit vt adimpleta dicatur, num. 70.

Solemnitas infra biduum poteſt impleri, num. 71.

Solemnitas præſumitur ex antiquitate temporis quando ſpecificè enunciatur, num. 219. & ſi enunciatur à Notario, vel à partibus, num. 220. imò etiam ſi non ſunt enunciatæ, nu 72. & nu. 166. & n. 209. & 227. & quando ſpecificè requiritur, & quando potuit interuenire nu. 188. & 199. cum ſeq. & 207. & num. 215. cum ſeq. & vide num. 261. in decreto Iudicis, & 337. & num. 341. & 346. & 370. & 421.

Contractus dicitur vtilis ſi eſt in emphyteuſim, & quando procedit, num. 73.

Contractus dicitur vtilis, etiam ſi eſt putatiua cauſa quod declaratur, num. 74.

Eccleſia debet eſſe contenta iuſto pretio æſtimato, etiam ſi ab alio plus offertur, num. 75.

In fiſco, & minori datur maior oblatio quam æſtimata, num. 76. & 441.

Res Eccleſiæ liberata minus offerenti non dicitur vtiliter alienata, num. 77.

Decipere ad inuicem non licet vltra dimidiam. num. 78.

Reſtitutio Eccleſiæ datur in contractu ſolemni ſi de leſione conſtat, num. 79.

Iuſtum pretium non poteſt cenſeri per ſubhaſtationem, quia ſolent eſſe pluribus modis animoſæ, num. 80. & 440. & ſeq.

Iuſtum pretium arguitur ex appretio peritorum, quibus ſtatur in eorum arte, num. 81. & 443.

Iuſtum pretium non poteſt quandoq; cenſeri per teſtes, num. 82.

Æſtimatio rei quando probatur ex fructuum perceptione, num. 83.

Iuſtum pretium probatur ex Inſtrumentis locationum, num. 84. & 86.

Colonus etiam ſi eſt ſolus probat de communi æſtimatione per eius locationem, num. 85.

Licentia alienandi à ſede Apoſtolica triplici modo ſolet obtineri, num. 87.

Beneplacita quando expirant morte concedentis, nu. 88. & reuocari poſſunt, ibidem.

Officia dantur ad beneplacitum Principis, num. 89. & quando ſunt perpetua, num 90.

Officia Auditoris Cameræ, Mareſcalchi, & magnæ Pœnitentiariæ ſunt perpetua, num. 90. & 100.

Subdelegatus ab vno ex prædictis cognoſcet viuente delegante, num. 91.

Induſtria perſonæ videtur electa in arduis negotijs, num. 92.

Iuriſdictio conceſſa Pœnitentiario, & ſimilibus dicitur ordinaria etiam ſi appellatur delegata, & ab eo geſta omni tempore durant, & obligant Sedem Apoſtolicam, nu. 93. cum ſeq. etiam ſi nomine proprio eſſet cauſa commiſſa, num 102.

Princeps ligatur ex contractu num 94. & ex geſtis per eius officiales, & per prædeceſſores, ibid & nu. 99.

Maiores noſtri dicuntur ætate, ſcientia, & dignitate, num 96.

Delegatus à Principe cognoſcet etiam eo mortuo, ſi eo viuo cognoſcere cepit, num. 97.

Papa non dicitur ligatus legibus Canonicis, ex ratione tamen debet ſeruare, num. 97.

Spiritualia ſine temporalibus ſtare non poſſunt, nu. 101.

Sedes Apoſtolica nunquam moritur, num. 103. & 107.

Sedes Apoſtolica, an ligetur ex verbis nos habebimus ratum, quam factum erit, num. 104.

Mandatum generale, cum libera dicitur conceſſum, ex publica adminiſtratione, num. 105.

Pœnitentiarius, & ſimiles poſſunt expedire ea, quæ ſpirituale mandatum requirunt, num. 106.

Sindicus ex l. dicitur habere generalē adminiſtrationem, & poteſt expedire omnia, quæ ſpeciale mandatum, requirunt, num. 107.

Extrauagan. ambitioſæ, vt non obſtet requiritur ſpecialis derogatio, num. 108.

Stilus Curiæ Romanæ in reſcriptis alienationum mortuo Papa, num. 109.

Cardinales ſunt partes corporis Papæ, num. 110.

Stilus Curiæ Romanæ, vt Capud ſeruatur per omnes alias, num. 111.

Idem eſt dicere ſalſum, & tacere veritatem, nu. 113.

Subreptio, & obreptio idem operantur, num. 114.

Tria ſunt ad eſſe locationis, num. 115.

In ſupplicatione ſufficit narrare, ratio præſumptiua licèt expreſsè non dicatur, vt ſubreptio tollatur n. 116. cum ſeq.

Subreptio tollitur quando quod tacetur Princeps ſcire præſumitur, vel ſi datur in genere, num. 117.

Subreptio tollitur quando ſub expreſſione qualificata, illud intelligi poteſt, vt expreſſa, num. 118.

Impetrans beneficium curatum de eo non facta mentione, ſed ſolum de plebania non dicitur ſubreptitium, num. 119.

Subreptio in parte non vitiat totum reſcriptum, num. 120.

Res quæ augetur præſumitur eſſe in natura, num. 121.

Dictio, &, ſtat copulatiuè, & diſiunctiuè, num. 122.

Subreptio non poteſt allegari quando mentio impetrantis poteſt includi ſub verbis reſcripti, num. 123.

Cauſa vtilitatis eſt principalis, & nō reparationis in mēte Papæ inducens conſentire alienationi, nu. 129. & 368.

Paulina ambitioſæ excipit caſus permiſſos in alienatione circa ordinem aſſenſus, quæ ſunt quatuor, num. 125.

Papæ præſumitur diſpenſaſſe in forma iuris communis quando non valeret in vim ſpiritualis delegationis, num. 126. & 130.

Quando tacendo id, quod ſi Papa ſciniſſet difficillius conceſſiſſet reſcriptum valet, num. 127.

Vitium ſubreptionis vitiat, & quando eſt in cauſa impulſiua, num. 128.

Qualitas non requiſita à iure communi non eſt narranda in ſupplicatione, neque quando non eſt de ſtilo, neque quando non eſt expreſſa ex alijs circumſtantijs vitium ſubreptionis tolli poteſt, nu. 129.

Dolus, & fraus in dubio non præſumitur, num. 131. & in ſecreto committi ſolet, num. 132.

Doloſè factum non præſumitur quando commodum ex eo ſentire non poteſt, num. 133.

In apertis, & claris ceſſant hæ præſumptiones, nu. 134.

Pro religioſis valdè præſumitur veritas, num. 135.

Papa de ſupplicatis eſt ignorans, & ponēs clauſulam nos igitur denominationes, ſitus, reditus, valores, & quantitates pro expreſſis habere volentes quid videtur

detur mandaſſe, num. 136.

Clauſula ſtatum, & merita cauſæ pro ſufficienter expreſſis tollit ſubreptionem qualitatis litis exortæ coram aliquo Iudice non expreſſæ, nnm. 137.

Clauſula rebuſq; alijs in actis cauſæ, & cauſarum deductis in decreto adiecta quid operetur, nnm. 138. 163. & ſeq. & 338.

Decreto prædicto ſtandū eſt quo ad ſolẽnitates etiā ſi acta non appareant, maximè in antiquis, num. 139. etiam reſpectu ſolemnitatū quibus partes non poſſunt rcnunciare, num. 140. etiam ſi non ſnnt ſolemnitates enunciatæ, num. 141.

Expreſſio redditus in ſupplicatione beneficij nō requiritur, num. 143.

Cauſa mouens delegantem debet monere delegatum, num. 144.

Verba narratiua non operantur, & quando, nnm. 145.

Cauſa validans conceſſionẽ in emphyteuſim, quæ ſit, num 146.

Impetrans præbendam non expreſſa alia cum eius valo[illegible]re, an vitietur, num. 147. & quando nu. 185. & ſeq.

Emphyteuta tenetur bene gubernare rem emphyteuticā, alias cadit à iure, prout eadit ob non ſolutionem canonis per biennium, nn. 148.

Verba enunciatiua quando probant inter contrahentes, num. 149.

Notorium ſufficit allegare, & non probare, num. 150.

Papa in Vrbe ſcit omnes Epiſcopatus, & ſecundum qualitatem, & merita illos confert, num. 151.

Notum, vel veriſimiliter quod eſſe poteſt ſufficit allegare, num. 152. cum ſeq. & non dicitur eſſe ſubreptiuinm reſcriptnm, num. 160. cum ſeq. ibique multa de notorio, & de eius efficacia, & effectu, quod dicitur probatio probata, & ordinem iudiciarium non eſſe ſeruandum.

Iudex in notorijs poteſt, & præſumitur de per ſe animum ſuum informaſſe, num. 59. & ſeq. 161. & ei creditur etiam ſi ex actis non apparet de iuſtitia cauſæ, num. 168. & 337.

Ex alio præſumitur aliud quando aliqua ſunt ſecundū naturam ordinata, num. 162.

Sententia ſe referens ad acta quando alia acta non preſumuntur, vt valeat, num. 164.

Falſa cauſa quando vitiat ſententiam, num. 165.

Confirmatio actus extenditur ad omnia enunciata in actu illo, num. 167. & 221.

Teſtibus ſuper notorio deponentibus creditur, etiam ſi cauſam veritatis non aſſignant, num. 169.

Alienatio rei Eccleſiæ notoriè vtilis valet, etiam ſine ſolemnitate, num. 170.

Remedium attentatorum non datvr quando notoriè conſtat ex actis de non iure appellantis, nnm. 171.

Denunciatio euictionis non requiritur contra venditorē & donatorem quando notoriè conſtat nullum Ius pro defenſione competere, num. 172.

Notorium inducit plenam probationem releuans ab onere probandi, num. 173.

Æquiparatur ſententiæ, nnm 174.

Eſt probatio probata, vel de facili probabilis, num. 175.

Eſt quid diſputatum, num. 176.

Et non dicitur in eo propriè ſententia, ſed executio Iuris, num. 177.

Expreſſio obitus perſonæ cuius beneficium impetratur non requiritur quando fuit notoriè Cardinalis, & quando procedit, num. 178.

Oblinio præſumitur in Principe ex cauſa, nu. 179.

Notorinm tollit partis citationem, num. 180.

Tollit proteſtationem, nu. 181.

Neganti incumbit onus probandi quando eſt fundamentum ſuæ intentionis, nu. 182.

Subſtitutus pupillo quid probare debet, vt admittatur, nu. 183.

Prouiſio de beneficio vacaturo quando extenditur ad vacatum eo tempore non facta mentione per impetrantem, num. 184.

Arctans dare fideiuſſorem ſi poſtea non inuenit, an admittatur ad iuratoriam cautionem, nu. 186.

Pœna ſuum ſequitur authorem, nu. 187.

Habentes liberam adminiſtrationē poſſunt in quærendis eorum dominis præiudicare, nu. 189.

Emptores ab Eccleſiis ſeruatis ſeruandis, & cnm vtilitate non poſſunt inquietari à ſucceſſoribus, nu. 190.

Ciuitas non poteſt agere contra emptorem eius gabellarū quando legitimè emit, nu. 191.

Delegatus ex reſcripto ſumit poteſtatem qualificatam, nu. 192.

Licentia eſt præambula actus gerendi, nu. 193.

Licentia enunciata in actu præſnmitur ex antiquitate temporis, nu. 194.

Aſſenſns Papæ notorius in actu enunciatus præſumitur ex antiquitate temporis, nu. 195.

Licentia patris ad validandum actum factum per filinm præſumitur, nu. 196.

Licentia oſficialis in aliquo actu ſi eſt factus præſumitnr ex diuturnitate temporis, nu. 197.

Licentia Epiſcopi in fundatione Eccleſiæ præſumitur ex tempore, nu. 198.

Licentia eo magis præſumitnr ex tempore qñ actus eſt factus cum ſcientia illius, nu. 204. & ſeq. & 231.

Tempus antiquum quod dicitur, nu. 205. & 354. & 358. vt arguat titulum, nu. 359. & 362.

Scientia domini præſumitur in poſſidente inriſdictionē violentam ex temporis antiquitate, vt illud vitium tollatur, nu. 208.

Donatio à patre pro filio poſſidenti rem paternam præſumitur ex temporis antiquitate, nu. 210.

Emancipatio præſumitnr ex temporis antiquitate quando filius publicè negotiauit, nu 211.

Ex temporis antiquitate præſumitur conſenſus patris in filio in percipiendo fructus, nu. 212.

Conſenſus patris præſumitnr etiam in pragmatica Regni per excellentem ex temporis antiquitate, num. 213.

Immunitas preſumitur ex longo tempore conceſſa ſolemniter, num. 219.

Solemnitas præſumitur plus interueniſſe ex temporis antiquitate, quàm cum effectu interuenit, nu. 215. & 227.

Ex temporis antiquitate preſumitur vtilitas etiā Eccleſię interueniſſe, num. 216.

Solemnitas quæ præſumitur ex temporis antiquitate, an procedat quando conſtat ex facie ſcriptnræ de eius ineptitudine, num. 217. cum ſeq. & 228.

Aſſertioni Notarij, vel partium, an ſit ſtandum ad præſnmendnm ſolemnitates, num. 220.

Quod eſt ex conſequenti præſumitur fuiſſe ex antecedenti, num. 222. & 239.

Eccleſia non eſt audienda elapſo tempore 44. annorum facto contractu vtili, & ſolemni, num. 223.

Lex magis præſumit pro Iudice, vt credatur aſſertioni

in

in ſententia factæ; quam parti aſſerenti quid interueniſſe, num.224.
Producens Inſtrumentum videtur fateri eſſe vera in ipſo contenta, num.225.
Antiquitas temporis facit præſumere omnia ſolemnia, & tollit omne vitium, & defectum qui in contractu allegari poteſt, num. 226. & 350. & quando procedit, num.228. & num.341. vbi etiam ſi eſt ſolemnitas cui partes non poſſunt renunciare, numero 353. & vide infra num.360. & 372.
Præſumitur pro ſententia ex diuturnitate temporis, ſi tamen conſtat de ineptitudine illius ceſſat præſumptio iuris, num.229. & 373.
Bald. in arduis ſolet variare, num. 230. & 258.
In dubio. ſemper præſumitur præcedere actus, qui facit vtrumque valere, num.232.
Quando duo contraria ſimul ſtare non poſſunt, & concurrunt videtur conditionaliter appoſita, vnum in defectum alterius, num. 233.
Confirmans quando videtur de nouo dare, num. 234. & 240.
Sententia ſi nulla declaratur poteſt ab eodem Iudice confirmari, num.235.
Eadem res non poteſt dari, & confirmari, num.240.
Dari, & confirmari differunt, num.241.
Clauſula de ſpeciali mandato, & ſupplentes, idem eſt quod ex certa ſcientia, & proprio motu, num.242.
Clauſulæ prædictæ tollunt defectus, & quando, quales, num.243.
Ignorantia præſumi non poteſt in Epiſcopo in ſolemnitate adhibita in confirmatione actus, num.244.
Verba ſubiunctiui temporis quando dicuntur in reſcripto, & quid operentur, nu. 245.
Decretum debet præcedere actum, num.246. & ſeq.
Contractus à pupillo facto claudicat ſi eſt vtilis, ſed non ſolẽnis, & reuiuiſcit, & cõualidatur ex ſubſequuta ſolemnitate, num.247. cum ſeq. & 273. ſic in Eccleſia, num. 248. & ſeq. & 260. & 270. & ſeq. & 235.
Epiſcopus non poteſt alienare inconſulto Papa immobilia ſi alienat in euidentem ſine aſſenſu claudicat contractus vſquequo ſolemnitas impletur, impleta validatur, & Epiſcopus cogitur obſeruare contractum, num.249. cum ſeq. & 272. cum ſeq. & 284. & 318. & ſeq. ex rationibus nu.322. & 345. & 516. & 518.
Caſus à iure permiſſi, ſunt quinque, num.250.
Decretum in alienatione rei Eccleſiæ requiritur de iure ciuili, non canonico, num.336. ſed aliæ ſunt ſolemnitates, num.251.
Solemnitas in alienatione rei Eccleſiæ attenditur, quæ eſt de iure canonico, num.252.
Licentia delegati habetur loco diſcuſſionis, et tractatus, num. 253.
Vbi eſt authoritas Papæ, ſiuè delegati alia ſolemnitas non requiritur, ibidem, et num.363.
Conſenſus poteſt præſtari in ipſo actu alienationis, et poſt num.254.
Conſenſus datus ad aliquid extenditur ad omne quod ſequitur ex illo num.255. ſic, et in decreto nu.265.
Conſenſus Epiſcopi in donatione Iuriſpatronatus poteſt ex poſt facto accedi, num.256. et 284.
Authoritas poteſt præſtari ante, et poſt actum alienationis, num.257.
Authoritas, et conſenſus idem ſunt, num.259.
Authoritas in alienatione Eccleſiaſtica non requiritur adeſſe actus eſſentialis, ſed ad executionem eſſe, num.260.
Decretum enuncians ſolemnia facit illa præſumere, etiam ſi non ſunt enunciata ex diuturnitate temporis, num.261. & 341.
Decretum poteſt præcedere, & ſubſequi actum alienationis, num.262. cum ſeq. maximè quando fuit antea de eo cognitum, ibidem, & num.263. vbi etiam de ſententia, & quãdo habet poteſtatem confirmandi, num. 267. & 275.
Decretum vbi requiritur non duo, ſed vnum ſufficit, numero 264. & bonum eſt habere duo, num.342.
Decretum vbi interponitur pro quatuor cauſis ſolet accedi. declaratur, num.266.
Vtilitas poteſt proſpici ante, & poſt actum, & confirmare repertam conceſſionem vtilem, num.268.
Paria ſunt aliqua à principio legitimè fieri, vel lege etiam ex poſt facto legitimè confirmari, num.269.
Lex canonica non attendit ſicut lex ciuilis tantam rigoroſitatem, num.270.
Cauſa finalis in mente Papæ eſt ſola vtilitas, num.271. & 277.
Decretum confirmatorium magnas vires habet, nu.274. & ſemper tribuit ius de nouo, & conualidat actus nullos præambulos, maximè quando ſit iure ſpeciali, num.241.
Peruerſio formæ quando actum non vitiat, num. 276. & 278.
Paulinæ effectus qualis ſit, & eius intentio, nu.277.
Peruerſio formæ etiam in minimo vitiat actum, nu.278. ibidem formæ nihil addi, vel detrahi poſſe.
Quod initio eſt nullum quando ex poſt facto conualeſcit, num.279. & ſeq. & 344.
Filiusfam. non poteſt eſſe in iudicio abſque conſenſu patris, & ille conſenſus quomodo requiritur, & quando, num.280.
Ratum habens contractum quando validat, num.281.
Decretum inſinuationis ſubſequens validat donationem factam, num.282. & 235.
Alienatio facta à Prælato ſine conſenſu Capituli illo accedente conualidatur, num. 283.
Aſſenſus datus ſuper faciendo non extenditur ad iam factum, num.284. cum ſeq
Aſſenſus non extenditur de re ad rem, de perſona ad perſonam, de tempore ad tempus, de contractu ad contractum, ſi vni, vel alio, vno modo, vel alio, numero 285.
Vbi non conueniunt verba aſſenſus, neque ipſe aſſenſus conuenit, num.286.
Qualibet qualitas cum aſſenſu expreſſa ſeruanda eſt, num 287.
Diſpoſitio debet iudicari in tempus in quod confertur, num.288. & 339.
Aſſenſus non extenditur ad futurum tempus, num.289.
In aſſenſibus ſemper adeſt clauſula veris exiſtentibus præenarratis, num.290. & 310.
Aſſenſus eſt ſtricti Iuris, num.291.
Aſſenſus tantum valet, quantum ſonat, nu.292. & 312.
Aſſenſus non validat actum, ſuper quo eſt latus, ſi alias conditiones contrahentes aducere volunt; quæ non ſunt expreſſæ in aſſenſu, num.293.
Aſſenſus non extenditur ſuper pacto de retrouendendo ſi non fuit expreſſus, niſi in cenſu conſtituto, numero 294.

Aſſenſus

Digitized by Google

Aſſenſus datus ſuper inſtrumento hypothecario cum poteſtate capiendi, non extenditur ad ceſſionem, num.295.
Aſſenſus datus ſuper maiori re non extenditur ad minus, num.296.
Vaſſallus, & emphyteuta cadunt à iure ſi vendunt non denunciato Domino, & ſi Dominus conſentit non facta mentione alienationis non extenditur aſſenſus ad ius quæſitum, vt renunciaſſe dicatur, num.297. ex ratione, num.309.
Iuri quod quis ignorat, non præſumitur quis renunciare, num.298.
Qualitates in iure expreſſæ ſupplicans debet exprimere Principi alias dicitur ſubreptitium, num. 299.
Vel quando Princeps ſciens durius conceſſiſſet, nu.300.
Vel quando de ſtilo vel conſuetudine Principis eſt qualitas exprimenda, num.301.
Multa iam facta tenent, num.302.
In reſcriptis, & vltimis voluntatibus videtur quis voluiſſe ea de quibus conceſſiſſet vtique, ſi fuiſſet interrogatus, non tamen in aſſenſu, ibidem.
Licentia obtenta teſtandi extenditur ad teſtamentum prius factum, num.303. & 304.
Reſcriptum ſuper præbenda prima vacatura in tali Eccleſia extenditur ad beneficium prius vacatum, num. 305.
Legatum pro Berta maritanda debetur etiam ſi tempore teſtamenti erat maritata, num.306.
Impetrans beneficium curatum non facta mentione de alio ſimili, & poſt obtinuit licentiam de tenendo duo curata valet primum reſcriptum, licèt ſecus hodie, num.307.
Aſſenſus ſuper molendino faciendo in flumine publico extenditur ſi erat per antea factum, num.308.
Aſſenſus dicitur gratia attento præpoſito principali dantis, num. 11.
Feudum dicitur merum beneficium dantis, & antea non poterat acquiri præuio pretio, neque emptum dici proprium feudum, num.312.
Aſſenſus quando extenditur in contractu æquipollenti, & veriſimili, & de vno ad alium, num. 313. & ad actum factum, & quando num.316.
Beneficia Principum latiſſimè contra eum ſunt interpretanda, num. 314.
Ius accreſcendi quãdo habet locum in feudis, nu.315.
Aſſenſus non dato Principis intereſſe, nec clauſula veris, extenditur ad non expreſſa quæ ſi Rex ſciuiſſet veriſimiliter conceſſiſſet, num.317.
Verba non acriter, ſed ciuili modo ſunt intelligenda, ibidem.
Aſſenſus, tàm Apoſtolicus in alienatione feudi, quàm Pontificis in alienatione rei Eccleſiæ poteſt ſubſequi, num.318. & 319.
Non curatur de modo, quando impletur finis ſtatuti, num. 320.
Exceptio oriens ex eodem ſtatuto, & lege nunquam dicitur excluſa, num. 321.
Iura non volunt niſi effectum ad finem, num.323.
Actus quando valet in ſe ipſo ſolemnitas impleta ex poſt facto valet, & quando non eſt tantæ ſubſtantiæ, num. 324. & 325.
Delegatus Principis præſumitur legalis in eius officio, & creditur litteris ſuis teſtanti aliquid, nu.327.
Delegatus procedit ſine cauſæ cognitione ex clauſula conſcientiam oneramus, & ſupplentes omnem defectum, & de eius poteſtate, & videtur, vt Deus electus ad tale negotium, num. 328.
Clauſula ſupplentes omnem defectum quid operetur, num.329. & 355. & quos defectus tollit, nu.476. & 519.
Clauſula ex certa ſcientia quid operetur, tàm in Principe, quam in delegato, num.330.
Omnia noſtra facimus quibus, ibidem.
Verbum diligentius quid operetur, & denotat, nu.332.
Verba quæ poſſunt intelligi ad fauorem Inſtrumenti, & contra, benignè ſunt interpretanda, num.333.
Confirmatio quandoque præcedit actum, quandoq; ſubſequitur, & quomodo dicitur propriè ſtare, & actum validare, num.340.
Non poteſt allegari ad repugnantiam quando diſcordant in intellectu verborum, & in tempore, num. 342.
Actus factus ordine præpoſtero quando eſt renouandus ſeruato ordine, & forma ſtatuta ad faciendum actum illum, num 343. cum ſeq. & 518.
Conſenſus coniugum non ſufficit primus quando comperitur gradus coniunctio, ſed obtenta diſpenſatione Apoſtolica nouus requiritur ad ſenſus, numero 349.
Antiquitas temporis omnia facit licita, & ſat eſt non extare memoriam hominis in contrarium, vbi origo rei haberi non poteſt, num.352.
Poſſeſſio quando tribuit ius poſſidenti in antiquis, vt præſumantur ſolemnitas, & dominium, num.357. & ſequent.
Antiquitas temporis, an operetur in re magni præiudicij, num. 360.
An parte opponente, vel ſi agitur de tertij præiudicio num.361. & 366. & 367.
Scientia quando præſumitur de actu, num.364.
Ignorantia in facto proprio non excuſat, num.365.
Antiquitas temporis quando facit præſumere ſolemnitatem extrinſecam, vel eſſentialem, ſeù ſubſtantialẽ, & quæ dicitur ſubſtantialis, num.368. & ſeq.
Et ſi non potuit interuenire tempore actus geſti, & enunciatur, an præſumatur, num.370. & an in ſolemnitate cui partes non poſſunt renunciare, num.372. & ſi non debito modo fuit enunciata, num. 373. & num.229. & quando opitulatur ex titulo qui ſit validus, num.377.
Impoſſibilis probationis dicuntur ea quæ ſunt geſta per tempus 40.annorum, num.371.
Alienatio facta cum confirmatione Apoſtolica, & diuturnitate temporis ſolemniter non poteſt reſcindi amplius, num.374.
Probatio reſultans ex præſcriptione, & temporis antiquitate, vt tollatur qualis probatio ſit facienda, ſic ergo contra probationem per teſtes, & Inſtrumenta locationum validata, num.375. & 492.
Intellectus ad tex. c.peruenit de emptio. & vendit. quando locum habet, num. 378. quod præſumantur ſolemnia ex antiquitate temporis.
Verba adiecta à teſtatore in legato quando ſonant in conditionem quando conditionalia dicuntur, numero 379.
Conditio, quæ tacitè ineſt ex diſpoſitione legis, ſi ab homine apponitur, an dicatur conditionalis, nu.380. vbi expreſſio.
Conditio eorum à Papa oppoſita in reſcripto, quæ tacitè ineſt quãdo facit conditionale reſcriptum, nu.381.

Clauſula

lauſula ſi in euidentem appoſita in reſcripto quando facit illud conditionale, num. 382.

Penſio ſoluendi pro re emphyteotica quando cenſetur iuſtè taxata, num. 383. cum ſeq. & nu. 398. vtroq; iure ciuili, & canonico, ibidem. & ſi offertur in licitatione, tàm in Eccleſiaſtico, quàm in priuato, nu. 384. & per quem dicitur iuſtè taxata, nu. 385. cum ſeq. & an debeant excedere fictum temporalem, & in quanto pretio, num. 387. & per tabularios qualiter arbitretur, nu. 388. & 394. & 445. & quando diſcordant quid faciet Iudex, ibidem. & per quot teſtes probatur vera Conſtitutio in perceptionem fructuum, num. 389.

Aperta, & certa probatio tollit præſumptam, num. 391.

Æſtimatio rei probatur per fructuum perceptionem, num. 392. & 401. & 444. per Inſtrumenta locationum antiquarum, num. 393. & quæ ſunt conſideranda quando ſit, num. 396. & 425. & in numero 440. quod iuſtum pretium probetur, & relinquitur arbitrio Iudicis, nu 446. & quando per teſtes probatur vera æſtimatio rei, nu. 447. & 451.

Dictio, &, quando ſtat copulatiuè, num. 395.

Eccleſia iuſtum pretium expoſcit, num. 397.

Penſio anticipata, an ſit ſoluenda per emphyteutam quando accepit rem in emphyteuſim, num. 399.

Penſio quando ſtatuitur debet eſſe ſine pacto diminutionis expreſſa, num. 400.

Vtilitas in cenſu, & in proprietate quomodo conſideratur in conceſſione emphyteotica, num. 401. & ſeq. & quando debet concedi ad rationem, quinque per centum, num. 403.

Contractus debet fieri ſecundum loci conſuetudinem, num. 405.

Res ſumit naturam à loco in quo naſcitur, numero 406.

Incola tripliciter quærit domicilium, num. 407.

Conſuetudo optima legum interpres, num. 408.

Conſuetudo dicitur lex, num. 409.

Conſuetudo loci debet ſemper obſeruari, num. 410. etiam in feudalibus.

Conſuetudo eſt altera natura, num. 411.

Conſuetudo quod emphyteuta non ſoluens pro bienniū, non cadat a Iure valet, num. 412.

Conſuetudo quod emphyteuta donare volens denuntiet Domino valet, num 413.

Conſuetudo poteſt omnem diſpoſitionem interpretari, num. 414.

Conſuetudo contra Eccleſiam, vt inducatur, quæ requiruntur, num. 415. & ſeq.

Conſuetudo rationabilis contra Eccleſiam, quæ dicitur, num. 416. & 419.

Cenſus in conceſſione emphyteotica, ad quam rationem taxandus eſt, num. 417.

Conſuetudo contra ius Canonicum ſcriptum valet, numero 418.

Duo contraria poſſunt ſtare ſimul, conſideratis diuerſis finibus, num. 420.

Omnis lex facta eſt cum ſua ratione, num. 421.

Populi, & aliæ perſonæ non poſſunt expreſſè ſtatuere contra ſacros Canones, ſed bene ex tacito conſenſu per conſuetudinem, cum tolerantia Papæ ex rationibus, num. 422. cum ſeq.

Ius Canonicum principaliter quid agere intendit, n. 423.

Maius ſcandalum oritur ex reprobatione conſuetudinis antiquatæ, quàm ex tolerantia ipſius, num. 424.

Conſuetudo contra Eccleſiam per quot tempus præſcribatur, num. 426.

Aßenſus Principis per quantum tempus præſumatur in inducenda legitima conſuetudine, num. 427.

Conſuetudo præſcripta per tempus 40. annorum, quæ facit præſumere, num. 428.

Conſuetudo talis præſcripta facit ius partis iuridicum, num. 429.

Conſuetudo centenaria habet vim priuilegij, & operatur etiam contra reſeruata Principi, num. 430. & habet vim veritatis, num. 431.

Conſuetudo contra ius Canonicum ad bona temporalia tolerata per decennium valet, num. 433.

Bona Eccleſiæ cum bonis priuatorum æquiparantur; num. 434.

Conſuetudo contra ius Canonicum præſcribitur decennio quando ſuperior eſt ſciens, num. 434.

Conſuetudo prædicta an debeat eſſe obtenta in contradictorio iudicio, num. 435. & quando, num. 437. & binus actus ſufficit, ibidem.

Res ſolita in feudari dicitur per binum actum, nu. 436.

Conſuetudo talis ſic præſcripta probatur per duos teſtes, & per inſtrumenta ſic confecta quando venit ad notitiam maioris partis populi, num. 438.

Pluralitas actuum, & continuatio eſt de ſubſtantia conſuetudinis, num. 439.

Perito in arte ſua ſtandum eſt, num. 443.

Iuſtum pretium dicitur arbitrio Iudicis, num. 446.

Locatio facta de re conceſſa per antea demonſtrat ſi eſt læſio in contractu, & qualis cum illa iudicet iuſtam penſionem, num. 448.

Penſio iuſta, & certa arguitur ex locatione decennali rei conceſſæ in emphyteuſim, num. 449.

Conductores probant veram perceptionem fructuum, & penſionem ex rationibus, num. 450.

Teſtes examinati per Actuarium quãdo præſumitur qđ coram Iudice fuerunt recepti, num. 452.

Præſentia in dubio quando præſumitur facientis actum ibidem.

In dubio præſumitur pro ſententia à Iudice lata, num. 453.

Delegatus à Principe quando non poteſt ſubdelegare alteri, vt induſtria eius perſonæ dicatur electa, vt receptio teſtium in cauſa ſibi delegata à ſede Apoſtolica, num. 454. & ſeq. & vnum articulum illius cauſæ committere, num. 457.

Induſtria perſonæ per quæ verba dicitur electa, num. 455.

Delegatus poteſt eligere conſultorem, etiam electa induſtria eius perſonæ, num. 456.

Nudus miniſter nil retinet gerens rem commiſſam, num. 458.

Cognitio cauſæ circa alienãdam rem adhiberi debet, quæ res minus ſit damnoſa, quæ dicitur per tractatum faciendum inter Monachos, & Canonicos, nu. 459. & an requiratur in conceſſione in emphyteuſim, num. 461. & ſeq.

Pro modico debito non debet alienari res magni valoris, num. 460.

Conſenſus Epiſcopi, & Capituli non ſufficit in alienando rem Capituli, num. 462.

Res Eccleſiæ etiam vtilis concedi poteſt in emphyteuſim cum ſolemnitate, & vtilitate, num 463.

Alienatio differt à conceſſione in emphyteuſim, nu. 464.

Conceſſio in emphyteuſim transfert vtile dominium tantum, & Eccleſia habet ſpem recuperandi illam, & penſio qualiter conſtituatur, vt valeat tanquam ad vtilitatem illius factam. num. 465. & qualis conſideratio eſt facienda, tam in cenſu, quàm in affrancatione, vt vtilis dicatur, num. 486.

Res Eccleſiæ etiam vtilis cum ſolemnitate poteſt tota alienari, num. 467.

Conceſſio in emphyteuſim comprehenditur in Extrauag. ambitioſæ, num. 468.

Abbatis authoritas magna eſt, & dicitur Pater Canonum, num. 469.

In conceſſione in emphyteuſim quid cõſideratur faciendum eſſe, num. 470.

Cognitio circa rem alienandam, vel concedendam non eſt, niſi tractatus faciendus per Epiſcopum, & Capitulum, qui ceſſat accedente aſſenſu Papæ, & tunc ſat eſt probare cauſam ſuper qua motus fuit Papa aſſentire, num. 472.

Alienatio rei Eccleſiæ facienda eſt, ſeruata ſolemnitate Canonica, quæ tollit omnes alias leges loquentes de alienationis ſolemnitate, num. 473.

Solemnitas iuris Ciuilis quo ad dictas ſolemnitates eſt recepta quo ad cognitionem cauſarum tantum, num. 471.

Cognitio, & diſcuſſio de re alienanda, non eſt neceſſaria quando habet licentiam à Papa generalem alienandi omnia bona in euidentem, maximè cum clauſula ſupplentes, num. 474. & 477.

Eccleſia, & pupillus æquiparantur, ſed non in ſolemnitate adhibenda in alienando res, num. 478.

Permutatio facienda eſt cum Eccleſiæ vtilitate, & ſi poſt melioratur non aget Eccleſia pro læſione, niſi probatis extremis in læſione à iure conſideratis, latè num. 480. cum ſeq. Ex paritate rationis, vt ibid.

Cenſus qualis attendendus in noua conceſſione facienda, ſi res ex meliorationibus eſſet meliorata, numero 481.

Eccleſia agere volens pro læſione illam probare debet contractus tempore fuiſſe, non ex poſt facto ex meliorationibus, ſi aucta eſt res Eccleſiæ, ſic & in minore, & quando non attenditur tempore contractus, num. 482. & 488. & ſeq. & quæ ſunt probanda, vt allegata læſia procedat, num. 483. cum pluribus ſeqq.

Læſio debet eſſe enormiſſima, vt poſſit allegari elapſo tempore 44. annorum, num. 484.

Præſcriptio currit cantra Eccleſiam ſtante bona fide, & titulo, num. 485. & ſeq.

Reſtitutio in integrum non datur elapſo quadriennio, num. 486.

Præſcriptio inducta eſt ad libertatem ſubditorum, numero 487.

Nemo præſumitur eſſe immemor ſalutis æternę, numero 491.

In pari probatione obtinet habens præſumptionem iuris pro ſe, num. 493.

Decretum habet magnas prærogatiuas, vt à num. 490. cum ſeq. & ſi cum eo accedit antiquitas temporis, vide quæ præſumere facit, ibidem. & num. 494. & quæ requirantur, vt eius effectus enarratos producat, num. 497. cum ſeq.

Dolus, & fraus in dubio non præſumitur in contractu, niſi per allegantem ſpecificè probetur, num. 498, & quando, num. 499.

Contractus publicè, & palam factus caret omni ſuſpitione fraudis, num. 500.

Dolus, & fraus in ſecreto adhibentur, num. 501.

Ad reſcindendum decretum latum, à delegato Apoſtolico oportet probare per teſtes digniores, numero 502.

Teſtes digniores ſunt Sacerdotes, & præferuntur etiam in numero minori, ibidem.

In pari probatione iudicandum eſt pro reo, etiam ſi pro actore teſtes ſunt digniores, num. 503.

Probationes ſi ſunt arbitrariæ, non tamen quæ reſultant ex dictis teſtium qualificatorum, num. 504.

Præſumptio tollitur vbi eſt negotium diſcuſſum, nu. 505

In re ſua quilibet eſt arbiter, & moderator, nu. 506.

Appretium enunciatum in inſtrumento præſumitur ex antiquitate temporis, num. 508. eò magis concurrente decreto Iudicis, ibid.

Quod non eſt confirmari non poteſt, num. 509.

Æſtimatores poſſunt eligi per partes, & quando diſcordant, Iudex eliget, num. 510. & an vnus, vel plures ſint eligendi, ibid. & quando per Iudicem eligantur, num. 512.

Æſtimatio rei non eſt neceſſaria in alienatione rei Eccleſiæ, vt ſi ommittatur deficiat ſolemnitas, numero 510.

Appretiatores an debeant iurare in æſtimatione facienda, num. 511.

Succeſſor quando tenetur ſtare alienationi factæ per Epiſcopum prædeceſſorem, num. 513.

Emphyteuta eſt ille, qui debet probare vtilitatem, & cauſam, vnde onus eſt illius bene cautelare negotium, ibidem, & num. 515.

Epiſcopus ſucceſſor ſuccedit Eccleſiæ, non Epiſcopo, & quando agit facit nomine Eccleſiæ, num. 516.

Verbum, ſi cedere reperietis quid importat, numero 517.

Epiſcopus, & alij Iudices non poſſunt ius dicere in cauſa eius Eccleſiæ, & in cauſa propria, num. 520. vbi an Papæ liceat, num 522.

Laicus emphyteuta non poteſt conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico, ſed laico pro reſcindendo contractu emphyteotico, num. 521.

Paria ſunt non eſſe, vel eſſe, ſed inutiliter, numero 523.

Citatio ſola quando interrumpit præſcriptionem, numero 524. cum ſeq.

Præſcriptio quando interrumpitur pro litis conteſtatione, num. 526.

Litis pendentia inducitur prò ſola citatione, numero 527.

Teſtes poſſunt recipi ad futuram rei memoriam, quando ſunt ſenes, num. 528.

Quod eſt de præſenti præſumitur in præteritum, numero 529.

ALLE-

ALLEGATIO XXIV.
In duas partes diuiſa.

De ſolemnitate, & cauſa in alienandis rebus Eccleſiæ, cum declarationibus ad extrauag. ambitioſæ cupiditati de rebus Eccleſ. non alien. iuxtà facti occurrentiam enucleatis, cum Deciſionibus S.C. ſecundum caſus contingentes.

Pro N.

PRæſupponitur in facta, quòd in anno 1559. Epiſcopus N. ſiuè eius Menſa Epiſcopalis tenebat, & poſſidebat nonnulla bona ſtabilia in eius Ciuitate, quæ cum eſſent quaſi ſterilia, & parui redditus, cupiebat illa in emphyteuſim perpetuam pro eorum perpetua conſeruatione, & euidenti vtilitate alienare. Et vt ad effectum duceret illa ſubhaſtari fecit per Ciuitates, & loca cõuicina, & nemo meliorem obtulit penſionem, niſi ipſe emphyteuta de quo agitur, ac deinde ad maiorẽ ſatisfactionem illa appretiari fecit per tres expertos, qui retulerunt hoc eſſe iuſtum pretium, & ad rationem tareni vnius pro qualibet vntia æſtimauerunt locũ illum eſſe iuſti valoris, & conficitur Inſtrumentũ, cũ prædicta aſſertione, cũ cenſus illius taxatione.

Quibus iam factis idem Epiſcopus ſupplicauit Sedi Apoſtolicæ, vt ſuam concederet licentiam bona ipſa omnia in Bulla contenta concedere, vt poſſit in emphyteuſim perpetuam pro eorũ perpetua conſeruatione, & vtilitate dictę menſę Epiſcopalis pro Canone ſcutorum taxatorum prædictorũ qua ſupplicatione præſentata, fuit per ſedẽ Apoſtolicam diſpenſatum cum clauſula ſi in euidentem, & commiſſa cauſa in partibus.

Quæ Bulla fuit expedita per Magnam Pęnitẽtiariam, & præſentata delegato, & deinde ad dies fuerunt ſtipulata Inſtrumenta conceſſionum pro cenſibus expreſſis in Bulla, in quibus Inſtrumentis enunciatæ fuerunt omnes ſolemnitates adhibitę ſucceſſiuè, & gradatim, cum licentia alienandi, & concedendi.

Factis iam dictis Inſtrumentis inde ad dies ijdẽ emptores, & emphyteutæ comparuerunt coram eodem delegato petentes iterum capi diligentem informationem ſi conceſſiones ipſæ cederent in euidentem dictæ menſæ Epiſcopalis vtilitatem, prout probare offerrebatur illas Apoſtolica authoritate confirmari, & approbari.

Eodem die fit citatio ad teſtes, citatur Procurator ipſius Reuerendiſſimi Epiſcopi ad videndum iuramenta teſtium cum Nuntij relatione.

Inde ad dies examinãtur quatuor teſtes in vnaquaq; conceſſione deponentes narrata in reſcriptis in cõcedendo ob magnas expenſas neceſſarias in reparatione, & augumento, & ſterilitatem pro præterito in euidentem vtilitatem.

Qua informatione capta fuerunt electi tres alij appretiatores differentes à primis, qui viſis bonis omnibus cum iuramento retulerunt primum factum eſſe iuſtum pretium, illud confirmantes.

Et per ipſum delegatum viſis, fuerunt, vt cedentes in euidentem vtilitatem approbatæ, confirmando cenſus ſolutionem tareni vnius in caſu affrancationis pro qualibet vntia, & ab illa die conceſſionum per annos 60. pacificè poſſeſſa fuerunt.

Admodum aſſerebatur Epiſcopatum debere reintegrari cum fructibus in ipſorum bonorum poſſeſſionẽ, & per varios Aduocatos ex aduerſo dicebatur, & etiam plura adſerri poterant.

1 Et primò, vt alienatio, ſeù conceſſio in em-
phyteuſim rerum Eccleſiæ duo neceſſaria præci-
sè requiruntur, vt valeat cauſa, ſcilicèt, & ſolem-
nitas, cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. cap. 1. de re-
bus Eccleſ. non alien. in 6. & cap. nulli de rebus
Eccleſ. non alien. cum ſimilibus, Soccin. in conſ. 15
num. 1. volum. 1. & Roland. à Valle in conſil. 15.
num. 4. & 16. volum. 1. & communem eſſe aſſerit
Borgnin. Caualcan. in deciſ. 31. num. 2. & 3. 2. par.
deciſ. 45. num. 11. & in deciſ. 46. num. 3. & 4. 1. par.
Grammat. in deciſ. 79. num. 14. & ſeq. Reuſner.
deciſ. 1. num. 14. & 15. in 4. par. aliàs facta dicitur
irrita, vt d. c. ſine exceptione, & Paulina Ambitio-
ſæ cupiditati in Extrauag. de rebus Eccleſ. non
alienand. Sed ſic eſt quòd iſta, ſeù iſtæ conceſſio-
nes ſunt factæ abſque iuſta cauſa, & ſolemnitate,
ergò ſunt nullæ.
2 Patet, hoc prohibetur omnibus Epiſcopis res
Eccleſiæ alienare inconſulto Romano Pontifice
cit. Paul. Ambitioſæ, & Roland. cit. conſ. 15. nu. 6.
Sed Summus Pontifex non fuit de hoc certiora-
tus, ergo deficiente eius conſenſu alienatio eſt nul-
3 la, probatur, quia & ſi adeſt aſſenſus Apoſtolicus,
ſeù Bulla Pœnitentiarię eſt illa expedita Apoſtoli-
ca Sede Paſtore carente, quo .n. tẽpore DD. Car-
dinales non poſſunt ſe intromittere in negotijs
ſpectantibus ad ſummum Pontificem creandum,
ſed ſunt ei reſeruanda, cum ſolùm vacare debeant
creationi Pontificis eligendi, ſic dicit text. in c. vbi
periculum in §. ijdem Cardinales de elect. in 6. &
in Clem. ne Romani eod. titul. Igitur dum facere
hoc non poſſunt, ſi eſt factum non valet, neq; te-
net, cum iure reſiſtente factum ſit d. c. ſine excep-
4 tione, cum paria ſint aliqua non facere, vel facere,
ſed ineptè, & inualidè, l. non putauit, §. non quæuis
ff. de bonor. poſſ. contra tab. & l. 4. §. condemnatũ,
ff. de re iud. & ibi Ripa in 1. notab. ad multa exten
5 dit, Cum ergò deficiat conſenſus Papæ de forma
actus neceſſarius, quàmuis actus eſſet factus cum
euidente vtilitate, prout negatur, vt infra adhuc
alienatio eſt nulla ſecundum Capy. in deciſ. 101.
vbi refert Sacrum Conſilium iudicaſſe non valere
alienationem factam rei, non omninò ſterilis abſ-
que ſolemnitate, & reſpondet Caualcan. in alleg.
deciſ. 46. nu. 9. eſſe neceſſariam omninò ſolemni-
tatem, etiam ſi eſt vtilis contractus, & fuit hoc ar-
gumentum Reuerendi Domini D. Angeli Caia-
tia Clerici Regularis Theatini.
6 Neque poteſt modo ille aſſenſus Apoſtolicus
neceſſarius obtineri, poſtquam res non eſt inte-
gra, quia viuente Rectore, vel Epiſcopo alienan-
te obtinendus eſt, & ſolemnitas neceſſaria implen-
da, vt Eccleſia, ſeù Epiſcopi ſucceſſores obligen-
tur ex illo contractu, aliàs contractus dicitur tem-

poralis, & non valet, niſi eo Epiſcopo alienante
viuente,eo autem mortuo ſucceſſores non tenen-
tur ,illum ſeruare,Dominus de Franchis in de-
ciſ.35. & Roland. à valle in conſil.63.nu.51. cum
ſeq.volum.1. & Caualc. in citata deciſ.45. nu.51.
in fine, Regens de Ponte in conſil.86.volum.1.
deficiēte .n.voluntate Epiſcopi debet reintegrari.
7 Neque opitulatur ſolutio cenſus, & poſſeſſio
ſequuta tanti temporis poſtquam non poteſt cen-
ſeri ratificatio per ſucceſſores neſcientes inualidi-
tatem alienationis, & debet illa ratificatio fieri cū
omnibus ſolemnitatibus,quæ requiruntur in rea-
li alienatione Eccleſiæ,& in eius præiudicium non
operatur ſecundum Caualcan. in citata deciſ.45.
num.13. cum ſeq.
8 Neq; .n. præſumitur ex antiquitate tēporis aliū
aſſenſum Apoſtolicum interueniſſe, poſtquam
hæc Inſtrumenta in actis producta facta ſunt,quę
ſolum de hoc aſſenſu,ſeù Bulla Pœnitentiariæ fa-
ciunt mentionem,& alius aſſenſus non eſt præſu-
mendus, quia pluralitas actorum non præſumi-
tur,ſi non probetur poſt illum alium acceſſiſſe,in
quo ſaltim enunciatur ille aſſenſus per gloſ. in l.
omnium,C.de teſtam.& latius per Aimo.Crauet.
9 in tract.de antiq.tempor.in 2.par.nu.55.car.154.
& Afflict. in deciſ.107.in fine, vnde ſaltem requi-
ritur tempus cētum annorum,vt alius præſuma-
tur,ſecundum eundem Crauet.cit. tract.in 3.par.
num.29. & Cauale.in deciſ.8,nu.23.2.par. Capy.
in deciſ.4.num. 28.& 29. & deciſ.40. Capiblan.de
Baro.prag.8.la 2.n.120.cū ſeq.quod nō interfuit.
10 Secūdò adducebatur,qđ adhuc,& ſi eſſet legiti-
mus aſſenſus eſt ex alio capite nullus quoniam
Principi narranda eſt veritas facti, & ſemper re-
ſcriptum habet tacitam conditionem ſi preces ve-
ritate nitantur cap.2.de reſcript.Frec. de ſubſeud.
11 in 11.quæſt.car.137. & narranda ſunt omnia,quę
poſſunt pro, & contra mouere Principem ad di-
ſpenſandum, cap. ſuper litteris de reſcript. hoc
autem non eſt factum, immò falſum eſt expreſ-
ſum ergò nullum, vnde mendax precator debeat
12 pęnitus carere impetratis,l.2.vbi gloſ.& Doct.C.
ſi cōtra ius,vel vtil. publ.c.ſedes de reſcript.& d.c.
ſuper litteris, & ibi Abb. & alij.
Patet, ex quò ſupponitur velle concedere illa
bona pro vtilitate habenda,vnde ex hoc tacitè vi-
detur narrare, quòd ex eis nullam habet vtilitatē,
& poſtea probatur, quod locabantur bona ipſa
certo pretio ergo falſum,quia ſi Papæ dixiſſet,qđ
ex eis percipiebat quolibet annn vtiq; forſan non
conceſſiſſet,& ideò dū eſt ſuggeſta veritas licentia
habita dicitur obreptitia,quę eſt nulla, & inualida.
Tertiò,quod adhuc breue eſt ſuggeſtū poſtquā
ſupplicatur,quòd ob tenuitatem fructuū ſuæ mē-
ſæ Epiſcopalis illa reparare,& conſeruare nō po-
teſt, & tamen alij Epiſcopi prædeceſſores adhuc
ſic tenuerunt,& ex informatione capta non appa-
ret diſcuſſio facta ſi fructus dictæ menſæ Epiſco-
palis ad illa augenda, & reparanda ſufficere po-
tuiſſent, adhuc vt poſtmodū alienatio neceſſaria
ꝑ vtilitate ſequatur, vnde delegatus defecit à cō-
miſſis à Sede Apoſtolica dicente, vos de præmiſſis
13 diligenter informetis,debebat .n. oīa in reſcripto
adiecta inueſtigarē ſi vtilis erat, vel ne cōceſſio ſe-
cundū Guliel.Rodoa.in tract.de reb.Eccl. nō ali.
in tit.de cauſ.cognit.in alien. fac.q.23.n.59.c.116
in meis, hoc non fecit, ergo poteſtate ſibi cōceſſa,
14 vti non poterat, & ſi vſus eſt forma non ſeruata
actus eſt nullus,l.magis puto,§.idem prætor,ff. de
reb.cor.latè Velaſc.conſultat.57. num.26. & 27.
Quartò,quod etſi bona conceſſa erant ſterilia
quaſi.vt præſupponitur ex aduerſo hoc non obeſt
15 menſæ Epiſcopali,quin non valeat illas cōceſſio-
nes reſcindere, ex quo illud accidit ex culpa, &
negligētia Prælatorum anteceſſorum, qui ob re-
ſidentiam, quam non faciebāt bona ipſa deterio-
rata fuerunt, vnde cum ſint deteriorata Eccleſia
dicitur læſa, & habet reſtitutionem in integrum
c.1. de reſtit. in integr. in 6.
16 Quintò,quòd ſolemnitas, quæ eſt adhibita, nō
releuat,ex quo decretum delegati latum debebat
præcedere ipſam conceſſionem,& non ſubſequi,
vnde cū ſit præpoſteratus actus, & forma ſit per-
uerſa actus eſt nullus,ſecundū Bald.in l.1.nu.44.
C.qui admitti, & Afflict. in deciſ.355. quia ordo
17 rei dicitur forma rei,quę præuaricari non debet,
etiam in actu fauorabili,l.qui Romæ, §. Flauius,
Hermes,ff. de verb.oblig. Bal.in l.oomnes popu-
li,nu.2.de iuſt.& iur.Reg.Valenz.in cōſ.3.nu.23.
18 & 27.& conſ.2. num.75.& quod decretum præ-
cedere debear,probat text.in l.magis puto,§. non
paſſim,ff.de reb.eorū, vbi quàmuis loquatur de
pupillo,idem eſt in Eccleſia,cum inter ſe æquipa
rentur,c.1.cum gloſ.de reſtit. in integ. lib.5.& 6.
19 Sextò,oritur ex prædictis nullitas,ex quo quā-
uis ipſa ſolemnitas,& decretum ſint enunciata in
Inſtrumentis,tamen oritur repugnantia,quia In-
ſtrumentum factum enunciat informationem,&
decretum, & tamen illa informatio, & decretum
ſunt facta inde ad dies, quomodo enim enuncia-
ri poteſt, quod non eſt adhuc factum, non en-
tium enim nullæ ſunt partes, l.eius, qui in pro-
20 uincia, ff. ſi certum petatur, dum ergò enuncia-
tur actus nondum factus,ergò ſimulatio, quia
quòd veriſimile non eſt, imago falſitatis eſt ſe-
cundum Dec. in conſil.195. num.3.verſ.1.quia,
Afflict.in deciſ.345.num.3.Hyppol.de Marſil. in
l.1.num.67.ff. de quæſtion.
Septimò, quia delegatus non habet poteſta-
tem, niſi dandi licentiam ſuper actu faciendo, vt
legitur ex illa Bulla, ergo non extenditur ad a-
lium caſum,quòd delegatus poſſit confirmare,
21 & decretum proferre, poſt actum factum, quo-
niam aſſenſus eſt ſtricti iuris, & non extenditur
de re ad rem,neque de tempore ad tempus,neque
de vno actu ad alium, ſecundum Andr. in cap.
Imperialem in 2.col,in princ.de prohib.feud.alie.
per Feder.& ibi Camer.in car.41.cum ſeq.& Dec.
in conſil.555.nu.5.Afflict. in deciſ.355. Frec. de
ſubſeud.in 11.q.car.137.de Franch.in deciſ.105.ſi
ergò non poterat virtute aſſenſus hoc agere,dum
22 eſt actum oportebat,lato illo decreto,& capta in-
formatione aliud Inſtrumentum nouum facere
renouando omnes clauſulas, & pacta in primo
Inſtrumento appoſita, quod cum factum non
ſit, ergò ſequitur, quod illud primum Inſtru-
mentum, tanquam inualidum nullum producit
effectum, ex Doctor. Angel. in l. cum hi, §. ſed
prætor, ff.de rebus eorum, & Surdus deciſ. 189.
num.24.

Octauò

Octauo non opitulatur, quòd hæ ſolemnitates
præſumuntur interueniſſe ante Inſtrumentum,
23 vt actus valeat, quia hoc non procedit quãdo ſo-
lemnitas requiritur ſpecificè, & per modum con-
ditionis in actu, quia tunc conditio implenda eſt
in forma ſpecifica, l. Mæuius, & l. qui hæredi, ff. de
condit. & demonſt. vt eſt in præſenti conceſſione
cum clauſula ſi in euidentem ſic dixit Paulus de
Caſtro in l. eum qui, in §. filius famil. ff. de acquir.
hæred. & Caualcan. in citat. deciſ. 46. nu. 23. Ergò
24 dum non apparet in forma ſpecifica ante Inſtru-
mentum, Inſtrumentũ eſt nullum dum ergo poſt
adhibetur requiritur nouum inſtrumentum, quia
quod nullum eſt ab initio, tractu temporis recon-
ualeſcere non poteſt, l. quod initio, ff. de regul. iur.
cum ibi notatis.

Et quòd iuſta cauſa neque interuenit, vt alie-
25 natio valeat patet, nam quatuor ſunt cauſæ, ob
quas licet res Eccleſiæ alienari, ſcilicet cauſa ne-
ceſſitatis, incommoditatis, pietatis, & vtilita-
tis, ſub quibus omnes aliæ includi poſſunt, ſe-
cundum Rodoan. de rebus Eccleſ. non alienan. de
cauſ. propter quas fiat alienat. q. 18. car. 86. Nicol.
Reuſner. deciſ. 1. nu. 24. & ſeqq. 4 par. cauſa enim
vtilitatis poteſt res Eccleſiæ alienari, vt in d. c. ſine
26 exceptione, ibi vt meliora propiciat 12. q. 2. & iſta
vtilitas oportet, vt ſit euidens, quæ dicitur quando
tutè, & certè Eccleſiæ alienatio profutura ſit ſim-
pliciter, & non reſpectiuè, & ſic quod datur ſub
cenſu, ſit tutum, & abſolutum non habens reſpe-
ctum ad futurum euentum ſecundum eundem
Rodoa. in eod tract. in tit. de cauſa vtilitatis q. 20.
num. 131. cum plur. ſeq. car. 131. & in num. 169. di-
cit vtilitatẽ debere eſſe manifeſtam, tàm in valore
redditus quàm in valore proprietatis rei, vt ſit res
æquè vicina, æquè cauta in caſu affrancationis, &
Caualcan. in deciſ. 45. num. 36.

27 Euidens vtilitas in his conceſſionibus non ad-
fuit primò, quia non eſt vtile menſæ Epiſcopali
rem concedere in emphyteuſim perpetuam pro
illo Canone, qui æſtimatur ab expertis, ſed offerre
plus, vt dicatur euidens vtilitas ſecundum Dec. in
conſil. 142. num. 5. & Caualcan. in deciſ. 45. nu. 36.
prima parte, quia in melius fieri debet Reg. Va-
lenz. conſil. 3. num. 3. vndè cum fuerint iuxta æſti-
mationẽ conceſſa bona, non eſt vtilis contractus,
cum ſaltem debeat excedere conceſſio duos num-
mos vltra penſionem, aliàs Eccleſia tanquam læ-
ſa reſcindit contractum Menoch. de arbit. Iudic.
lib. 2. cent. 1. caſu 74.

28 Secundò, quia appretiatores in æſtimatione cõ-
ſiderant fructus, ex quibus probatur rei æſtimatio
l. ſi quos C. de reſcind. vendit. ergo ſequitur quòd
cum habeatur ratio ad fructus, fructus illo tẽpore
erant iuxta penſionem non fuit vtilis pro eodem
illo Canone concedere Dec. in alle. conſ. 142. nu. 5.

Quòd non eſt vtilis conceſſio concedere rem
29 ad rationẽ tareni vnius pro qualibet vncia, quia
de iure cõmuni dicimus, quòd ſi res reddit quin-
quaginta valet mille ad rationem quinq; pro cen-
tenario ſi capitale eſt ducatorum mille cenſus de-
beret eſſe ducatorum 50. & non vt taxatur ſecun-
dum Caualcan. in deciſ. 45. num. 3. 1. parte, ergo
adeſt læſio enormiſſima.

30 Tertiò, quòd nõ eſt probata vera rei perceptio
fructuũ, poſtquã ſũt teſtes ſimplices in dicto, cum
non deponent, quòd tanti communiter, & gene-
raliter bona illa locabantur, & concedi potuiſſent
juxta dictum Caualcan. in deciſ. 1. num. 37. par. 2.
ergo teſtes non probant, cũ non adijciant cauſam
communis valoris Gloſ. in l. ſolam in 3. interpre-
tatione C. de teſtib. & poſt omnes Velaſc. conſult.
43. vbi de probatione communis æſtimationis iu-
ſti pretij.

31 Quartò, quia cauſa fuit commiſſa delegato in
partibus, & ſic per clauſulam circumſpectioni ve-
ſtræ cõmittimus eſt electa induſtria perſonæ, quæ
non poteſt ſubdelegare, l. inter artifices, ff. de ſolut.
ſic dixit Abb. in c. penult. in §. fin. de offic. delegat.
Laur. de Iud. ſuſp. c. 9. nu. 4. D. Maſtrill. de Magi-
ſtrat. lib. 1. c. 29. 2. col. quare cum teſtes fuerint re-
cepti, & examinati per Actuarium abſq; præſen-
tia delegati, receptio, & examen eſt nullum, quia
receptum à perſona non habente poteſtatem re-
cipiendi ſecundum addit. ad Caualc. in alleg. de-
deciſ. 46. num. 383. cum ſeq.

32 Quintò, nam non interfuit cognitio cauſæ in
permittendo alienari, quæ cauſæ cognitio non
tantũ debet eſſe circa cauſam alienandi ſi eſt vti-
lis, vel ne, ſed etiã circa rem ſi magis expedit vnã
rem magis, quàm aliam alienare ſecundum gloſ.
in c. 1. in ver. defenſore de rebus Eccleſ. non alien.
in 6. & Caualcan. addit. in alleg. deciſ. 46. num. 373.
& Ant. de Maur. alleg. 32. num. 4. igitur cum hæc
cognitio facta non ſit ergo non eſt impleta forma
reſcripti dicentis, vos de præmiſſis,

33 Sextò, vtilitas debet eſſe vt meliora proſpiciat
hoc eſt procul aſpiciat d. c. ſine exceptione cum
gloſa Afflict. deciſ. 87. num. 2. Caualcan. deciſ. 31.
num. 347. par. 2. quæ modo reddit quolibet anno
duc. 200. & plus non eſt, neq; fuit vtilitas, ſed eui-
dens læſio, & damnum Eccleſiæ,

34 Septimo, quamuis præſumatur pro decreto, qđ
facit præſumere contractum vtilem Eccleſiæ ſe-
cundum Bart. in l. 1. C. de decur. lib. 10. & Dec. l.
35 ſingularia num. 17. ſi cert. petat. tamen contra hãc
præſumptionem admittitur alia præſumptio in
contrarium, quia non eſt iuris, & de iure, ſed iuris
tantũ, contra quam datur alia præſumptio ſecun-
36 dum gloſ. in l. fin. C. arbit. tutel. & contra vnam
probationem admittitur alia maioris efficaciæ, &
potẽtiæ, l. ſi quidem C. de præd. minor. & Rodoan.
de rebus Eccleſ. non alien. in tit. de cauſæ cognit.
q. 20. num. 155. cum ſequent. probare modo in-
tendit oppoſitum, quod decretum confirmatum
eſt per teſtes, & coniecturas.

Octauo, alienatio eſt nulla, ex quo cum non
cõſtet primum appretium, ſed ſecundum confir-
mans primum, confirmans non dat, quando pri-
mum datum valet, ergo quando primum valet,
37 ſed non valet alio defectu, vt puta quia factum
eſt iure reſiſtente, ſolum ſecundum appretium
confirmatorium conſideratur, ſecundum etiam
confirmatoriũ neque valet, ex quo eligi debebant
illi appretiatores per Vicarium delegatum, cui
commiſſa erat inueſtigatio, & non per partes em-
ptrices, c. fi. de frig. & mal. & c. cauſam matrimo-
nij de probat. cum ergo hoc non fuit actum ergo
nullum appretium,

38 Nono fuit dictum à quodam Doctore, quòd

iſta ſolemnitas i nplen la poſt contractum debe-
bat peti per Epiſcopum concedentem,& non per
emptores , vndè cum ſit adhibita ex eorum pe-
titione conſideratur quædam calliditas habendi a-
39 liena bona,& pacta inſolita,& nimię clauſulæ ar-
guunt contractum ſimulatum ſecundum Bald.in
l.rogaſti in §.ſi tibi ff.ſi cert. petat. Maſcard, de
probat.vol.2.concluſ.740.nu.37.
40 Decimò non opitulatur beneficium præſcrip-
tionis,quia præſcriptio non currit contra Eccle-
ſiam quando poſſeſſor eſt malæ fidei,c.ſi diligen-
41 ti,& c.pen. & fin.de præſcript. mala fides induci-
tur quãdo quis mercatus eſt cõtra iura Menoch.
de arbit.Iud.caſu 225.n.6.per l.quemadm.C.de
agr.& cẽſ.lib.10.vt in reg.qui contra iura de reg.
iur.in 6. gl.& DD.in l.1.C.de fid.inſtrum.& iur,
haſt.fiſc.lib.10.Surd.deciſ.179.nu.1.& ſeq.& Ve-
laſc.Conſult.83.num.24.dicens talis titulus habi-
tus contra legis prohibitionem dicitur nõ titulus,
& in Conſult.19.nu.3.4.& 7.Menoch.loc.cit.n.7.
42 quæ ſunt ſolemnitas, & vtilitas, quæ tribuunt iu-
ſtum c. ergo de reb.Eccleſ.non alien. in 6.c.1. de
præſcript.in 6.& d.c.ſi diligẽti,& d.c.ſine excep-
tione , dum ergò contractus non valet ſequitur
43 quòd non valenti agere nulla currit præſcriptio,
l.1.§.fin.vbi gloſ.& Doct.C.de annal.except.quo-
44 niam præſcriptio non currit iure reſiſtente Ca-
ualcan.in deciſ.48.num.58.1.par.de his per Iſern.
45 in prælud. feud.q.2.nu.30. & fatuus eſt allegans
præſcriptionem abſque iuſto titulo , ſecundum
Caualcan.in deciſ.29.num.24.par.2. & præſcrip-
tio in æternum nõ currit,vbi mala fides eſt ab ini-
46 tio congerit Viſcont. ad Franch. deciſ.56. & Ve-
laſc.Conſult.95.num.8.& ſeq.
47 Imò,& quatenus præſcriptio curreret non ha-
bet locum à die interruptionis , cum fuerit inter-
rupta ab alio Epiſcopo petente hanc conceſſionẽ
nullam declarari D. Reg.Valenz.conſ.32.nu.73.
ſequitur ,quòd deductis annis remanet tempus
annorum 40.non ſufficiens,cum dentur alij qua-
48 tuor anni Eccleſiæ pro reſtitutione in integrum
c.1.de reſtit.in integr. in 6.& deducto tempore,
49 Epiſcopi malè alienantis , quod non numeratur
in præſcriptione ſecundum Caualcan. in allegat.
deciſ.45.num.54.cum ſeq.adhuc non eſt elapſum
forſan tempus annor.35.
Vndecimò,non ſufficit dicere,quòd res aliquo
50 tempore fuit ſterilis, nam oportet, vt omni tem-
pore ſit ſterilis , vt valeat conceſſio quod non eſt
probatum hic.
His & ſimilibus,quæ in contrarium adduci poſ
ſent non obſtantibus cenſeo dicto Reuerendiſsi-
mo Epiſcopo nullum ius,nullamque actionem
competere, & ſolemnitatem, & vtilitatem legiti-
mè, & ritè interueniſſe.
51 Et vt clarius res eluceſcat vti debemus diſtin-
ctione,quia qui neſcit diſtinguere neſcit ſoluere,
& qui omnia indiſtinctè vult intelligere confusè
ea intelligi neceſſe eſt,cũ per diuiſiones, & inter-
pretationes congruentes omnium telorum euita-
tur amaritudo Caualcan.in deciſ.15. nu.2. 1.par.
52 in deciſ.35.num.1.in 5.par.& ferro viam aperit,
qui per cõtraria tranſit dicebat Bald.vt poſt alios
refert Frec.de præſent.Inſtrum.8. par.q.3. nu.92.
& notando,& diſputãdo veritas eluceſcit D.And,
c.1.§. & ne videat in fin.ex quib.cauſ.feud. amitt.
53 non immeritò dixit Felin.in c.ſicut num.27.ver,
vndè caueatis de re iud.quòd vos caueatis à reci-
tationibus illorum,qui non viderunt in fonte ea ,
quæ ſcribunt,& allegant,quia faciunt vos,cum
eis ſæpè erubeſcere.
Et ad oppoſita ſingillatim, & diſtinctè reſpon-
dendo præmittendum eſt pro clariori intelligen-
tia extrauagan.ambitioſæ,quæ præſenti allegatio-
ne ſatis declaratur per loca ſua,quòd & ſi antiqui-
54 tus requirebatur tanta ſolemnitas in alienatione
rerum Eccleſiæ, erat, quia Eccleſiæ erant paupe-
res , & non poſſidebant tot bona , quæ hodiè ha-
bent,ideò requirebatur maior ſolemnitas,quæ eſt
in cap.caſellas,& c.hoc ius porrectum 10.q.2.ſed
hodiè,cum auctæ ſint poſſeſſiones Eccleſiæ ſuffi-
55 cit conſenſus Capituli Eccleſiæ cum Epiſcopo ad
alienationem faciendam,cap.ſine exceptione,12.
q.2.ſic dixit gloſ.in cap.videntes 12.q.1.& Andr.
relatus à Iacob.in c.1.num.6.de his,qui feud.dare
poſſunt,Rodoan.de reb.Eccleſ.non alien.in titul.
de ſolemn.quæ int.in alien.Eccleſ.q.24. num.28.
56 cum ſeq.dicens non requiri diſcuſſionem ſi ma-
gis iſta res expedit alienari , vel illa , iuxta conſil.
Feder. de Sen.243.quod eſt originale in hoc, ſed
57 ſat eſt cauſa iuſta alienandi,& conſenſus Capituli,
vt ibi,& ſequutus eſt Rebuff.in præalleg.cõpend.
rer.Eccleſ.non alien.quare dixit Boer.in deciſ.79
num.2.quod per eoſdẽ paſſus,& gradus,per quos
Eccleſia in temporalibus aſcenderat pariter de-
ſcenderet , vſque ad extremam Silueſtri pauper-
tatem,& multa alia recitat ibi,ego tamen me ſub-
mitto S.R.E.vndè cauſa iuſta alienandi debet eſſe
58 in qualibet alienatione, vel cõceſſione ſecundum
Rodoan. lo,cit.per text.in d.c.ſine exceptione,vel
enim debet eſſe neceſſaria pro ære alieno,vt ipſe
latè ſcripſit in q.19.de cauſ.alien.vel cauſ.pietatis
pro redemptione captiuorum, & ſimiliter, vel in-
commoditatis pro diſtantia rei,vt ibidem declarat
in q.21.de cauſa pietatis,vel cauſa vtilitatis,vt la-
tius declarat in q.20. de cauſa vtilitatis per text,
in d.c.ſine exceptione,vbi etiam plura alia iura
allegat,& Menoch. de arbit.Iud.caſ.172.in 3. caſu
dicit iſtos eſſe caſus generales , licet in tempore
multum verſetur Iudicis arbitrium.
59 Sed conſenſus , qui eſt ad ſolemnitatem diuer-
ſimodè adhibetur,nam ſi alienatur res à Capitu-
lo requiritur cõſenſus Epiſcopi, c.nullam 19.q.2,
60 & in c.in venditionibus 17.q.4.vel cõſenſus Ab-
batis quando alienatur res ſubiecta eius Abbatię,
ſuper qua habet ius Epiſcopale, Calder.in conſ.9.
de rebus Eccleſ. non alien.Rodoan.eo tract. in
titul. de authoritate Prælat. quæſt.41. num.61. &
61 ſeq. vel conſenſus Prouincialis,vel Generalis or-
dinis illorum Monachorum alienantium res Mo-
naſterij ſecundum Soccin. in conſil.15. volum.1,
62 & Caualc.de tutore, & curat. nu.164.vel vltimò
requiritur aſſenſus Apoſtolicus in alienatione
bonorum ſtabilium faciẽda per Epiſcopos rerum
menſę Epiſcopalis,& Eccleſiæ,iuxta Paul. extra-
uagant. ambitioſæ cupiditati prohibentem om-
63 nem contractum,per quem dominium transfer-
tur , inter quos eſt numeratus contractus conceſ-
ſionis in emphyteuſim , quare cum adſit aſſenſus
64 Papæ in illa alienatione nulla alia ſolemnitas re-
quiritur

quiritur à iure, niſi aliqua ex cauſis iuſtis ſupra
enarratis ſecundum Abb. in conſil.41. volum.1.
Ruin. in conſil.57.vol.1. col.1. Roland. in con-
ſil.15. num.5.volum.1.Soccin.in conſil.15.nu.51.
vol.1. Dec.in conſ.142.n.5.Capy. in dec.16.in 2.
dub. Caualcan. in deciſ. 46. num.33. cū ſeq.1.p.
65 Solum enim Papa præbendo aſſenſum reſeruat
iuſtam cauſam alienandi, ſcilicet ſi in euidentem
vtilitatem,nam hæc dicitur cauſa finalis in men-
te Papæ, & illa ſolum ſeruanda, & implenda eſt
ſecundum Soccin.in alleg. conſil.15. num.51. &
Rotam Romanam ſequutam eſſe teſtatur Bor-
gnin.in alleg. deciſ.46. num.34. referens verba
illius ſententiæ confirmatoriæ,quoniam reſcrip-
tum eſt ſimplex, vt legitur ex eo, dum dicitur ſi
eſt in euidentem,quod fiat facta diligēti informa-
tione,& illā confirmetis, ſic etiam loquitur Abb.
in alleg.conſil.41 & ideò ſola cauſa eſt probanda,
66 ſcilicet vtilitatis qua probata ſat eſt, ſecus quam-
do eſt conditionatum cum alijs conditionibus
reſcriptum, tunc illæ conditiones ſunt implendæ
in forma ſpecifica, Caualcan. in deciſ.40. num.8.
in 3.par. & in cit.deciſ.45.num.81.vbi ponit quę-
ſtionem de aſſenſu cum multis conditionibus a-
diectis à Sede Apoſtolica, quòd illæ ſunt omnes
inueſtigandę ſpecificè per delegatum,ſecus autem
quando eſſet tantum cum clauſula ſi in euidentē
quale eſt iſtud in forma Pęnitentiariæ,tunc omnis
ſolemnitas eſt remiſſa,Dec.in alleg.conſ 141.nu.5.
67 verſ.non obſtat,lo primo,iſte enim delegatus po-
teſt omnia,quæ poteſt Papa delegans,& ſicuti Pa-
pa extraiudicialiter poteſt ſe informare de cauſa,
& ſi eſt iuſta dare licētiam ſupplicāti alienandi,ita
etiam & delegatus, cum diſcuſſio, quæ mandatur
delegato habetur loco tractatus, ſecundum Ro-
doan.in citat.tract.in tit.de cauſa incommoditatis
quæſt.22.num.75.cum ſeq.& in q.23. nu.75.cum
ſeq.Laur.latè de Iud.ſuſp.c.9.& hanc opinionem
ſequutus eſt Capyc.in deciſ. 16. num.4. vbi refert
Sacr. Conſ. ſic iudicaſſe ſufficere aſſenſum Apo-
ſtolicum cum diuturnitate temporis,vt ſolemni-
tas præſumatur.

68 In conceſſione enim in emphyteuſim non re-
quiritur tanta ſolemnitas, imò diſpoſitio d.c. ſine
exceptione in ea abijt in deſuetudinem,& Summi
Pontifices eam diſſimularunt,vnde hodie genera-
li conſuetudine omnis contractus emphyteuſis
ſuſtinetur ſecundum Iul. Clar. in §. emphyteuſis
in q.28.verſ. & ſi dicas,& Rodoan.in eod. tract.in
tit. de caſibus in quibus ſit alienatio rer. Eccleſ.ſi-
ne ſol.q.51. cap.5.num.8. quare ſi abijt in deſue-
tudinem,quanto magis dicendū ſi facta ſit cū ſo-
lemnitate, & vtilitate,vt ſeruari debeat,nam ſi li-
cèt cum ſolemnitate, quantò magis cum hac
69 vtilitate, & ſolemnitate vtile tantum dominium
pro iuſto Canone in emphyteuſim perpetuam
alienare,& directum apud menſam Epiſcopalem
retinere ſecundum Abb. in c.in præſentia nu.27.
de probat. Afflict.in deciſ. 100. & Iul. Clar.in d.q.
28. verſ. ſecundus caſus, & Afflict. in deciſ. 386.
nu.6.7.& 8. & de Franch.in deciſ.235. Caualcan.
deciſ.29.nu.21.par.2.& in addit. deciſ.46. nu.250.
& ſeq.1.par. vnde, & ſi hodie requiritur aſſenſus
Apoſtolicus,tàm virtute Paulinæ ambitioſæ, quā
etiam per motum Clem.VIII. illo obtento legiti-
mè non requiritur ad eſſe actus, niſi iuſta cauſa
vtilitatis,quæ iam eſt probata.

70 Quòd adſit euidens vtilitas,& ſolemnitas,patet
enim quòd ille Epiſcopus ante obtentum aſſen-
ſum Apoſtolicum fecit illa bona diuerſis in locis
ſubhaſtare,& nemo comparuit,niſi emphyteuta,
fuit etiam diligens inueſtigatio facta,quia idem
Epiſcopus illa appretiari fecit per tres appretia-
tores diuerſorum locorum præuio iuramento re-
tulentes illum Canonem eſſe iuſtum pretium,fuit
poſtmodum obtentus ille aſſenſus quo præſenta-
to delegato fuerunt iterū per delegatum bannita
illa bona in ea Ciuitate nemine cōparente,niſi poſ
ſidētibus, fuit etiam capta diligens informatio de
redditu, & demum fuit probatum decretum fo-
re,& eſſe procedendum ad alienationem ipſam,
quæ ſolemnitas à die præſentationis reſcripti vſq;
71 ad confirmationem ipſarum potuerunt adhiberi,
cum duo dies ſufficiant Caualc.in deciſ.45.nu.31.
1. par.quæ cum ſint enunciatæ in inſtrumēto ſpe-
72 cificè per ordinem tectum,& gradatim ex anti-
quitate temporis præſumuntur interueniſſe Fe-
linus in d.c.ſicut n.27.de re iud.Dec.in conſ.409.
Crau. de antiq.tēp.in 3.par.nu.15. & in 2.p.n.14.
immò etiam ſi non ſunt enuntiatæ præſumuntur
ex antiquitate temporis annorum 30.iuxtà deciſ.
Capyc.16. in primo dubio,& cōſilium Dec.341.
num. 13. prout etiam Sacrum Conſilium cenſuit
in cauſa Sancti Petri ad Ara, cum Sancto Iacobo
delli Spagnuoli, Actuario Figliola,& in cauſa in-
ter Illuſtriſſimum Dominum Archiepiſcopum
Salernitanum Bologninum, cum Mag.V.I.D.
Io.Vincentio Quar. Act. . . . . . & pluries in
S.C.deciſum,refert de Ponte,ab Amat.in cōſ.63.
citatus,referens in Reg. Cam. ſimiliter deciſum.

Deinde iterum illi emptores petierunt capta
informatione de euidenti vtilitate illas authorita-
te Apoſtolica confirmari, & præuia citatione te-
ſtium, & Procuratoris Epiſcopi fuerunt exami-
nati quatuor teſtes per quamlibet conceſſionem
de vtilitate,& neceſſitate Eccleſiæ,& augumento
penſionis in ducatis 21. cum dimidio.

73 Quare attento Conſilio Petri de Anchar.222.
dicentis eſſe in euidentē vtilitatem Eccleſiæ ſi da-
tur in emphyteuſim perpetuam res Eccleſię,quia
vtile dominium tantum alienatur,& emphyteu-
ta tenetur augere,& bene gubernare rem illam,
alias reuertitur ad Dominum cum omnibus me-
liorationibus ſi per biennium ceſſaret à ſolutione
Canonis,auth. qui rem C.de Sacr. Sanct. Eccl. &
l.2.C.de iur.emphyt. eſt tamen interpretatum il-
lud Conſilium quando duo adhuc cōcurrunt,ſci-
licet conſenſus Papæ,iuxta Paulinam,qui iam eſt
in præmiſſis obtentus,ſecundò quando maior pē-
ſio eſt oblata ab emphyteuta vltra illam, quam
menſa Epiſcopalis ex illa re per locationes perci-
piebat annuatim, aliàs non eſſet vtile dominium
transferre ad fictum perpetuum pro eodem pre-
tio, quo locabatur res illa,ſecundum Dec.in con-
ſil.142.num.5. verſ. non obſtat ſucceſſiuè, & Ca-
ualcan. in deciſ.40. num.13. par.3. quod etiam
eſt in præmiſſis, cum oblati ſint plus ſolitæ loca-
tionis ducat.21. cum dim.

74 Secundò dicebat Anton.de Butr.in cap. ad no-
ſtram de rebus Eccleſ. non alien. quòd in aliena-

tione

Digitized by Google

tione rerum Eccleſiæ ad validitatem contractus,
ſufficit cnntractus fieri ad Eccleſiæ vtilitatem at-
tento fine mouente contractum, vel cauſam, licet
in modo contrahẽdi non fuit vtilitas,;& ſic ſi. ffi-
cere cauſam putatiuam vtilitatis, & ſequitur Ro-
doan.in eod.tract.in tit.de reſtit.in int.q.78.in c.4.
nu.2.tamen hoc Menoch.non habuit ſic abſolutũ
niſi penſio oblata excedat ſaltim duos aureos vl-
tra pretium locationis, vt Eccleſia læſa non dica-
tur in tract.de arbitr. Iud.in lib.2. cent.1. caſu 74.
vnde exceſſit in duc.21.vt ſupra.
75 Imò,& fortius Eccleſiam debere eſſe contentã
iuſto pretio per Tabularios taxato, vt læſa non di-
catur, nec debet recipere plus, ſi forſan ab alio of-
feratur ſic dixit Ludou. Rom. in ſing.762. quod
eſt communiter receptum per Addit.ad eum ibi,
& Caualcan.in deciſ.37. num.25. 3. par. refert il-
lud,& ſequitur, nam ſicuti cnntrahens non debet
locupletari cum lucro Eccleſiæ, ſimiliter, & Ec-
cleſia, quæ eſt cultrix, & amatrix iuſtitiæ non de-
bet locupletari cum bonis alterius ſecundum
76 Dec. in l.penult.num.7. & 8. C.de pact. & ſi in
pupillis,& alijs, puta in Republica, & fiſco atten-
ditur qnod plus ab alio offertur, Afflict. in deciſ.
340. fallit tamen in Eccleſia, quæ ſolum iuſtum
pretium expoſcit Roman. in lo. cit.
77 Vndè ex prædictis forſan Laur. de Rodulph.in
d.c.ſine exceptione in q.46. dixit, quòd ſi res Ec-
cleſiæ fuit expoſita venalis, & liberata fuit minus
offerenti, quòd non eſt vtilis alienatio, quia debet
fieri in meliorem condirionem, & non deteriorẽ,
quæ dicitur quando minus offerenti liberatur ſe-
cundum Abb. in cap.ad aures num.4.de reb. Ec-
78 cleſ.nõ al. tamen hoc procedit quando adfuit lę-
ſio in dimidia iuſti pretij, tunc enim Eccleſiæ læſę
datur reſtitutio, quia ſi eſt licitum ad inuicẽ deci-
pere, c.eum cauſa, & c.cum dilecti de emption. &
venditio. non tamen vltra dimidiam iuſti pretij,
79 dd. cc. & l.2. C. de reſcin.vend.in tantum quòd
ſi ſolemniter eſſent venditæ res, ſed conſtat enor-
mis læſio datur Eccleſiæ reſtitutio in integrum,
quàmuis contractus valeat, Guid. Pap. in deciſ.
559.& Rodoan.in cit.tract.in d.tit.de reſtit. in in-
tegr.in q.78.cap.1. num.5.
80 Sed hoc non immeritò, quia iuſtum pretium,
qđ Eccleſia expoſcit nõ poteſt cenſeri per ſubha-
ſtationem, quoniam illud ex ea non poteſt colligi,
neque illud pretium, quod ex ſubhaſtatione elici-
tur attenditur, l.ſi quos, C. de reſcind.vendit. cum
liquando illę ſubhaſtationes ſoleant eſſe animo-
ſæ, vel ratione affectionis rei, quæ affectio decem
modis cadere poteſt, primò ratione coniunctio-
nis ſanguinis ex ca ſe, ſecundò cauſa amicitię, ter-
tiò cauſa vtilitatis, quartò eo quòd fuit maiorum
noſtrorum, quintò, quia fuit in ea domo educa-
tus, ſextò, ſi ibi anteceſſores deceſſerunt, ſeptimò
ſi ibi adſunt maiorum anteceſſorum imagines,
vel ſepulchra, octauò quia magnam affert com-
moditatẽ, nonò ratione vicinitatis, decimò quan-
do is habet rei meæ notitiam, vt per Maſcard. de
probat. concluſ.656. num.39. vel vicinitatis, vel
per odium conquęrentis, vt in fonte dixit Domi-
nus de Franchis in deciſ.54.num.5.& 6.& Tiraq.
in tract.de retract.fol.240. in prima impreſs. ex-
vel ex cauſa alicuius indiuidui iuſta ignorantia in
Papa cadere poteſt,vt Menoch. retulit lo.cita.nu.
179 124. nam obliuio in his Principibus in negotijs
intricatis arguitur,vt ipſe in caſ.26.nu.4.tradidit.
180 ſicuti quòd neque in notorijs requiritur citatio
partis ſecundũ Grãmat.in deciſ.65.nu.9.neq; re-
181 quiritur proteſtam.ſecundũ Ferret. in conſ.56.
nu.3. vol.1. vndè ſi menſa Epiſcopalis hodie vult
allegare quod fructus menſæ Epiſcopalis illo tẽ-
pore non erant tenues,ſed ſufficiebant ad reducẽ-
dũ ad culturã tenetur probare,l.actori,ff. de pro-
182 bat.quoniam neganti incumbit onus probandi
quando negatiua eſt fundamentum ſuæ intentio-
nis,licèt aliàs eſſet improbabilis,l.actor C.de pro-
bat.& Bar.in d.l.ſi vero,§.1.ff.qui ſat.cog.& Abb.
in c.bonæ memoriæ,lo 1.col.6.de elect. & l. item
ait prætor,& l.ſeq.cum gloſ. & Bart. ff. ex quibus
cauſ.maiores, vbi dicunt probandum eſſe oratio-
nem negatiuam per fundantẽ in ea latè Maſcard.
de probat.concluſ.1087.vol.2.cũ not. per Marãt.
in rep.l.ſi actor num.77. ff. de Procurator.
183 Similiter,& ibid.Marant. nu.78. format allam
quæſtionem de ſubſtituto petente admitti ad ſuc-
ceſſionẽ pupilli decedentis, quòd ſufficit probaſſe
eſſe ſubſtitutum pupillariter pupillo per teſtamẽ-
tum patris pupilli,& probaſſe illum eſſe mortuũ,
cui fuerat ſubſtitutus, non tamen probauit, quòd
mortuus erat in pupillari ætate refert benè pro-
baſſe,& eſſe admittendum ad ſucceſſionem pupil
larem per conſil.Soccin. 29.col.4.vol.1. & allegat
184 etiam gloſ. in clem.fin.in gloſ. penult. in fin.de
reſcript.vbi eſt ſimilis caſus, nam prouiſio Papæ
dę beneficio vacaturo non ſe extendit ad benefi-
cium vacatum poſt datam illius Bullæ, vt dicit di-
cta clem. in fin. pone quòd beneficiatus petit ſe
inueſtitiri de aliquo beneficio vigore dictæ pro-
uiſionis probauit conceſſionem ſibi factam de be-
neficio vacaturo, item probauit illud beneficium
vacare, nõ tamen probauit eſſe vacatum ante da-
tum Bullę,prout requiritur,quęritur an obtineat,
& dicitur ibi quòd ſic,quia probando illa duo ha-
bet ſuam intentionem fundatam quare incumbit
aduerſario onus probandi,quòd fuerit vacatum
poſt datam,ſed Alex.in conſ. 172. nu.6.vol.2. vi-
detur diſcrepare in hoc vbi vide.
185 Et ad rem deciſ.Rotæ in nouis 292. non teneri
beneficiatum impetrantem aliud beneficium de
iure canonico exprimere valorem alterius bene-
ficij,ſi tamen expreſſit tenetur illum probare, cũ
186 ſe aſtrinxit ad illud probandum,faciunt notata
per Caſtrenſ.cum Alex.in l.1.ff.qui ſat.cog. de eo
qui ſe arctauit dare fideiuſſorem ſi liberatur iura-
toria cautione dicendo non poſſe illum inuenire,
& Frec.de præſent.inſtr.in 1.par.q.6. & hoc quã-
187 do à parte negaretur, quòd valor expreſſus non
eſt tanti pretij, ſi vero valor per partem non ne-
garetur non tenetur hoc probare,nec crederem
proceſſum per hoc nullum, ſiuè iniuſtum dum-
modò de alijs ſubtilibus plenè conſtaret, ſunt iſta
formalia verba illius deciſ. ſed Menoch.de arbitr.
iud.caſ.201.num.41. dicit reſcriptum hoc quan-
do eſt gratioſum pro beneficio obtinendo eſſe
ſubreptitium,ſi non exprimit aliud beneficium
multis modis extendens, vndè cum fuit citatus
procurator Epiſcopi in ſecunda informatione,
in qua nihil oppoſuit, & facta illa citatione poſt
tempus proceſſum fuit ad receptionem teſtium,
& ad ſecundum appretium,& ad decretum in ip-
ſa Ciuitate præſumitur illa diſcuſſio facta,cum
pars nihil oppoſuit, & credendum eſt decreto,
188 etiam quò ad ſolemnitatem, cui partes,neque
Iudex renunciare poſſunt expreſsè,nam tacitè ſic
poſſunt renunciare,& non poteſt allegari contra-
rium, niſi probetur, videndus eſt omninò Aimo.
Crauett.de antiq. tempor. in 2.par. num.22.cum
pluribus ſeqq. eò magis, quòd ibidem Crauett.
num.29. dicit, quòd præſumitur pro Iudice iu-
dicante quando eſt ſolemnitas, quæ poteſt inter-
uenire tempore ſententiæ, vel decreti, & cum eo
Felin.in d. cap.ſicut num.27. & 33.de re iudic.&
quãdo ijdem teſtes idem, & totum factum depo-
ſuerunt, vt erat in præfatis.

Non obſtat ſimiliter,& quartũ,ꝙ culpa Præla-
torũ res deterioratæ sũt,Doctoris argumentũ nõ
ſubſiſtens,peccata.n.ſuos debent tenere authores,
& pęna ſuũ ſequitur fautorẽ,l. sãcimus,C.de pęn.
Rom.in ſing.602.verũ eſt dicere, quòd bona Ec-
cleſiæ debẽt augeri,& meliorari,& nõ deteriorari
auth.qui rem,C.de ſacroſ.Eccleſ.Nicol.Reuſner.
deciſ.1.num.21. & ſeqq.par.4.tamen pœnam pati
debet ille, qui bona deteriorauit, prout reſpondit
Conſultus Vclaſc.conſultat.101.num.5.lib.1.in
Epiſcopo, ſic tex.in c.quicunque 12.q.4.& d.Ni-
col.Reuſner.d.dec.1.n.59. vndè,& ſi Epiſcopi de-
teriorauerunt, & relinquerunt bona deſerta agat
menſa Epiſcopalis contra hæredes,& bona illorũ
Prælatorum, non autem contra legitimos, & iu-
ſtos detentores cum ſolemnitate,& vtilitate mẽſæ
Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopalis, prout Eccleſia ſemper agere poteſt
pro damno illato contra illorum hæredes gloſ. in
cap. Epiſcopus 12.q.2.& not. Innoc. in cap. cum
in officijs de teſtam.& Archidiaconus in c. placuit
el 2. 16.q.3.& Rodoan. de rebus Eccleſ. non alien.
in tit. quæ ven. app. alien. quæſt. 2. cap. 7. nu. 7. cum
ſeq.& in q.3. in tit. de reb. Eccleſ. non alien. nu. 53.
cum ſeqq. & in tit. de caſibus in quibus fit alien.
rer. Eccleſ. ſin. ſol. quæſt. 51. cap. 4. ſic diſtinguens
quando poteſt Prælatus Eccleſiæ ſuæ obeſſe, quòd
ſi Epiſcopus contrahit cum aliquo licitè, cum cō-
ſenſu Papæ, & ſeruatis ſolemnitatibus poteſt Ec-
cleſiæ præiudicare, quia in quærendis poteſt gra-
uare Eccleſiam adijciendo conditiones, & pacta
contra ſolitum Eccleſiæ cum conſenſu tamen
ſuperioris, Armilla in Abbate loquitur in ver.
189 donatio in §.3. nam Epiſcpi cōtrahendo in quę-
rendis, & procuratores, & alij habentes liberam
adminiſtrationem poſſunt præiudicare Dominis,
& Eccleſiæ l. contra Iuris, §. ſi filius, ff. de pact. & l.
apud Celſum in §. in hac ff. de except. doli cum ſi-
mil. & gloſ. in c. fin. 16. q. 6. Paul. de Caſt. & alij in
l. præſes C. de tranſact. & in l. 1. in fin. ff. de donat.
& eſt caſus in Epiſcopo in c. verum cum gloſ. de
condit. appoſ. Creme. ſing. 125. Lup. in rep. rub. de
donat. inte. vir. & vxor. in §. 47. à num. 7. cum ſeq.
Maſcard. de probat. concluſ. 367. num. 15. cum ſeq.
Vrſil. ad Afflict. in deciſ. 168. num. 3. Iaſ. in l. lega-
tum num. 21. ff. de legat. 1.
190 Si verò Epiſcopus aliud agit, & tunc in quærē-
dis poteſt, vt dixi, In quæſitis, & tunc aut negli-
gendo, & poteſt præiudicare Eccleſiæ puta con-
tra ſe patiendo præſcribere auth. quas actiones,
C. de ſacroſ. Eccleſ. ſi autem deteriorat rem Ec-
cleſiæ, tunc Eccleſia contra eum habet actionem
pro refectione damni, etiam contra eius hæredes;
emptores enim, qui legitimè contraxerunt quo-
modo inquietari poſſunt non video, quæ lex di-
cat, immò perfecto contractu non eſt attendenda
alia oblatio cum maiori vtilitate, quia ſat eſt eſſe
factum contractum cum ſolemnitate, & euidenti
vtilitate ſecundum Afflict. in deciſ. 340. & in ter-
minis Caualcan. in deciſ. 40. num. 31. 3. par. ait eſſe
finem hoc caſu litibus imponēdum ſequuta diu-
turnitate temporis annorum quinquaginta, vt
191 dicitur de Ciuitate vendente rem ſuam legiti-
mè l. 1. cum l. fin. C. de reb. ciu. vend. lib. 10.
Non obſtat, & quintum, quòd decretum debet
præcedere actum, vndè cum ſit ſubſequutum er-
gò, nam tria ſunt conſideranda, primò videndum
eſt huic delegato, quæ nam poteſtas eſt tributa
à Sede Apoſtolica, ſecundò ſi decretū poteſt ſub-
ſequi, tertiò, ſi peruerſio formæ vitiat actum, & ſi
ſolemnitas ſubſequens conualidat illum.
192 Ad primum dico, quòd verba reſcripti conſi-
deranda ſunt, vt cognoſcatur, quæ poteſtas ſit ei
tributa Dec. in conſ. 624. num. 3. Tiraq. in l. ſi vn-
quam ver. libertis num. 5. cum ſeq. Marant. ſuo
Specul. 4. par. 9. diſt. num. 6. & Bald. in l. illud §. 1.
num. 2. ff. quod cuiuſquam vni. nom. dicitur enim
in reſcripto circumſpectioni veſtræ cōmittimus,
quatenus vos de præmiſſis diligenter informetis,
& ſi per eandem informationem, locationem, &
conceſſionem præfatas ſi fiant in euidentem dictę
menſæ Epiſcopalis vtilitatem cedere reperieritis,
ſuper quibus conſcientiam veſtram oneramus, il-
las eiſdem exponenti faciendi licentiam, & liberā
concedatis facultatem, ac poſtquam factæ fuerint
illas, ac quæcunque Inſtrumenta deſuper confi-
cienda approbetis, & confirmetis ſupplētes, loqui-
tur enim reſcriptum in primo caſu de licentia
193 (ibi faciendi licentiam) non autem de decreto,
licentia enim interuenit antequam conceſſio ipſa
fiat, cum licētia ipſa actum præcedere debeat Iaſ.
in l. ſi quis mihi bona in §. iuſſum num. 31. ff. de
acquir. hæred. dum ergo requiritur antequam
fiat actus ſi de illa fit mentio in inſtrumēto, quòd
194 ex licentia delegati proceſſum eſt ad ipſum in-
ſtrumentum conficiendum præſumitur ex anti-
quitate temporis annorum 30. interueniſſe etiam
in tertij præiudicium c. peruenit, & ibi Ant. de
Butr. & alij extra de empt. & vend. Bald. in l. 1. ff.
de reb. eorū in ver. & an præſumatur, vbi dicit, qđ
ſi reperitur decretum in quo eſt facta enunciatio
ſolemnitatum præſumitur pro illo decreto, quòd
ſolemnitas illa interueoit, vt latius dicetur infra,
& hanc opinionem comprobauit Alex. & Ludou.
Roman. in l. ſciendum, & ibi plenè per Iaſ. & Ri-
pam, ff. de verb. oblig. & D. Georgius in alleg. 10.
num. 14. & 15.
195 Accedant notata per Aretin. in conſ. 36. caſus
talis eſt, quòd ſi in alienatione rei Eccleſiæ requi-
ritur conſenſus, & licentia Papæ ſi illa alienatio
fuerit facta, & nō apparet de illa licētia p̄ſumitur
ex antiquitate temporis interueniſſe per l. ſi filius
C. de pet. hær. eiuſdem eſt ſententiæ (licèt non al-
leget ipſum Alex. in conſil. 9. num. 7. & ſeq. vol. 3.
quòd præſumitur licentia Papæ in alienatione
196 rei Eccleſiæ neceſſaria ex antiquitate temporis,
ſubdens ibidem, quòd ſi filius vendidit rem patris
ex diuturnitate temporis præſumitur facta de li-
centia patris, & Paul. de Caſt. in d. l. ſi filius, quia
eſt quædam ſolemnitas extrinſeca iſta licentia
quę ex antiquitate temporis præſumitur interue-
niſſe, ſecundum Alex. in d. l. ſciendum, ver. item
fallit ſecundum, & Dec. in conſil. 436. num. 9. ait,
197 quòd ſi virtute ſtatuti requiritur licētia alicuius
officialis in aliquo actu faciendo ex diuturnitate
temporis præſumitur illam interueniſſe, & Alex.
in conſ. 101. lib. 7. num. 8. communem eſſe aſſerit,
& Rocch. de Cur. de iur. patron. ver. pro eo nu. 19.
198 ſequitur Doctor. dicentes quod præſumitur ex
antiquitate temporis cōſenſus Epiſcopi in aliqua
Eccleſia fundata, in qua adeſt forma Eccleſię ſi nō
apparet de conſenſu Epiſcopi, & Lambert. de iur.
patron. 2. q. num. 3. cum plur. ſeqq. 1. par. lib. 1. ar-
tic. 7. vbi infinita adducit, & in 1. q. 2. par. lib. 1. ar-
tic. 8. & latè Felin. in cap. ſicut num. 27. cum ſeq. &
199 num. 29. & num. 33. de re iud. vbi ait, quòd & ſi
ſolemnitas extrinſeca non pręſumitur niſi probe-
tur, quia eſt quid facti, l. quæcunque, §. fin. de publ.
in rem act. tamen ſi concurrunt aliquæ coniectu-
ræ, & indicia, præſumitur illa ſolemnitas ex tem-
poris antiquitate interueniſſe, & inter cæteras cō-
200 iecturas ponit primam quando illa ſolemnitas
eſt enunciata in aliquo Inſtrumento, & Alex. in
conſ. 218. nu. 8. & 9. vol. 6. Conſil. Georg. d. alleg. 10
201 num. 15. quæ potuit interuenire, in illo actu pręſ-
ſumitur allegat gl. ordin. in l. 1. C. de fid. Inſtrum.
lib. 10. & Bald. in l. optimam num. 1. ver. & ſic, C

202 de contrah.ſtipul.etiam in ſolēnitate, cui partes
renunciare non poſſunt,dum potuit adhiberi illo
tempore prę́ſumitur ex diuturnitate temporis al-
legat eſſe communem Aimon.Crauet.in tract.de
antiq.temp.in 3.par.la 1.num.15.cum ſeq.& in 2.
par. num.14. hanc eandem opinionem tuetur Iaſ.
in l.qui in aliena num.36.37.& ſeq.ff.de acq. hær.
& Bellon.in conſ.39.num. 4.etiam vbi expreſſa
203 licentia requiritur ſufficit antiquitas temporis
annorum 40. ad illam indicandam Ioan. de Ana.
in conſil.63.num.26.& latè Maſcard.de probatio.
concluſ.2.volum.1.nu,6.& 10. & ſic videtur malè
ſentijſſe Auend.de exeq.mand.1. par.c.12. nu.26.
non præſumi ex temporis antiquitate, vbi expreſ-
ſa licentia requiritur, & Muta in deciſ.72. nu.24.
204 Eò magis quòd quádo reperitur factus aliquis
actus in quo debet præcedere iuſſus,vel licentia
alicuius,& eſt ille factus cum ſcientia illius præſu
mitur eius licentia præceſſiſſe,vt actus valeat,ma-
ximè ſequuta temporis diuturnitate, multa alle-
gat Iaſ.in l. ſi quis mihi bona §.iuſſum num.5. &
num.17.ff.de acq.hæred. Afflict.in deciſ.107.in fi.
Crauet.in cit.3.par.num.18.& in 2.par. num.35.
Dec. in conſ.486. num.10.cum ſeq. Lambert. lo.
citat. num.7. d.art.7. ver. ſortifico modo, & Feli.
in d.c.ſicut nu.33.ver.7.vbi allegat Alex.in conſil.
373.qui corruptè eſt allegatus, cum illud dicat in
conſil.9.vol.2.vlt.col.vbi dicit,quòd ſi Epiſcopus
iurauit non alienare bona Eccleſiæ inconſulto
Papa non præſumitur eius licentia interueniſſe
in illa alienatione ſi non conſtat, vel expreſsè per
acta,vel tacitè per præſumptionem iuris, ſcilicèt
quòd ſi eſſet ſequuta diuturnitas temporis cum
illa alienatione,quia cōditio licèt ſpecificè ſit im-
plenda, & non per æquipollens,l.qui hæredi, &
Meuius,ff.de condit.& demonſt.& Intrigl.dec.43.
num.27.ipſemet tamen in deciſ.21.num.20.dixit
205 poſſe adhuc impleri præſumptiuè, & tempus,
annorum quatuordecim non ſufficit ad prę́ſumē-
dum illum aſſenſum,ſed requiritur tempus anti-
quum,quòd Iudicis facto remittitur,quod ſit tē-
pus antiquum, & tamen communiter Doctores
ſentierunt factum antiquum eſſe in iuribus Ec-
cleſiæ tempus annorum 30.vel 40.ſecundum vnā
peregrinam opinionem Crauet. in cit.3. par. vbi
ait ſufficere tempus 30. annorum ad illam præſu-
mendam,& Felin.d.c.ſicut num.31. Menoch. caſ.
82.num.3.dicit tempus decem annorum eſſe lon-
gum,& diuturnum, cum in Eccleſia requiratur
40. in caſ.3.dicit tempus 30. annorum eſſe lon-
gum,& Caualcan.in deciſ.8. num.23.2. par. ſolus
expoſcit tempus annorum 40. ſed Capy. dicit in
primo dubio,quòd diuturnitas temporis ſufficiēs
eſt ad illam præſumendum,vbi allegat tex.in c. ea
noſcitur, & ibi Ant. de Butr.& Abb.extra de his
quæ fiūt à præl. ſine conſ.capi. & ſic ſeruaſſe Sacrū
Conſilium,& ibi Doctores cum alijs quos ibi al-
legat dicunt eſſe tempus 30.annorū,& poſt ſcrip-
ta vidi doctiſſimum Conſ. Domini de Amato 63.
reportans iſtas rationes, & authoritates, & ſecun-
dum hæc deciſ. Regiæ Cameræ, addens eò magis
præſumi, quando fuit continuata ſolutio cenſus,
vt in præſentiarum fuit per annos ſexaginta, ac
etiam iuramentum delatum in inſtrumento con-
ceſſionis, quod facit præſumere omnes ſolemni-
tates interueniſſe Intrigl.deciſ.44.nu.30.ſic etiam
206 & Felinus in cit.cap.ſicut num.32.dixit,quòd ſi
reperitur factum teſtamētum à Cardinale in quo
enunciatur, quòd de licentia Papæ factum fuit,&
illa licentia non apparet aliundè,ſi cucurrit longū
tempus cum illo teſtamēto, & ſcientia Papæ pre-
ſumitur factum cum licentia Papæ,& illa licentia
præſumitur,quia notorium erat in Curia Roma-
na Cardinalem teſtatum fuiſſe, & dum non con-
tradixit præſumitur acceſſiſſe licentiam in illo te-
ſtamento, cum adhiberi potuit in illo caſu cum
teſtabatur in Vrbe, in qua degebat Papa.
207 Subdens Roland. à Valle in conſ.90. num.41.
volum.1.licèt hæc non allegat præſumi ſolemni-
tatem extrinſecam interueniſſe,ſi adhiberi potuit
in illo actu,vt puta quando enunciatur in Inſtru-
mento maiorem partem interueniſſe de homini-
bus Terræ,& Bar.in l.actor nu.8.ff.rem rat. hab.
iuncta deciſ.Capy.quarta,facit etiam ſingulare
dictum Sali.in l.autem in fine,C.vnde vi quem
ſequitur Dec. in conſ. 185. quòd ſi quis violenter
208 iuriſdictionis cępit poſſeſſionē in aliquo loco,
& poſſedit ſi per notabile tempus tenuit illum
locum in poſſeſſione, & noua conceſſione facta à
Papa in qua nihil dicitur de illa violēta poſſeſſio-
ne capta,licet non valeret talis conceſſio, quia
Papa ignorabat,ſi tamen tenuit per notabile tem-
pus præſumitur ſcientia illius,& tale vicium vio-
lentiæ toleratur quando vero ſimiliter ſcire po-
tuit,& Grammat.deciſ.103.num.34.
209 Et ampliat Felin. in d.c.ſicut nu.27. ver. & in-
tellige hoc procedere, etiam in ſolemnitate, cui
partes renunciare non poſſunt, vt eſt conſenſus
Capituli, qui requiritur cum ſubſcriptione in a-
lienatione rei Eccleſiæ,d.cap. ſine exceptione,
12.q.2. & tamen ſi enunciatur in Inſtrumento,
quòd conſenſus Capituli interuenit in illa aliena-
tione præſumitur interueniſſe,quia interuenire
potuit in illo actu,& probat hoc text. in d.c. ea
noſcitur,vbi Anton.de Butr.dicit, quòd licèt re-
quiratur conſenſus Capituli,tamen ille præſumi-
tur,cum ſimus in antiquis,& ſic etiam Abb.vide-
tur ſentire non contradicendo opinioni Ant. in
hoc capite,vt præſumatur conſenſus,etiam non
data certa ſcientia ex antiquitate temporis, idem
cēſuit Rota Neapolitana Capy.in alleg.deciſ.16.
in primo dubio,& Alex.in addit.ad Bar.in d.l. a-
ctor littera H.ff.rem rat. hab. & Rota Rom. in
nouis in deciſ. 373. & Dec. clarius in conſil. 409.
& Alex.in l.2.in §.voluntatem in princip. ff.ſolut.
matr.hanc eſſe magis communem refert, & Vrſil.
ad Afflict.in deciſ.308.num.15. & Maſcard. de
probat.in volum.1.concluſ.2.num. 10.& Amat.d.
conſil. 63.
210 Affertur,quòd ſi filius viuente patre rē aliquā
paternam per decennium poſſedit videtur dona-
ta à patre,quia dum ſciebat, & per tātum tempus
tacuit videtur conſentijſſe illi poſſeſſioni, & eius
licentia præſumitur ex illa temporis diuturnitate
d.l.ſi filius C.de pet.hær.& argum.text. in l.qui in
aliena,& ibi Fulgoſ. & Iaſ.ff. de acquir. hæred.&
Salic.in l.filiæ cuius num.11.ver.ſed hic quæro,C.
famil. erciſ.Iaſ.in l.quę dotis num.58.ff.ſol.matr.
& Dec.in conſ.232.num.4.Vrſill. ad Afflict. in
deciſ.308.nu.10.11.& 12. & not.Crauet.de antiq.
temp.

Digitized by Google

211 temp.in 3.part.nu.14. vbi dicit quod patientia
patris ex faciendo filium negotiare præſumere
facit emancipationẽ,facit dec.de Franch.x.prima
par.ad quam faciendam requiritur conſenſus pa-
tris,& quæ dixit Abb.in conſil.12.nu.5. volum.1.
212 quod ſi penes filium erat vſusfructus certo-
rum bonorum aduentitiorum patris, qui ad pa-
trem ſingulari anno pertinebat ſi pater eius vita
durante non exigit, ſed filius,& pater tacuit præ-
ſumitur ab initio conſenſus, & licentia patris, vt
illum percipiat,& fratres non poſſunt repetere in
diuiſione.

Neque extra rem dicere erit, quod filiusfam,
213 hodiè in Regno non poteſt contrahere ſine
expreſſo conſenſu patris iuxta pragmat. per ex-
cellentem ſi cum aliquo contraxit, & non appa-
ret de licentia patris, & alienatio diù facta eſt cũ
ſcientia,& patientia patris per talem longitudinẽ
temporis præſumitur eius licentia interueniſſe
ad validitatem actus,ſecundum Bald.in d.l. ſi fi-
lius,& Dec.in all.conſil.409. & Vrſil.ad Aff.in
dec.308.nu.14.15.& 16.

Similiter ſi eſt alicui conceſſa immunitas,& ex
214 longo tempore ei conceſſa apparet præſumi-
tur conceſſa cum ſolemni Ciuium conſenſu ſe-
cundum Roman.in conſi.162.in 3.dubio, quia
ſcientia ante actum,& patientia poſt ſequutum
actum, denotant licentiam interueniſſe in illo a-
ctu, maximè ſequuta poſſeſſione 30. annorum,
quæ erit ſufficiens, etiam non probata ſcientia
ante actum,quia ille præſumitur, vt dictum eſt ſu
pra, & notat Petrus Pech. in tract. de teſtam.co-
niug.in lib.3.in cap.5.num.4. & præſumi per de-
cennium conſenſum domini in inueſtitura prò
vaſſallo poſſidente Intrigl.dec.21.nu.19.& 21. &
dixi latius in tractat.de donat.2.par.cap.1. q.2.in
5.concl.

Et Felin.in d.cap. ſicut in loco citat. num. 27.
215 dixit ſic intelligi Bart. in d.l. ſciendum num.3.
& 4. qui allegatur quod extrinſeca ſolemnitas
non præſumitur ſi eſt talis, cui partes renunciare
non poſſunt,vt ipſe Barto. in eccleſia, & minore
ait ſi eſt enunciata in inſtrumento,quia alias ape-
riretur via fraudibus,quia Barto.ſe declarat,ſi eſt
talis ſolemnitas, quę non potuit interuenire tem
pore illius actus, ſecus ſi interuenite potuit, vt
eſt licentia delegata ad faciendum ſtipulari, quia
ſi enunciatur præſumitur interueniſſe, & Bal.d.l.
optimam d.ver.& ſic prima colum., ſic procedit
opinio Ange.in dict.l. quæcunque in §.interdum
ff. de publ. in rem act. vbi dicit quod geſta per
Prælatum non præſumuntur acta cum conſenſu
capituli,quia fallit,niſi hoc exprimatur per ſupra-
dicta, ſic etiam opinio Dom.in cap.1. prima col.
de rebus eccleſ. non alien. in 6. vbi dicit quod ſi
in inſtrumento alienationis narratur vtilitatem
vel neceſſitatem ſubeſſe non probatur per hoc
vtilitas,vel neceſſitas, niſi aliunde conſtet, nam
hoc eſt verum,quia hoc non poteſt conſtare tem-
pore actus geſti, ſed illud quod poteſt interueni-
re tempore actus facti ſi eſt enunciatum præſu-
mitur interueniſſe, & ſequuta eſt diuturnitas tẽ-
poris cum ſcientia illius ſecundum Felyn.in dict.
cap.ſicut num. 27. & peroptimè Soccin.in conſi.
35. volum. 1. dicens à nu. 54. vſque ad 57. quod
215 non tantum præſumitur ſolemnitas intrinſeca
ex temporis diuturnitate, ſed etiam extrinſeca
tempore celebrati contractus, cap.peruenit, el 2.
cum Gloſ. & Doct. de emptio, & venditio, quod
ſi prælatus diù fuit in poſſeſſione prælaturæ præ-
ſumitur quod legitima præceſſit inſtitutio,cap.2.
de his quæ fiunt à præl.ſin.conſenſ.cap.& per Ia-
ſo. in repet.l.admonendi ff.de iureiuran.nu. . . ,
& in l.aliquis,C.de iur.delib.nu. . . quod ex an-
tiquitate temporis conſenſus præſumitur inter-
ueniſſe,quod ſi apparet ſcriptura, in qua ſolemni
tas extrinſeca non fuit deſcripta, tamen ex anti-
quitate temporis videtur præſumendum plus eſ-
ſe ſcriptum quam ſit ratione antiquitatis tempo-
ris reſpondens ibidem Soccin. etiam ad text.in
216 clement.prima de rebus eccleſ.non alien.quod
alienatio facta ad vitam ſine debitis, & requiſitis
ſolemnitatibus non tenet,& tamen quia illa alie-
natio erat temporalis poterat valere, nam illud
non procedit, quando contractus fuit vtilis Ec-
cleſiæ,quia & ſi ſolemnitas deſit, vtputa conſen-
ſus Capituli,tamen ob diuturnitatem temporis,
quia tanto tempore tacuerunt videtur appro-
baſſe, & confirmaſſe, dum non contradixerunt
per tempus annorum 40. per cap. primum, 2. &
3.de his q.fi. à præla. dicens hoc non negare text.
in cita. clement. 1. & ſic etiam ipſe declarat in
conſi.29.num.21.volum.1.quod & ſi ſolemnitas
non præſumitur ex temporis antiquitate ſi eſt ta-
lis,cui partes renunciare non poſſunt,vt in Eccle-
ſia,& minore non procedit quando erat in dam-
num Eccleſiæ, & quando non potuit interuenire
in illo actu,quia tunc probanda eſt ipſam allegan
do, ſecus ſi contractus fuit vtilis, & adeſſe potuit
tunc præſumitur ex antiquitate temporis, & bel-
liſſimè Felyn.in dict. cap. ſicut num. 33. dicens
conſuluiſſe in Ciuitate Lucæ, & habuiſſe magnũ
honorem,quoniam ipſa ſolemnitas adhiberi po-
tuit in alio inſtrumento ſeparato,& ideò ex anti-
quitate temporis præſumitur ſi illa fuit enuncia-
ta in vno inſtrumento, & ponit exemplum in li-
centia, quæ requirebatur ad validandum teſta-
mentum Cardinalis,quia poſuit interuenire in
illo actu contemperaneæ,& potuit fieri,& dari in
alia ſcriptura ſeparata ideò data eius ſcientia ex
antiquitate temporis præſumitur interueniſſe
hoc idem Corn.in conſil.pen.colum.fin.lib.1. &
Crauect.de antiquita.tempor.in 2.part. num.56.
ver. dictum tamen,& in nu.35.& 36. intelligen-
do quando apparent multa enunciata in vno in-
ſtrumento, de quibus non apparet, vndè quia ro-
gari potuit alius Notarius, & non ille ex antiqui-
tate temporis præſumuntur illa interueniſſe Ca-
ualcan.in deciſio.46.num.228. in additio. in pri-
ma part. & Decius in conſil. 409. num. duodeci-
mo.
217 Et quamuis Paulus de Caſtr.in conſi.81. lib.2.
in ver. & ſi dicatur dixit quod illa præſumptio,
quæ oritur ex antiquitate temporis quod præſu-
mantur ſolemnia interueniſſe non habet locum
quando acta reperiuntur, ex quibus apparet ſo-
lemnitatem requiſitam non interueniſſe,& illa
præſumptio antiquitatis tollitur per euidentiam
218 facti,& ſic quando apparet titulum eſſe vitio-
ſum nihil proficit præſcriptio, Viſcon. ad Franch.
dec.

Digitized by Google

dec. 56. Capiblanc.de Baron.pragm.1. num.164.
Maſtrill.de magiſtrat.lib.1. cap.19. num.28. ta-
219 men ad illud conſilium diuerſimodè reſponde-
tur, primò quod præſumitur pro enunciatis per
Notarium de ſolemnitatibus adhibitis in illo a-
ctu, qui ab eo ſtipulatur quando ſunt ſpecificè
enunciatæ, & non in genere, nam tunc credendũ
eſt ſequuta temporis eo magis diuturnitate quod
illę ſolemnitates acceſſerunt ſic dixit Crauet. de
antiquitat.tempor.in 2.part.num.34.35.& 36. &
Felin.in dict.cap.ſicut,num.27.& 33. igitur dum
fuerunt ſpecificè enunciatæ præſumendum eſt il-
las interueniſſe ex antiquitate temporis annorũ
30. Crauett.lo.cit.Iaſo. dict.l.ſciendum,num.14.
ff.de verbor.obligat.& Cacher.in dec.173.nu.10.
220 vbi licet dicat in num. 11. hoc intelligi quan-
do ipſe Notarius referat ipſas ſolemnitates ſpeci-
ficas,non autem quando refert ſub verbo aſſeren
tes partes ipſę,quia illa aſſertio partium non ope-
ratur circa ea à Iure prohibita, niſi ſpecificè ap-
pareant l.ſi fortè, ff. de Caſtr. Pecul. & l.ſi dona-
tione,C.de collat. vbi Barto.& Docto.& Crauet.
in cit.2.part.num.41. Cacheran. in deciſio. 172.
& Caualca.in deciſio.46.in num.129.& Burſatus
in conſil.151.num.119. & ſequ.volum.2. & Ro-
land.à Valle in conſil.15.volum.1. Velaſcus con-
ſult.89.num.2. nam hoc eſt verum, ſed nos ha-
bemus aſſertionem Notarij ſpecificam de ſolem-
nitatibus, quæ probat ſecundum Crau.d.num.35
dum eſt ſpecifica,& non generica,& ſic intelligẽ-
dus eſt Grammar.deciſio.79. num. 16. habemus
etiam cum illa aſſertione ſolemnitatẽ,& antiqui-
tatem temporis annorum 50. cum pacifica poſ-
ſeſſione, & ſolutione cenſus, ob quam temporis
diuturnitatem præſumuntur ſolemnitates, etiam
ſi non ſunt enunciatæ nec ſi de eis acta apparent
ſecundum Crauet.lo.cit.num.36.& Dec.in conſi.
341.num.13. & Capy.in deciſio.16. in 1. dubio,
& Amat.d.conſi.63.nu.12.& 13. habemus etiam
& aliam informationem poſt inſtrumentum
captam cum citatione Procuratoris Epiſcopi,
qua capta fuit confirmata illa conceſſio, & illud
221 Inſtrumentum cum omnibus in eo enuncia-
tis,vndè habetur ita,ac ſi ipſe Iudex ſpecificè con
firmaſſet omnes illas clauſulas,& verba in illo in
ſtrumento contenta,ſic dixit Decius in conſi.341.
num. 6. & inter cætera contenta in illo Inſtru-
mento ſunt ſolemnitates enunciatæ ſpecificè per
Notarium,& decretum ipſius delegati confirmã-
tis de euidenti vtilitate, & de licentia alienandi,
vndè credendum eſt huic aſſertioni Iudicis in
ſpecie factæ quando concurrit aliqua præſum-
ptio cum illa Iudicis aſſertione, ſic dixit Crauett.
in cit.2.par.num.22. interpretando, & limitando
conſil.Paul.de Caſtr.38.lib.2. & ibidem num.23
dicit quod præſumptio eſt quando profertur de-
cretum parte præſente,vel contra eam contuma-
citer procedente, quia tunc præſumitur dum par
tes acquieſcunt vera eſſe illa enunciata, & in nu.
36. dicit quod credendum eſt ſententiæ quando
eſt de antiquo,licet acta non referat Gramm. de-
ciſio.24. vndè cum ſequuta ſit diuturnitas tem-
poris annorum 50.in hoc caſu credendum eſt illi
aſſertioni eò magis quia poſt inſtrumentum de
prædictis latius conſtat per acta celebrata ad ipſo
rum beneficium, vndè quod eſt ex conſequenti
222 præſumitur eſſe de antecedẽti latè Rodoan. de
rebus Eccleſ.non alien.quæſt.23. num.75. cum
ſequen. & dum capta eſt ſecunda informatio ci-
223 tata parte, & eſt elapſum tempus annorum
30. Eccleſia non eſt vlterius audienda Rota. in
deciſio.229.& 230. in nouis, & eadem Rota in
antiquis deciſio. 264. dicit hanc opinionem eſſe
tenendam tanquam æquiorem, & eandem aſſe-
cuti ſunt Bald. & Paul.de Caſtr.in l. cum hi, §. ſi
prætor, ff.de tranſact. & contra illud conſil. Paul.
38. communem eſſe refert Soccin. in conſil. 115.
circa primam quæſt. in primo dub.lib.1. ipſamq;
ſequutus eſt poſt multa dicta Alex.in l.ſciendum
num.26.ver. item fallit,ff.de verbor.oblig. & in
conſil.125.num.9.volumin.1. dicens conſil.Paul.
224 alleg.non obſtare, ex quo in dubio Ius præſu-
mit pro geſtis ab officiali, nec obſtat dicta lex ſi
fortè, quia non eſt idem in Iudice, pro quo lex
præſumit, ſicut eſt in parte, in qua præſumitur
colluſio,vt idem Crau.dict.2.par. num.20. tenet
etiam,& allegat Alexand. lo.citat. & ſufficit ex-
primere quod cauſa cognita ſit probatum decre-
tum ſecundum Alex.in d.l. ſciendum numer.26.
ver. ſed ita eſt,& Crauett.lo.citat.num.9 & 10.&
reprehendit Bart. Alex.in loco citat.num.28. di-
cens Bar. non conſideraſſe authoritatem Iudicis,
quam Alexand. opinionem aſſecutus eſt Neapo-
dan.ſuper conſuetud. Neap.de reſtitut. in integr.
& videre eſt Crauett. latè lo. citat. nu. 14. cum ſe-
quent.

Vel alio modo reſpondetur quod illud conſil.
225 Paul.non procedit quando ab aduerſa parte
productum fuit inſtrumentum venditionis, in
quo enunciantur banna requiſita praceſſiſſe, ex
qua productione pars aduerſa videtur tacitè con-
fiteri omnia contenta in dicto inſtrumento ſecun
dum Innoc. & Abb. in cap. cum Venerabilis, &
ibi Dec.de excep.Bar.Bal.& Iaſ.in l.error,C.de
Iur.& fa.ignor.

Vel etiam reſponderi poteſt cum Felin.in cita.
226 cap.ſicut nu.33. quod contra illud conſil.Paul.
tenuerunt Ancharan.in conſil.130. Alex.in con-
ſil.79.lib.primo,& conſil.9.lib.1.& in dict.l.ſcien-
dum num.26.27.& 28.& in conſil.125.numer.9.
volum.1. Socc. in conſil. 15. volum. 1. & alij, vt
ipſe Felin. refert, quia illa deciſio Pauli licet fa-
ciat præſumptionem, non tamen videtur tollere
contrariam opinionem inſurgentem ex antiqui-
tate temporis,& ſequitur Dec. in conſil.341.nu-
mer.13. dicens conſil præalleg. Pauli 38. & aliud
quod eſt conſil. 48. in cauſa quæ vertitur non
procedere concurrente poſſeſſione,& antiquitate
temporis annorum triginta,quia per tale tempus
præſumũtur ſolemniter celebrata,& tollitur om-
ne vitium, & omnis defectus, qui poſſet allegari
in contractu Eccleſiæ, ſic etiam cenſuit Sacrum
Conſilium Neapolitanum refert Capy.in deciſio.
16. in primo dub. & Rota Rom. in nouis in dec.
373. & in antiquis 264.

Licet ſic diſceptatur inter Doctores quomo-
227 do intelligenda ſit illa opinio Paul. de Caſtr.
in all.conſil.81. & 48. nam Dec. in alleg. conſil.
341.num.13. intelligit procedere quando produ-
citur inſtrumentum venditionis, in quo nullate-
nus

Digitized by Google

nus ſolemnitates enunciantur, tunc ait ipſe adhuc præſumuntur ipſæ ſolemnitates ex temporis antiquitate interueniſſe, quia potuit eſſe, quòd in alio inſtrumento fuit illa ſolemnitas adhibita, & ſic Paul. malè fuiſſe loquutum non præſumi ſolemnitates interueniſſe, ſi in inſtrumento non fuerunt enunciatæ, & hoc idem dixit Dec. in conſil. 558. nu. 7. quòd ſi præſumuntur ſolemnitates ob temporis antiquitatem ſi non fuerunt enunciatæ in inſtrumento, quanto magis ſi enunciatæ fuerunt, & allegat Felin. in cit. cap. ſicut num. 33. & idem Dec. hoc tenuit in conſil. 409. num. 11. & 12. quòd præſumitur ſolemnitas ex antiquitate temporis interueniſſe, etiam ſi non fuit enunciata, quia potuit per aliud inſtrumentum interuenire, quod nō apparet, ſed præſumitur, & Socc. in conſ. 15. nu. 56. verſ. & eſt quid ſingulare vol. 1. refert, ꝙ eſt quid ſingulare, vt propter temporis diuturnitatem licèt appareat deſcriptum in qua ſolemnitas extrinſeca non eſt deſcripta, tamē præſumendum videtur plus eſſe ſcriptum, quàm quòd in ea ſit ratione diuturnitatis temporis, ſecundum ea quæ habentur in l. errore, C. de teſtam. & ſecundum hanc Decij opinionem Rota Romana cenſuit, vt Dominus Paulus Staibanus, & Venerādus meus Genitor V.I.D. D. Lucas Matthæus de Apicella referunt ad apoſtillā Dec. cōſ. lo. cit. & Rot. in nouis deciſ. 373. & 264. in antiquis cenſuit præſumi ſolemnitatem neceſſariam requiſitā à iure ex diuturnitate tēporis, & in S.C. ipſemet D. Staibanus obtinuit in cauſa Sancti Petri ad Ara cum Sācto Iacobo delli Spagnuoli Actuario Figliola, quæ fuit poſtea per Rotam Romanam confirmata præſumi ſolemnitatem extrinſecam in alienatione rei Eccleſiæ ob curſum 30. annor. & communē eſſe aiſerit Iaſ. in d. l. ſciendū n. 16. ff. de verb. oblig. etiam ſi ſolemnitas non fuit enunciata in inſtrumento, & in d. l. qui in aliena à num. 35. cum ſeq. Gram. deciſ. 81. nu. 12. cum ſeq. & D. Reg. Valéz. in conſ. 18. nu. 20. & 21. & D. de Amat. d. conſ. 63. nouiſſimè refert deciſ. Reg. Cam. Sum. & eſſe cōmunē opinionē teſtatur Intrigl. in dec. 44. nu. 28. & 29. referens viros maximè authoritatis, tàm in conſulendo, quàm in iudicando.

228 Fuit etiam alio modo intellectum illud Conſilium Pauli, ſcilicèt, quando enunciatur ſolemnitas in ipſo Inſtrumento non tamen debito modo, ſed ineptè, tunc cum ex rei euidentia contrarium pateat præſumptio antiquitatis non opitulatur, & hæc eſt verior, quia apparente inualiditate tituli non poteſt fundari præſcriptio, vt Viſcōt. ait d. deciſ. 56. Velaſc. conſult. 95. Capiblan. lo. cit. Gram. lo. cit. nu. 14. & deciſ. 79. nu. 21. D. de Pont. in prælud. feudali. lett. 1. num. 97. & 98. car. 16. in meis, & Intrigl. in deciſ. 43. nu. 58. & 60. & præcedens interpretatio procedit, quando nullo modo ſolemnitas fuit enunciata, tunc quia nō conſtat de ineptitudine potuit eſſe, quòd per alia Inſtrumenta tēpore contractus actum fuit legitimè ſecundum Felin. in d. c. ſicut nu. 33. verſ. benè etiam fateor, & Crauet. de antiq. temp. in 3. par. la 2. nu. 31. car. 116. à ter. & idē Dec. hoc declarauit in conſ. 37. ver. 2. reſponderi poteſt, dicens, quòd, & ſi antiquitas temporis tollit omne vitium, & defectum, procedit quando ſolemnitas non fuit enunciata in eo Inſtrumento, ſecus ſi enunciatur, ſed ineptè, &
non debito modo, tunc cum ſimus in claris non
indigemus coniecturis, & notorium eſt, quod ex
actis apparet ſecundum Gram. in conſ. 1. de foriu-
dicat. nu. 34 & ſic reſpondit Velaſc. conſult. 85. in
fine, & Amat. d. conſ. 63. nu 6. & Intrigl. d. dec. 43.
num. 58. & 60. & ideò in notorijs ceſſat præſum-
229 ptio iuris, vt dicitur de ſententia à qua non fuit
appellatum præſumitur pro illa, quòd citatio in-
teruenit ſi de ea fit mentio, licèt ex actis non con-
ſtet, ſi tamen conſtat, ſed ineptè, vel non debito
modo talis præſumptio ſententiæ nō releuat dum
contrarium patet ex actis ſecundum Bar. & Iaſ.
in l. 4. §. condemnatum num. 8. ff. de re iud. & Me-
noch. in caſu 4. in fine, & ſic legēdo omnes autho-
ritates Decij in alleg. conſilijs videtur, quòd ſem-
per eſt in opinione, quòd præſumitur ſolemnitas
etiam non enunciata ex antiquitate temporis, nō
autem quando conſtet ineptè eſſe enunciatum, &
ſic ſi Crauet. in cit. num. 31. dixit, quòd Paul. non
meruit reprehendi à Dec. in alleg. conſil. 341. &
558. quia Paul. ibi ſentijt non præſumi ſolemni-
tatem inepto modo enunciatam, neq; meruit re-
prehendi Dec. ab eo, ex quo in locis citatis non
230 contradixit, nec ſibi fuit varius, prout eſt Bal. in
difficili quæſtione ſecundū Iaſ. in l. pen. nu. 60. C.
de iur. emphyt. cum ſemper fuit in opinione ſo-
lemnitatem præſumi ex antiquitate tēporis, etiā ſi
non fuit enunciata, ſi in alio actu, & per alium a-
ctum ſeparatū præſtari poterat, vel ſi poterat in-
teruenire illo tempore, & antiquitas temporis nō
opitulari ſi inepto modo fuit enūciata, & Cache-
ran. in deciſ. 172. nu. 7. & Afflict. dec. 107. Et Ve-
laſc. conſultat. 5. in fine, & ſic eſſe ſentiendum
Auend. de exeq. mand. Reg. 1. par. c. 12. nu. 26. cū
conſ. Caſtr. ſicco pede tranſeuntem.

231 Ex quibus enim authoritatibus clare liquet, &
præſertim à Fel. in d. c. ſicut, & à Dec. in cit. con-
ſil. 409. 486. 558. præſumi eò magis ſolemnitatē,
& conſenſum illius qui debet conſentire, ſi de eo
habuit notitiam, & fuit ſequuta diuturnitas tem-
poris cum eo, & à Soccin. in cit. conſ. 15. nu. 56. cō-
232 peritur præſumi eo magis ſi contractus fuit vti-
lis Eccleſiæ, & in dubio ſemper videtur præcede-
re actus, qui facit vtrumq; valere quando non ap-
paret ſecundum Felin. in c. paſtoralis num. 5. verſ.
ad indemnitatem de reſcript. Iaſ. in Rep. l. admo-
nendi num. 195. ff. de iur. iur. & Guid. Pap. in dec.
151. vndè vera concluſio Doctorum ſupra relata
concurrentibus his indicijs præſumuntur inter-
ueniſſe ſolemnitates illæ, Alex. in conſ. 101. lib. 7.
& in conſ. 79. lib. 1. Dec. in conſil. 558. nu. 7. & 486.
nu. 11. & 12. & 409. & Felin. in d. c. ſicut nu. 27. 29.
& 33. Capy. in dec. 4. nu. 28. 29. & 30. pulchrè per
Ferret. in conſil. 238. num. 12. & ſeq. car. 101. dicit
eſſe communē, & Hieron. Gabr. in conſ. 88. n. 14.
& ſeqq. car. 101. dicit eſſe communem Iaſ. quoq;
communem eſſe teſtatur N. ex ſolo curſu tēpo-
ris annorum 30. præſumi ſolemnitatem etiam nō
enunciatam in Inſtrumento in d. l. ſciendū nu. 16.

233 Ad quę conferunt, quòd vbi duo proponuntur, quæ videntur contraria, & ſimul ſtare nō poſſunt conditionaliter propoſita videtur vnum in defectum alterius ſecundum Innoc. & Abb. in c. auditis ver. & dicit hic Innoc. de præſcriptio. ſtat ergò

in

in præfatis vnum, vt præcedens, quod preſumitur
de ſolemnitate adhibita, alterum, vt ſubſequens
confirmatorium vtrumq; validans, Dec. in conſ.
341. num. 7. verſ. primus eſt, quod ſi conceſſio, &
Bart. l. more maiorum, num. 5. Bald. num. 3. Alex.
num. 11. & 12. & cum eo Curt. Dec. nu. 22. & ſeq.
Iaſ. num. 26. cum ſeq. ff. de iur. omn. iud. Et ſic eſt
intelligendus Oldrad. in conſ. 164. ipſo priuilegio
cum alijs alleg. per Iacob. de Franch. in rubr. qui
234 ſucceſs. feud. da. te. n. 2. & 3. vbi dicunt, quòd qui
confirmat, nihil de nouo dat, neq; dare intendit,
niſi prius habitum confirmare, quare ſi prima
conceſſio non valet, neq; tenet confirmatio, nam
illud procedit, quando ſucceſſor prælatus eſt ligatus
ſeruare ſolemnitates, vt prædeceſſor, nam cõfirmando
videtur dare, vt prædeceſſor, & ſi illa
non valet, neque ſecunda, ſecus autem in delegato
Papæ, qui poteſt ex poteſtate tributa dare licentiã,
& illam cum conceſſione confirmare, quia
ſemper eſt eadem perſona, & eandem poteſtatem
habet validandi, tum etiã illud non procedit quãdo
is qui confirmat eſt in eius poſſe actum infirmare,
quia ſi confirmat animo confirmandi actum,
ſi ille eſt nullus ipſe dicitur dare, vel quãdo
primus eſt imperfectus tunc dicitur perficere ſecundum
Iaſ. d. l. more num. 26. cum ſeq. poſt Bart.
ibi Dec. num. 24. cum ſeq. latè Camerar. c. imperialem,
prima concluſione, car. 42. vt eſt in præſenti
quæſtione cum delegatus habeat poteſtatem
vtramque vt infra, vt dicimus in ſententia, quæ ſi
235 declaratur nulla ex aliquo ſi habet iuſtitiã poteſt
ab eodem Iudice confirmari, & de nouo dari
236 Anna alleg. 93. n. 7. delegatus enim vtramq; habet
poteſtatem, ibi (illas eidem exponenti faciendi
licentiam liberam concedatis, & facultatem)
237 illa enim licẽtia ante Inſtrumentum dari potuit
238 à delegato, etiam extraiudicialiter ſe informando,
quia fungitur vice delegantis, & quæ poteſt
delegans poteſt, & delegatus c. ſanè de offi. deleg.
& ſicuti Papa extraiudicialiter ſe informando poteſt
alienare rem Eccleſiæ, & preſumitur iuſta ratione
motus, ita etiam, & delegatus, cum ſuum
officium præſumatur diligenter exercere Abb. in
conſil. 41. vol. 1. Capy. in deciſ. 16. & Rodoa. de rebus
Eccleſ. non alie. in q. 23. nu. 75. cum ſeq. in tit.
239 de cauſ. cog. in al. ſact. dicens, quòd eſt ex conſequenti,
præſumitur de antecedenti, ſi enim cõfirmando
declarat eſſe in euidentem vtilitatem, ergo
etiam, & dando licentiã, quare Bald. in l. 1. §. 1.
nu. 6. ff. de off. præf. prætor. ait, quòd in dubio præſumitur
pro geſtis per eum, qui fuit à Principe
electus, & quòd quanto quid à melioribus fit, tãto
magis pro eo præſumitur quòd ſit, latè Laur.
de Iud. ſuſp. cap. 9.

240 Poteſtas confirmandi ibi, (ac poſtquam factæ
fuerint illas confirmatis, & approbatis) illas ideſt
iam factas conceſſiones confirmetis, ſcilicèt, ſi à
partibus fuerit petitum confirmari, cum ſat ſit
Epiſcopo dare licentiam, & liberam facultatem
alienandi ſi eſt in euidentem, confirmare autem
eſt de nouo ratificare, & corroborare quod iam
exponenti conceſſit, confirmari non poteſt, quod
non eſt factum gloſ. in c. bonæ, el 2. de elect. in 6.
vndè inter dare, & confirmare datur differentia
nam eadem res non poteſt dari, & confirmari, c.
inter dilectos, §. cæterum in fin. de fid. Inſtrum. &
241 ſimul vbi ponuntur aſſignantur, vt diuerſa, quia
confirmatio eſt relatio ad aliud, & pendet ex illo,
vel tanquam ſubſtantiali, vel præambulo, l. Aurel.
§. teſtam. ff. de lib. leg. Bald. cap. 1. in princ. per illũ
text. qui ſucceſſ. feud. da. tenea. & Dec. in cit. conſ.
341. num. 7. & quando confirmatur ſemper præſupponitur,
quod antea aliquid ſit, vt confirmari
poſſit, nam non entium nullæ ſunt partes, l. eius
qui ff. ſi cert. petat. quando enim confirmatur valet
quantum confirmatum ſi primum quod confirmatur
non valet in ſe, ſi autem valet corroboratur
ſecundum Dec. ibidem.

Et iſta poteſtas à Sede Apoſtolica videtur con-
242 ceſſa motu proprio ex verbis illis in Bulla adiectis
(ac etiam de ſpeciali mandato per eandem
ſedem nobis facto) ac etiam per clauſulam illam
(ſupplentes omnes, & ſingulos) quæ eſt idẽ quod
dicere ex certa ſcientia, & motu proprio, ac etiã
per clauſulam, non obſtantibus Conſtitutionibus,
quæ ſunt idem, quòd motu proprio, & ex ſciẽtia
certa, Dec. in conſil. 341. nu. 10. quæ clauſulæ tol-
243 lunt omnem defectum, qui interuenire potuiſſet
quando actus ille fuit factus citata parte, Rota
in nouis in deciſ. 229. & 230. & licèt ipſemet Dec.
in conſil. 142. nu. 7. dicat hoc non operari, quando
eſt ad petitionem partis ſupplicãtis, quia tunc
non alterant ius commune, ſi vera non ſunt enarrata,
cum Papa ignoret ſi cauſa enarrata ẽſt vera,
& ideò probandum eſt per delegatum, cum alijs
per addit. ad Caualcan. in deciſ. 45. num. 402. cum
plurib. ſeqq. quia Dec. in lo. citat. non negat has
clauſulas non poſſe tollere alios defectus, ſcilicèt
probationis qualitatis, & æſtimationis bonorum,
nam defectus interuenti circa hanc probationem
illa verba tollunt, cum ipſa ſedes voluit habere
pro expreſſis, remanet igitur ſolum probanda
cauſa vtilitatis ſi ſic concedere eſt in euidentem
vtilitatem mẽſæ Epiſcopalis, quod delegatus plenè
prouauit ergò finem impoſuit, & ſequuta tali
præſcriptione clauſa eſt Eccleſiæ via agendi Rota
in alleg. deciſ. 229. & 230. ad hoc, vt finis litibus
imponatur, ſecundum Caualc. in deciſ. 40. nu. 31.
244 par. 3. & illæ clauſulæ modo plenè operantur,
dum menſa Epiſcopalis nõ poteſt allegare ignorantiam
ſolemnitatum adhibitarum in illa cõfirmatione,
prout dixit eadem add. ad Caualc. in cit.
deciſ. 46. num. 411. cum ſeq. Sic enim eſt ſentienda
Bulla ipſa cum loquatur ſub verbo ſubiunctiui
temporis, ibi (eandem locationem, ſeù conceſſio-
245 nem ſi fiant) quod eſt tribuere poteſtatem in
præſenti reſcripto alienandi, ſed illam alienationem
habere tractum ſucceſſiuum, ſcilicèt, quòd ſi
reperiebat in euidentem cedere vtilitatem liceat
confirmare quàmuis præceſſit licentia alienandi,
nam ſi ita non intelligerentur verba illa, (illas ac
quæcunq; Inſtrumenta deſuper conficienda, &c.)
eſſent ſuperflua, quod eſſet contra text. in c. ſi Papa
de priuil. in 6. & l. ſi quando ff. de leg. 1. quod
verbum qoodlibet operari debeat in priuilegio,
ſeù reſcripto adiectum, & Bald. in rubr. C. de contrah.
empt. num. 9. faciunt nota. per Reg. de Pont.
conſ. 150. nu. 23. & ſeqq. volum. 2. de verbo liceat
trahi de futura, & quomodo.

246 Ad ſecundum quod decretum debeat præcede-
re

re actum l. magis puto, §. non paſſim, ff. de rebus
eorum, & pupillus, & Eccleſia æquiparantur, er-
go dicendum eſt, quòd & ſi pupillus, & Eccleſia
æquiparantur quemadmodum contractus factus
à pupillo abſque authoritate tutoris valet ſi eſt ad
247 ſui vtilitatem, tamē claudicat vſquequo autho-
ritas non accedit tutoris, quia obligatur em-
ptor pupillo, ſed non è contra l. Iulianus, §.
ſi quis à pupillo, ff. de actio. emptio. & leg. cum
hi, §. eam cum gloſ. ff. de tranſact. & ibi commu-
niter Doct. dicunt, quòd tutor præſtando conſenſum
illi actui facto contractus ille reuiuiſcit, ergo idē
248 dicēdum eſt in Eccleſia, nam quàmuis decretū
Iudicis requiratur, quod dum eſt permiſſiuum
debet præcedere actum ſecundum Bald. in d. §. nō
paſſim, & Iaſ. in d. l. ſi quis mihi bona in §. iuſſum,
num. 45. ff. de acquir. hæred. tamen actus factus nō
eſt omninò nullus quando eſt vtilis à principio
quarè quando valet aliquo modo per ſolemnita-
tem deinde adhibitam contractus ille reuiuiſcit,
Bal. in l. 1. num. 45. C. qui admitt. & Alex. in l. 1. §.
quæſitum num. 10. ff. ad Trebell. & Iaſ. in d. §. iuſ-
ſum num. 43. Soccin. in conſ. 15. num. 40. cum ſeq.
vol. 1. de Franchis in deciſ. 35. col. 2. & in dec. 242.
in fi. Crauet. ſuper quæſt. de indemn. mul. in fin.
tract. de antiq. temp. num. 13.
249 Sic etiam in Eccleſia, ſeù Epiſcopo, qui nō po-
teſt alienare immobilia menſę Epiſcopalis incon-
ſulto Pontifice per extrauag. ambitioſæ, quam
iurant in manus Pontificis obſeruare, niſi in caſi-
250 bus à iure permiſſis, vt ibi legitur, caſus à iure
permiſſi ſūt quinq; præcipuè caſus vtilitatis Ro-
doa. de reb. Eccl. non al. in titul. de cauſa vtilitatis
q. 20. & Stepha. Quarant. in ſuo Bullar. ſuper illa
extrauag. In princ. in verſ. caſus permiſſi, cū Epi-
ſcopus teneatur alienare in meliorem conditio-
nē Eccleſię, quando enim ſic alienauit, valet con-
tractus abſque ſolemnitate ab initio adhibita iux.
text. in c. ſine exceptione 12. quęſt. 2. legitur primo
cauſa vtilitatis, ibi (vt meliora proſpiciat) deindè
ponit ſolemnitatem, ibi, & cum tractatu Capituli
tamen poteſt præcedere vtilitas contrahēdo, licèt
deinde accedenda ſolemnitas, cum vtilitas ſine
ſolemnitate nō ſufficiat, quæ ſolemnitas poſt ſer-
uata conualidet actum illum, cap. cura, vbi Doct.
extra de iur. patr. & c. cum nos, vbi Abb. in 4. not.
& in c. 1. nu. 6. de his quæ fiunt à præla. ſin. conſ.
cap. in gloſ. magna in cap. 1. ver. tractatus in fi. de
reb. Eccl. non al. in 6. & ibi Inno. nu. 2. & Iaſ. in d.
§. eam num. 2. & Rodoa. de reb. Eccl. non al. in tit.
cap. ſed. vac. q. 42. nu. 5. cum ſeq. & Maſcard. de
probat. in concluſ. 74. & 75. Lambert. de iur. patr.
2. par. lib. 1. q. 1. art. 16. num. 10. ver. limita modo,
vndè & ſi tenet contractus, quia eſt vtilis non ta-
men poteſt eſſe perpetuus obligans Eccleſiam, &
ſucceſſoras, niſi ſolemnitas adhibeatur viuente
illo Epo, vel Rectore alienante, & ſic reintegra,
& ſi eo viuente ſeruatur contractus, ille conuali-
datur Abb. lo. citat. Soccin. in conſ. 25, nu. 43. vol. 1.
de Franch. in deciſ. 35. & Caualc. in deciſ. 45. num.
51. qua ſolemnitate ſeruata non poteſt dicere ille
Epiſcopus nolo ſtare contractui, vel Eccleſia, ſeù
ſucceſſor, cum declaratum ſit per delegatos Apo-
ſtolicos illum contractum ceſſiſſe in euidentem
ad quos ſpectat hoc declarare, & cogi poſſunt per
emphyteutam ad illum ſeruandum de Franch. in
deciſ. 163. nu. 14. Reg. de Ponte in conſ. 106. nu. 23
& 14. vol. 2. adeſt hodie motus Sāctiſſ. D. Clē. viij.
quòd etiam ſi eſt vtilis non detur poſſeſſio ante
aſſenſum Papæ, quod & ſi fuiſſet illis temporibus
adhuc in hac conceſſione non fuit tradita poſſeſ-
251 ſio, niſi poſt aſſenſum, vt ex Inſtrumēto, & actis,
Tum etiam in alienatione rei Eccleſiæ nō requi-
ritur de Iure Canonico decretum, ſed de Iure Ci-
uili cum eo iure ſolùm requiratur diſcuſſio, & tra
ctatus ſi eſt vtilis contractus, vel ne, & ſi cauſa ne-
ceſſaria ſubeſt, & ſi aliundè reparari poſſit gloſ. in
d. c. 1. ver. tractatus in fi. & ibi Innoc. num. 2. de
reb. Eccl. non al. in 6. quam ſequitur Abb. in c. tua
252 nuper n. 8. de his quæ fiūt à præl. ſin. conſenſ. cap.
quæ ſolemnitas de iure Canonicò ſeruanda eſt in
alienatione rei Eccl. & non ſolemnitas iuris ciui-
lis ipſemet ibidem ver. ſed tene hic, & Felin. in
c. cum cauſa nu. 9. de re iud. & Addit. ad Caualca.
253 in dec. 46. num. 245. cum ſeq. vndè licentia de-
legati habetur loco diſcuſſionis, & tractatus, quia
vbi eſt authoritas Papæ, ſiuè eius delegati nulla a-
lia ſolemnitas requiritur c. ad audientiam el 2. cū
gloſ. extra de Eccleſ. ædific. Abb. in conſ. 41. vol. 1.
Dec. in conſ. 142. nu. 5. Capy. in dec. 16. in 2. dubio
& Caualc. in dec. 46. deficiebat enim poſt illam li-
centiam conſenſus delegati in ipſa alienatione, ad
254 declarandum eſſe in euidentem vtilitatem, qui
conſenſus poteſt præſtari in ipſo actu, & poſt ex
interuallo, & quādo præſtatur cōualidatur actus,
Alex. in conſ. 106. 2. col. vol. 1. Dec. in conſil. 367,
255 nu. 2. cum ſeq. Soccin. conſ. 87. col. 2. vol. 1. quan-
do adeſt per modum ſolemnitatis, & dum eſt da-
tus ſuper vnico actu extenditur ad omne, quod
ſequitur ex illo, l. ſi pupillorum, §. 1. ff. de reb. eor.
Soccin. in conſ. 82. col. 3. in fin. vol. 3 & Crauet. in
quæſt. de indem. mul. in fin. tract. de antiq. temp.
256 nu. 43. & Lambert. de iur. patro. 2. par. lib. 1. q. 1
art. 16. à nu. 5. cum ſeq. dicens conſenſum Epiſco-
pi in donatione à laico Iuriſpatronatus laico fa-
cta, qui requiritur, poteſt ex facto accedi.
Et etiam ſi eſſet authoritas neceſſaria ipſius
delegati adhuc poſtea præſtari poteſt, & præſtan-
257 do conualidat actum, licet Innoc. in c. cum con-
ſuetudinis de conſuetud. teneat contrarium, nam
eius authoritas potius adiecta eſt verbis, quàm
effectui quod eſſe non debet, l. 2. in fi. C. commu-
nia de leg. & c. commiſſa in princ. de elect. in 6.
& cum eo etiam Bal. in l. fi. in §. neceſſitatem, & in
258 §. ſin aūt, C. de bon. quę liberis, nam ipſe ſemper
eſt ſolitus variare in arduis quæſtionibus, vt dixit
Iaſ. in l. fin. nu. 60. C. de iur. emphyt. quoniam in
cap. 2. de feud. ſine culp. non amitt. tenuit contra-
rium, & in multis alijs locis relatis à Soccin. in
conſ. 15. nu. 45. & 46. vol. 1. & per Rodoa. in d. q. 42
259 nu. 5. & 6. nam authoritas non eſt aliud, niſi con-
ſenſus Lambert. d. art. 16. nu. 4. ver. ſed in caſu no-
ſtro ergò, vbi interuenit conſenſus neceſſarius in
actu, ille actus valet Abb. in c. 2. de pact. & Iaſ. in
d. §. iuſſum nu. 15. & Socc. in lo. cit. & Pau. de Caſt.
l. item eorum in §. 2. nu. 4. ff. quod cuiuſq; vni. no.
D. And. ſuper conſt. honorē, & ibi D. Tap. nu. 40.
prout etiam opin. illam Innoc. reprobat Lamber.
lo. præcit. nu. 6. modificans quando actus eſt nul-
lus, qui cōfirmatur valet ex nunc, non vt ex tunc,
& in n. 13. ver. 3.

Quare

Digitized by Google

260 Quare authoritas in alienatione Eccleſiaſtica
non requiritur ad eſſe actus,& ſic ſit forma eſſen-
tialis,ſed ad exequutionem eſſe, vnde dicitur ac-
cidentalis, patet, quia contractus vtilis Eccleſiæ,
vel pupilli claudicat ſi eſt ſine ſolemnitate factus,
authoritas delegati,vel tutoris requiritur ad exe-
quutionẽ eſſe, ſcilicèt,vt actus ſit totus perfectus
ex omni ſui parte,ſi autem requireretur ad eſſe
actus,non poſſet Epiſcopus,vel pupillus alienare
ſine ſolemnitate in eorum euidentem vtilitatem,
& tamen ſi contrahunt valent contractus vtiles,
ſi ſolemnitas deinde ſeruetur, ſecundum Iaſ. in d.
§.iuſſum nu.40.Socc.in cit.conſ.15.num.45.& 46
de Franch.in all.dec.35.& Paul.de Caſt. in d.l. itẽ
eorum in §.1.nu.4 ff. quod cuiuſq; vni.nom.Ca-
pibla. de Baron. pragm.1. nu.181. cum ſeq.
261 Siuè enim requiritur decretum adhuc conceſ-
ſio facta valet,nam dum eſt factum Inſtrumentũ
poſt præſentationem Breuis Apoſtolici, & in In-
ſtrumento eſt enunciata omnis ſolemnitas, quæ
per ſpatium trium dierum decurſorum adhiberi
poterat præſumitur illud decretum enunciatum
cum omnibus illis ſolemnitatibus ex antiquitate
temporis, vt ſupra dixi ex mente Decij, etiam ſi
non eſſent enunciata in conſ.558. & 409. & 341.
& Felin.d.c.ſicut num.27.& 33.Iaſ.in d.l. ſciendũ
num.16.vbi Alex.num.26.27.& 28.Crauet. de
antiq.temp.in 3.p.la 1.nu.18.& 19.& in 2. nu.35.
Capy.in deciſ.16. Caualcan. in deciſ.46. in addit.
num.227. cum ſeq.
262 Decretum enim poteſt præcedere, & ſubſequi
actum Paul. de Caſtr. in d.l.item eorum in d.§.1.
num.4.& plenè per Alex.in all.l.ſciendum nu.27.
& 28.eò magis quando de illo negotio fuit cogni-
tum antequam decretum fiat ſecundam Bald. in
c.2.de feud.ſin.culp.non ammitt.& gloſ.in d.c.1.
ver.tractatus,& Iaſ.in d.§. iuſſum num.45.nam
tunc ſi ſequitur conualidat actum, vt ibi Bald. &
Iaſ. quare cum iam de hoc negotio ante ipſum
decretum confirmatoriũ cognitum erat per acta,
263 & exactam diligentiam Epiſcopi, ergò magis
præſumendũ faciunt not. per Marſilium in rep.
rubr. de fideiuſſ.num.86.quòd licet decretum la-
tum cum authoritate curatoris, ex breuitate tẽ-
poris,& ſtrangulatim ſit nullum,tamen non pro-
cedit quando de illo negotio ante fuit cognitum
tunc valet, & tenet,vbi allegat Anchar. conſil.27.
viſis diligenter, ſic & in Iudice habẽte mane pro-
ceſſum,& veſperi profert ſententiam quod valet
quando antea de ea cognouit.
264 In actu enim in quo requiritur decretum non
eſt neceſſarium duo facere decreta, vnum enim
eſt faciendum,ait Bald.in d.l.magis puto in §.non
paſſim,ff.de reb. eor. quàmuis dicat bonum eſſe,
ſi vtrumque interuenit, ſcilicèt permiſſorium, &
confirmatorium, & idem Bald.in d.l. magis puto
265 in §. ſi pupillus dixit,quòd decretum latum ſu-
per aliquo videtur interpoſitum ſuper omni eo,
quod ſequitur ex illo,hoc idem Dec.in conſ.558.
num.8.cum ſeq.& Soccin. in l.1. in §.item acqui-
rimus in 3.& 6.concluſ.ff.de acq.poſſeſſ.& Crau.
in q.de ind.mul.in fin.tract.antiq.temp.num.43.
& Dec.in l.ſingularia nu.9.10.& ſeq.ff. ſi cer.pet.
Camerar.c.Imperialem 3. concluſ. litt. F.car.45.
& concluſ.7. car.47. igitur ſi bonum eſt vtrumq;
habere decretum, ergò dicendum has conceſſio-
nes perfectiſſimas eſſe ex vtroque decreto lato,
Dec.d.conſil.241.num.7 ver.2.eſt effectus, Anna
alleg.97.num.17.& ſeq.& alleg.37.
266 Vndè cum loquamur de decreto, dicendum
eſt, quòd, aut decretum in his conceſſionibus re-
quiritur pro cauſa fiendi ſicut eſt cauſa efficiens,
& finalis,aut pro cauſa eſſendi, vt cauſa materia-
lis,& formalis,aut cauſa confirmandi,& approbã-
di,ſic dixit Bald.in l.quæcunque num.2.C.de bo-
nis, quę lib. vt .n. cognoſcatur quomodo decretũ
requiratur recurrendum eſt ad reſcriptum cuius
forma eſt ſeruanda.

Reſcriptum enim tribuit facultatem delegato
dandi licentiam alienandi ſi eſt vtilis conceſſio,&
poſt factam confirmandi,licentiam extraiudicia-
liter dari poſſe dictum eſt in præced.
287 Dat ſecundo loco poteſtatem confirmandi, ſi
ergo habet poteſtatem confirmandi, ergo decre-
tum ſubſequi poteſt confirmando actũ,ſeù con-
ceſſionem factam ſi eſt in euidentem ſm̃ Bal.in d.
l.quæcunq; nu.2.Alex.in d.l.ſciendũ nu.28.ff.de
ver.oblig.& Soccin.in conſil.15.nu.42. cum ſeq.
268 vol.1.vbi dicunt, quòd non eſt differentia inter
proſpicere actum factum, & faciendum, nam ſi-
cuti futura conceſſio proſpici poteſt ſi eſt vtilis,
vel ne,& proſpecta dare licentiam, vel proferre
decretum,quòd liceat, ita etiam, & factam inue-
ſtigare, cum habeat poteſtatem ex reſcripto, &
repertam eſſe vtilem confirmare ſm̃ Bal.& Socc.
ibidem,nam hoc ſuadet fauor illius in cuius vti-
litatem requiritur decretum,& ſic intelligendum
eſſe dicunt,text. in d.c cura de iur.patro. & paria
269 ſunt aliqua à principio legitimè fieri,vel lege
etiam ex poſt facto legitime confirmari Soccin.
ibidem num.44. vbi allegat text. in l.tribunus, ff.
270 de teſtam. mil. cum lex canonica non attendat
tãtam rigoroſitatem,vt ius ciuile,ſed ſolam ęqui-
tatem,c.dilecti,extra de Iud. & ideò sẽper quòd
cõfirmatur alienatio,& declaratur eſſe vtilis cõ-
tractus valet,& tenet, & reuiuiſcit latè percurras
Soccin.in d.conſ.15.num.45.cum ſeq. & in nu. 37.
271 probat per duodecim iura hanc ſolemnitatem
poſſe ſubſequi,quia ſola cauſa vtilitatis eſt finalis
in mente Papæ ſecundum eum, ibi num.51. Ca-
ualcan.in dec.46.in addit.num.213. Rodoan.de
reb.Eccl.non al.de cauſa vtilitatis q.20. à nu.157.
& ſequitur Maſcar.de probat.vol.1.in concluſ.74
272 & 75. & latè Rodoa.lo.cit.à nu. 178.poſſe ex in-
teruallo authoritatem, & ſolemnitatem adhiberi
ſi contractus fuit vtilis à principio,& Alex.in d.l.
ſciendum num.28.Capiblan. de Baron. pragm.1.
nu. 181. & ne deſit deciſio particularis in Regno
Neapolitano ſic dixit D. de Franchis in deciſ.35.
& 163. quòd ſemper ſi ſolemnitas adhibetur vi-
uente Epiſcopo alienante abſq; ſolemnitate ſem-
per contractus valet, & conualidatur refert idem
273 D.de Franchis in deciſ.242.in fine Sacrum Cõ-
ſilium ſeruaſſe in alienatione rerum pupillorum
facta abſque decreto Iudicis,quòd ſi facta aliena-
tione decretum ſubſequatur cõtractus ille eſt va-
lidus,& reconualeſcit,nam aliàs eſſet nulla cum
decretum non aderat per deciſ.Afflict.87.licet cũ
non referat,hoc idem dixit Alex.in d.l. ſciendum
num. 27. & 28. cum decretum confirmatorium
magnas

Digitized by Google

274 magnas vires habet Capuc.in deciſ. 4.nu.29.vſ-
que ad finem, & habetur ita ac ſi ipſe delegatus
ſpecificè approbaſſet,& confirmaſſet de verbo ad
verbum, informationem,& banna, aporetium,
& decretum ibi enunciata ſecundum Dec.in con-
ſil.341.num.6.ver. & quia facta eſt relatio.
275 Et quando decretum requiritur in vim autho-
ritatis ſi eſt per viam confirmationis poteſt illud
ex poſt facto accedi Lamber.d.art.16.2.par.lib.1.
q.1.num.10.verſ. limita 2.
276 Ad tertium ſi peruerſio formæ vitiat actum,
dico,quòd licet forma omiſſa vitiat actus d.l.ma-
gis puto,§.idem prætor,ff.de reb.eor.Gram.deciſ.
79.num.21.cum ſeq.tamen quando illa forma,
vel ſolemnitas non eſt magnæ importantiæ conſi-
derato effectu contractus ille valet, quàmuis de-
inde illa forma ſeruetur,Iaſ.in l.cũ hi, in §.ſi præ-
tor num.3.ver.limita iſta,ff.de tranſact. ex mente
Paul.de Caſtr. in l.vniuerſis,C. de precib. Imper.
off.Bald.l.1.num.2.ff.de legibus,quia non ſtat eſ-
ſentialiter,ſed accidentaliter, nam impleta mente
legis in accidentia ſua actus valet, D. de Ponte
conſil.5.num.50.& Capiblan. lo.cit.nu.180. cum
277 ſeq. 1 pragm.non enim eſt tantæ ſubſtantiæ for-
ma ipſa, quòd ſolum effectus Paulinæ ambitioſæ
factæ de rebus Eccleſiæ non alienandis eſt prop-
ter vtilitatem Eccleſiæ ne decipiatur à Rectori-
bus,ſic dixit Rodoan.in eod. tract. in q.35.& 36.
vbi infinitas adduxit rationes, quarè dum habe-
mus effectum non curamus de modo adimplen-
do ante ipſum contractum, quia ſufficit, vt ille
ſit vtiliter celebratus, nam ex poſt facto po-
teſt ſolemnitas,& decretum proferri per Delega-
tos Apoſtolicos ceſſiſſe,& cedere in euidentem,
& confirmari Franch.in deciſ.163. num.14. quo-
niam hæc eſt cauſa finalis, ſcilicet vtilitas,dictum
eſt ex mente Soccin.in conſil.15.num.51.vol.1.&
ius Canonicum non attendit rigoroſitatem iuris
ciuilis,ſed ſolam æquitatem, vt cap. dilecti, extra
de Iudic. & quòd nihil agatur ad læſionem diuinæ
Domus, gloſ. in c.ſine exceptione 12.q.2.
278 Neque obſtat, quòd peruerſio formæ vitiat a-
ctum Afflict.in deciſ.355.& peruerſio formæ in
qualibet parte etiam minima vitiat totum actũ,
cum formæ nihil addi,vel detrahi poſſit Frecc. de
præſentat.inſtrum.5.par.num.11.Gram.deciſ.79.
Intrigl.deciſ.21. & 44.num.6. nam ex eadem de-
ciſione patet ſolutio, dicit enim ibi Afflict.nu.5.
quòd quando in aliqua diſpoſitione aliquid poni-
tur conditionaliter. illud tale dicitur eſſe de for-
ma,& peruerſio formæ vitiat actum,& ideò quan
do aliquid eſt de forma in actu,ſemper illa forma
debet præcedere actum, & non ſubſequi allegat
Bald.in l.1.num.44 C.qui admi. & ſi ſubſequitur
ſolemnitas, quæ eſt de forma non valet actus ſe-
cundum Bald.lo.citat.& Paul.de Caſtr.in l.ſi cum
dotem in §. eo autem tempore, ff. ſolut. matrim.
Alexand.in l. 1. in §. quæſitum, ff. ad Trebellian.
quia quod ab initio eſt nullum, non poteſt tractu
temporis reconualeſcere, l. quod initio, ff. de
regul. iur.
279 Idem Baldus in dicta leg. 1.num.45. hoc decla-
rat dicens, nam conſenſus acceſſiui non valent
ſi principale eſt irritum, ſed ſi eſt aliquòd inter-
dum augent effectum rei, cap. indemnitatibus,§.
ſi qua vero in gloſ. quæ incipit aduerte de elect.
in 6. nec obſtat extra de iurepatronat. cap. cura
vbi conſenſus extraneus extra perſonã principa-
liter actum gerentem poteſt ſequi, quia ibi lo-
quitur in conſenſu confirmatorio, ſeu approba-
batorio, ſed quæſtio noſtra conuenit de forma-
li,&c. ſunt verba Bald.
280 Paul. de Caſtr. in d.§. eo tamen loquitur de
filio famil. qui non poteſt eſſe in iudicio abſque
conſenſu patris, & ſic ille conſenſus requiritur
ad ſolemnizandum iudicium, cum perſona filij
de per ſe non ſit integra, dicta leg. final.§.neceſſi-
tate,C.de bon. quæ liber. tamen poterit filius in-
choare iudicium offerendo libellum coram Iudi-
ce, & poſt oblationem poteſt accedere conſenſus
patris ad validandum illud iudicium, ſic declara-
uit hanc communem opinionem Iaſ. in l. ſi quis
mihi bona in §.iuſſum num.21.ff.de acquiren.he-
redit. ſic ſimiliter,& Epiſcopus poterit inchoare
hanc conceſſionem, ſcilicet concedendo præce-
dente Inſtrumento cum licentia delegati, quæ eſt
enunciata in illo Inſtrumento, & poſt hoc acce-
dere ſolemnitas, ſeù decretum confirmans illam
conceſſionem factam,cum habeat delegatus po-
teſtatem confirmandi, vt dictum eſt.
281 Alexand. in d.§. quæſitum num. 10. ait, quòd
& ſi contractus factus abſque conſenſu requiſito
non valet, quia eſt per modum authoritatis, ta-
men valet ille contractus factus cum illo conſen-
ſu poſteà adhibito ſi fuit factus palam, & bona
fide, & ſic pro iuſto pretio, idem Alexand. in
conſil.78. num.18. & 19. volum.5. dicit quòd ſi
non valet actus ab initio factus abſque legitima
perſona,vel mandato Domini, ſi tamen ille Do-
minus ratum habuit reconualeſcit ille actus,quia
ab initio non fuit funditus nullus, ſed valuit ali-
quo modo, ideò per ſequentem ſolemnitatem
effectus eſt validus, & in l.ſciendum num.28. ff.
282 de verb.oblig.dixit poſſe decretum neceſſarium
de forma actos ſubſequi,l.1. cum gloſ.C.de tutor.
& cura. illu.per. & Bart.in l.Modeſtinus,ff. de do-
nat. quòd decretum inſinuationis poteſt interue-
nire poſt actum donationis,& validat illum, & in
terminis noſtris clarè not. Bald.in cap.1. de feud.
283 ſin.cul.non amitten. hoc idem tenuit Bart. in l.
obſeruare num.4.ff.de offic. proconſ. quòd actus
nullus qui valuit aliquo modo ratificari poteſt,
& reconualeſcit, ſic etiam Dec. in dicta leg.quòd
initio num.2.verſ.2. regula limitat illam legem
non procedere quando actus validus fuit à prin-
cipio, ſed poterat annullari, nam ex ſequenti
ſolemnitate confirmatur, & allegat text. in cap.
quod ſicut in fin. de electio. & per gloſ. in cap.
non firmatur de regul. iur.in 6. & Cranett. in
quæſt. de indemni.muler.in fin.tract.de antiquit.
tempor. num.13. & Abb. in cap.3. colum.2. de
his,quæ fiunt à præl. ſing.Conſ. cap.quòd eſt tex.
in cap. cum nos vbi facta fuit alienatio à prælato
non conſentiente Capitulo ſi deinde Capitulum
illum actum confirmauit, ſeù in eo conſentijt,
284 quòd contractus ille reconualidatur, quia va-
lebat aliquo modo à principio ſecundum Abb.
ibi num.4. ſubdens, idem Decius illam legem
etiam limitari ſi aliquo reſpectu actus valet,nam
ex ſequenti ſolemnitate validatur in totum per

l.fundum,ff.de ſeru.ruſti.præd.vbi Paul.de Caſtr.
dixit,quòd ideo confirmatur illa conceſſio ſerui-
tutis,quia non erat ab initio ex toto nulla, nam
qui prius conſenſerat non poterat contrauenire
iunctis notat. per Menoch caſu 185.& Ancharan.
in conſil.122. ex enarratis in fine, & Lambert. de
iurepatronat. 2.parte lib.1.quæſt.1. art.16. nu.10.
validari donationem iuriſpatronatus ex ſequuto
conſenſu Epiſcopi, vndè facto contractu vtili ex
ſubſequenti ſolemnitate in totum perficitur, de
Franch.in deciſ.35.& Caualcan.in deciſ.45.num.
51.Rota in nouis in deciſ.232.reſpectu Epiſcopi.
& contrahentis, vt par æquitas ſeruetur Franch.
deciſ.163. num.14. & 165. num.8. Iacob.cap.1.
num.9. qui ſucceſs. feud.dar. tenea. & multa ad
rem per Reg.de Ponte, de poteſt. proreg.car.303.
de alleg.reg.§.2.à num.27.cum ſeqq.

Et ſolemnitatem poſſe ſubſequi, quia ſubſe-
quuta contractus rei Eccleſiæ factus ante illam
conualidatur tenuit ipſe de Franch in alleg. deciſ.
Iaſon,& alij communiter ſcribentes in l. cum hi,
in §.eam,ff. de tranſact. Maſcardus de probat. in
concluſ.74 & 75. Abb in cap.1.num.6.& in cap.3.
nu.4.de his,quæ fiũt à Præl.ſin.conſ Cap latè Ro-
doan.de rebus Eccleſ. non alien. in titul. de cauſa
vtil.quæſt.20.à num.177.cum ſeq vſque ad finem,
& in quæſt.35.& 36. vbi pulchra leges, Soccin. in
conſil.15.à num.47.cum ſeqq.volum.1. hoc pro-
bans per 12.iura.glo.in cap.1. in ver. tractatus de
rebus Eccleſ. non alien. idem Rodoan. in quæſt.
42. num. 5. & num. 13. cum ſeq. & in quæſt.51.
cap.7. num.21. & 22. ait, quòd licet ſit commu-
nis opinio, vt vtilis contractus non valeat ſine
debitis ſolemnitatibus, iuxta deciſ. Capyc.105.
tamen hoc non procedit ſi ſolemnitas illa adhibe-
tur viuente Epiſcopo alienante,nam tunc contra-
ctus, qui claudicat in totum eſt validus, Franch.
in citat.deciſ.35. & Rodoan.lo.citat.communem
eſſe teſtatur, & Caualcan. in deciſ.46. num.81.
prima parte.

Deciſio enim Afflict. 355. loquitur in feudali-
bus,in quibus eſt expeditum,quòd aſſenſus datus
ſuper faciendo non extenditur ad iam factum,
vt ipſe dicit,& Andr.in cap.imperialem 2.colum.
in princ. de prohib.feud.alie.per Feder.cum Add.
I ypar.& ibi Camerar.in car.41.in meis in littera
R.cum ſeq.Dec.in conſil.555. num.5. nam aſſen-
285 ſus non extenditur de re ad rem, nec de perſona
ad perſonam, neque de tempore ad tempus, ne-
que de contractu ad contractum, neque ſi vni
conſentio, vel certo modo extenditur ad alium
alio modo, vel aliæ perſonæ, Surdus deciſ.189.
num.34. & 35. Reg.de Ponte conſil.150.num.23
volum.2. Andr.cap.imperialem,3.colum.Came-
rar.car.15.littera S. vnde ſi eſt obtentus ſuper fa-
286 ciendo non extenditur ad iam factum, quia
vbi verba aſſenſus non conueniunt,neque, & aſ-
ſenſus conuenit, l. ita autem in principio, ff. de
287 adminiſtr.tutor.Camerar.cap.imperialem,in
3.concluſ.car.44. & vt proficiat ſeruanda eſt quæ-
libet qualitas in eo expreſſa,Frecc.in d.quæſt.25.
288 & 26.& Surd.d. deciſ.189. nu.32. & diſpoſitio
iudicari debet ſecundum tempus, in quod con-
fertur,l. in tempus,ff.de hæred.inſtit. & de Maur.
Pater in alleg.15. & Filius in alleg. 8. & in Sacro
Conſilio fuiſſe ter deciſum,ſemel per Afflict.in
allegata deciſ.355.

Secundò,per Frecc.de ſubfeud. in 11.quæſt. in
car.137.& in quæſt.25.num.3.& quæſt.26 num.2.
loquentem de tempore, & Surdus citata deciſ.
num. 32.

Tertiò,per de Franch.in deciſ.105. & de Ponte
de poteſtate Proreg.in titul.de Regal. impoſ. §.7.
num.26.& in titul.de Aſſ Reg. ſuper dot. nu.42.
& in deciſ.8.num.11.& in conſil.150. nu.20.cum
ſeqq.vol.2. dicens etiã ita judicatum, & Conſ.de
289 Georgio in alleg. 3. nu. 10. non extendi ad fu-
turum tempus,ſi tempore aſſenſus impetrans nõ
erat Dominus, & Conſ.Rouit.ſuper pragm.1.de
fide memorial.à num.23. cum ſeqq. quòd omne
ommiſſum habetur pro ommiſſo,& ſecundum
290 Afflict.& Frec. illa eſt ratio generalis,quòd in
iſtis aſſenſibus ſemper adeſt clauſula illa(veris exi
ſtentibus præenarratis,) vndè cum videatur deci-
pere Principem principaliter exponendo factum
aliter quàm ſit,gratia redditur ſurreptitia,cap.ſu-
per litteris, vbi Doct. de reſcript. & gloſ. grandis
in l.2.C. ſi contra ius,vel vtilitatem publicam, &
mendax præcator debet penitus carere impetra-
291 tis, cap. ſedes, & cap.litteris de reſcript.& Aſ-
ſenſus non tantum eſt ſtricti iuris,ſecundum Ca-
merar.in d.cap.Imperial. in 2.concluſ.fol.42.poſt
Andr.ibi colum.3. & Frec.in d.quæſt.11. lib.2. &
Surd.in deciſ.204.num.5.ſed etiam ſtrictiſſimi ſe-
cundum Rouit. lo. præcit. num.24. poſt Andr.&
Camerar.lo.cit.& de la Ratha in conſil.43.& nu-
mer.3.& 13. & non extendi ad factum ſi loquitur
292 de faciendo,vt dixi,& tantum valet, quantum
ſonat,Franch. in deciſ.302. num.11. & 12. dicens
non validari actum alio defectu nullum, & Reg.
de Ponte in conſil.36.num.2.volum.1.& 150.nu-
293 mer.18.vol.2.& in deciſ.154. Franch. dicit non
validari actum ſuper quo eſt obtentus,ſi aliàs cõ-
ditiones contrahentes adijcere volunt, quæ in eo
non ſunt expreſſæ,Surdus in deciſ.189.num.33.&
294 in deciſ.126.Franch.ſi ſonat de vendendo cen-
ſum ſuper eo non extendi ſuper pacto de retro-
uendendo, quod adijcitur facto illo contractu,
Surdus deciſ.182.num.3. Dom.Rouit.loc.præcit.
295 num.45.& ſi eſt actus ſuper inſtrumento hypo-
thecario cum poteſtate capiendi, non cenſetur
datus ſuper Inſtrumento ceſſionis, quia non ſo-
nat de eo, ſecus ſi eſt datus ſuper alienatione tunc
extenditur ad ceſſionem,Capy.deciſ.51.num.10.
Surdus loco citato, num.34.& ſi datur ſuper re
296 maiori,nõ extenditur ad minus de Franch. dec:
71,num.13. & deciſ.302. & Afflict. ſuper conſtit.
conſtitutionem diuæ memoriæ num.31. ſumpta
297 eſt hæc communis theorica ex doct. Pauli de
Caſtro in l.hæc conditio filiæ meæ in §.1. ff. de
condit.& demonſtrat. & in l.ſi quis filio exhære-
dato, §. irritum, ff.de iniuſt. teſtament.dicentis
quòd ſi vaſallus, vel emphyteuta rem tertio,
abſque licentia Domini vendidit ob quam ceci-
dit in commiſſum, & feudum erat Domino quæ-
ſitum capit.1. §. item ſi quis quibus modis feud.
ammitt. & capit. Imperialem de prohibitio-
ne feud. alien. per Federic. & Conſtitutio Re-
gni, Conſtitutionem diuæ memoriæ, ſi feuda-
tarius videns malè actum domino denunciauit

ſi

Digitized by Google

ſi emere volebat pro eodem pretio rem illam,
aliàs eo nolente daret licentiam alienandi, quòd
ſi illa eſſet data à domino ignorante, iam
factam alienationem, quòd talis aſſenſus non
extenditur ad illam iam factam, quia ſi ipſe
ſciuiſſet ius ſibi quæſitum, non tàm faciliter
conceſſiſſet, cum in dubio ſuum iactare ne-
298 mo præſumatur, l. cum de indebito, ff. de
probatio. & nemo præſumitur renunciare iuri
ſibi quæſito, niſi data ſcientia de illo, vt ibi
Paul. & alij referunt, Surdus cit. deciſ. 204. nu. 20.
& ſeq. & 185. num. 35. imò aſſenſus poteſt plura
operari quando præſtatur ſcienter iam facta alie-
natione non præſumitur præſtitus animo remit-
tendi, niſi probetur per dicentem Dominum
ſcienter, præſtitiſſe animo remittendi, Dom. Reg.
de Ponte conſil. 3. num. 6. 7. & ſeqq. volum. 1. &
299 conſil. 150. num. 24. volum. 2. tùm etiam dicunt
Doctores, quòd quando qualitates ſunt expreſſe
in iure, & determinatæ illas omninò debet ſup-
plicans exprimere Principi, & non exprimendo
dicitur ſubreptitium gloſ. clem. 1. ver. alteri pro-
pè medium de præbend. Rota deciſ. 32. in nouis,
Caſſadorus deciſ. 12. num. 5. in fine de reſcript.
quia ſi Princeps ſciuiſſet non conceſſiſſet, vel du-
rius conceſſiſſet, ſequitur Menoch. de arbitr. caſ.
300 201. num. 24. 26. & 27. dicens hoc procedere
etiam ſi Princeps ſciendo non denegaſſet aſſen-
ſum adhuc non valet gratia ibi num. 27. ver. illud
301 etiam, vel quando ex ſtilo Curiæ, vel conſuetu-
dine Principis illa qualitas eſt exprimenda, tunc
tacendo etiam dicitur ſubreptitia Dec. in c. ſuper
litteris num. 9. de reſcript. Menoch. lo. præcit. nu-
mer. 27. verſ. aliquæ vero, prout conſiderat perop-
timè Dom. Conſ. Rouit. loco præcit. à nu. 43. cum
plurib. ſeqq & Dom. Reg. de Ponte, in conſil. 150.
num. 15. & 16. volum. 2. & tàm de iure communi
feudorum, quàm Regni prohibita eſt vaſallo a-
lienatio ſine licentia Regis.

Et quàmuis multæ authoritates ſint allegatæ
aduerſus hanc opinionem, vt refert Vrſill. in Ad-
302 dit. ad illam deciſ. Afflict. 355. dicens, quòd
multa iam facta tenēt, quæ ſi facta non eſſent im-
pedirentur, l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui,
vel al. iur. & quæ dixit Alex. in l. Titius, in §. Lu-
tius, & Caſtr. & Iaſ. ff. de liber. & poſthu. quòd in
reſcriptis, & vltimis voluntatibus veniunt ea
quæ ſi quis de eis fuiſſet interrogatus conceſſiſ-
ſet, & veriſimiliter ſic ſtatuiſſet, tamen in aſſenſu
hoc eſt abſolutum non referri ad actum iam fa-
ctum ſi eſt latus ſuper faciendo Franch. poſt alios
in d. deciſ. 105. num. 1.

303 Nos tamen non ſumus in feudalibus, ſed in
reſcriptis Apoſtolicis ob reſcriptum obtentum,
ſeù Bulla, vel licentia ſuper faciendo extenditur
ad actum iam factum primo ex mente Paul. in d.
§. irritum, vbi dicit, quòd ſi quis teſtari prohibe-
tur abſque licentia Principis ſi teſtamentum con-
didit inſcio Principe, & poſt factum obtinuit li-
centiam teſtandi, quòd illa conceſſio extenditur
adhuc ad iam factum, & idem Paul. in l. ſi iam
facta, ff. de condit. & demonſtrat. & Anna in alleg.
45. num. 25.

304 Secundò, quòd ſi Cardinalis non poteſt teſta-
ri de fructibus quæſitis ex Cardinalatu, cap. ad
hæc, & ibi Couar. poſt alios de teſtament. & glo.
in cap. in præſeoti de offic. ordin. in 6. Clarus, §. te-
ſtamen. quæſt. 27. verſ. 3. cum ſeq. & per Menoch.
de arbitr. caſu 195. Ioann. Dilect. de arte teſtandi
titul. 1. caut. 3. cum ſimil. ſi teſtamentum feciſſet
ante licentiam Papæ, & poſtea obtineret licen-
tiam teſtandi, quòd illa extenditur ad teſtamen-
tum iam factum Paul. loco alleg. & in d. l. ſi iam
facta Alexand. in l. militibus C. de teſtament. mil.
Marſil. in rubr. de probation. num. 83. cum alijs
infinitis per eum congeſtis in l. penult. à num. 45.
cum plurib. ſeqq. de quæſtion. ſed Caualcan. de
vſufruct. num. 155. tenet oppoſitum, quòd non
poteſt tale teſtamentum ſtare in pendenti, quia
aut totum validum eſſe debet, quòd non eſt præ-
ſentis ſpeculationis.

305 Tertiò, accedat, quòd ſi Papa mandat prouide-
ri de prima vacatura in certa Eccleſia, poterit
prouideri de ea, quæ vacabat illo tempore ſecun-
dum Cyn. in l. iam cum vxori, C. quando dies
leg. ced. Angel. & alij in d. §. Lucius, & not. in cle-
ment. 1. de conceſs. præbend. de Franch. in deciſ.
113. num. 7. & 8. Marſil. latè in rep. rubr. de fide-
iuſſor. num. 83. cum ſeq.

306 Quartò, quòd ſi teſtator legat centum pro Ber-
ta maritanda, quæ iam tempore teſtamenti erat
maritata adhuc illa centum debentur ſecundum
Bald. in l. fin. in vlt. colum. C. de ſentent. quæ ſin.
cer. quant. per. l. ante penult. C. de inſtit. & ſub-
ſtit. & per l. ſi iam facta, ff. de condit. & demonſt.
& Bald. in authent. ſed cum teſtator, C. ad Tre-
bell. Paul. de Caſtr. l. Publius, ff. de condit. & de-
monſtr. Marſil. dict. rubr. dè fideiuſſ. num. 85. &
in tit. de rapt. virg. num. 37.

307 Quintò memini doct. Paul. de Caſtr. in l. mili-
tibus, & ibi quoque Alexand. C. de teſtam. milit.
dicentis, quòd ſi quis habebat beneficium cura-
tum, & obtinuit aliud beneficium curatum, quòd
erat incompatibile cum primo, & poſtea obtinuit
licentiam de tenendo duo beneficia curata, quòd
extenditur licentia ad primum beneficium cura-
tum, quæ magna eſſet authoritas ſi hodiè non
obſtaret motus Vrbani vj. quod in impetratio-
ne ſecundi beneficij tenetur ſupplicans expri-
mere omnia beneficia, quæ habet ante impetra-
tionem ſecundi Rota in nouis in deciſ. 292. & latè
adnotauit Menoch. de arbit. iud. caſ. 201. num. 41.
cum ſeq.

308 Sextò, dixit Iaſ. in l. quo minus in 21. quæſt. ff.
de flumi. quòd cum quis in flumine publico mo-
lendinum ædificare non poſſit inconſulto Princi-
pe ſi iam ædificauit, & obtinet poſtea aſſenſum
de faciendo, ille extenditur etiam ad molen-
dinum factum, quòd non fuit expreſſum, ratio
quia ſi quis concedit faciendum, quòd eſt maius,
videtur, & cōcedere minus, quòd eſt iam factum
Iaſ. ibi nu. 157. limitans in odioſis, & reſcriptis di-
ſpenſationum nu. 131. tempus futurū non exten-
di ad præteritum, & Reg. de Ponte d. conſil. 150.
num. 21. vol. 2. & Intrigl. deciſ. 3. num. 141.

309 Vndè diuerſitatis rationē inueſtigaui, hanc eſſe,
quia in feudalib. tractatur de intereſſe Principis, ſ.
quòd ob alienationē factā eo inconſulto ipſi Prin-
cipi acquiſitū eſt feudū d. c. 1. §. itē ſi quis qb. mod.
feu. am. cum. all. ſup. ideò præſtando aſſenſu ſuper

vno actu faciẽdo non extenditur ad iam factum
cum ignorans non videatur renunciare iuri ſuo
ſecundum Paul.in d.§.1.& in d.§.irritum,ſed in
alijs reſcriptis non tractatur de præiudicio ipſiuſ-
met Papæ,vel Principis,& propterea aſſenſus pręſ-
ſtitus ſuper faciendo extenditur ad iam factum
peroptimè Alex. in conſil.146.nu.8.cũ ſeq.vol.5.
& in l.Iulianus nu.2.& 3.ff.qui ſat.cog. de Frãch.
deciſ.113.nu.6.cum ſeq.& idem Alex.in alijs lo-
cis relatis per Surdum cit.deciſ.204.nu.20. & ſeq.
& cenſeo veram eſſe opinionem iſto caſu Vrſill.
in citat.deciſ.355.num.9. quę non eſt contra illam
deciſ.Sacri Conſilij, nam Afflict. ibidem num.3.
& 4.dicit,quòd omnis aſſenſus hodie habet clau-
310 ſulam veris exiſtentibus præenarratis,& Frecc.
in cit.quæſt.11.Bald.l.1.num.6.de conſtit. Princ.
Felin.in cap.ex parte de reſcript.Dec.conſil.209.
num.6.ver.2.reſpondetur Dom.de Franch.deciſ.
153.num.27.vndè cum verùm non ſit,quòd nar-
ratur,quia petitur licentia ſuper faciendo quod eſt
iam factum, etiam ſi Principi non nocet talis aſ-
ſenſus non valet ratione mendacij, quod priuat
ſupplicantẽ impetratis d.c. ſedes de reſcr.& Grã-
mat.dec.103.nu.234.cum ſeq.& concordat text.
in l.ſed hoc ita in §.1.ff.de re iud. & in l. ſi vnus,§.
fin.ff.pro ſocio cum notatis per Frec. in tract. de
præſentat. Inſtrument. in 9. par.in q.8. num.22.
311 Et aſſenſus cum dicatur gratia ſecundum Af-
flict.in c.1.num.57.de prohib. ſeu.al. per Lothar.
& in dec.398.num.4.Camer.2.concluſ. car.43. &
concluſ.3.vt dixi ſupra in alia allegatione,& Sur-
dus deciſ.189. num.17. attento principali propo-
ſito concedentis,& ideò feudum dicitur merum
312 beneficium quòd à ſola gratia Principis depen-
det ſecundum Bald. in præludijs feudorum in
col.5. & D.Martin. Laud.in c.1.in princ. qui feu.
dar. poſſ. & probat hoc text.in cap.1.de feud.non
hab. prop.nat.feud.& ita diffinitur in text. in c.1.
in §. beneficium quib.cauſ.feud.am. quod eſt be-
neficium ex beneuolentia datum,& Dec.conſ.31.
num.3. cum ſeq. & de Falco in tract. reſeruatio.
in 1.quæſt.princ.nu.2. & poſt alios Iul.Clar. in §.
feudum in quæſt.4. & ideò feudum emptum non
dicitur proprium feudum, quia non prouenit ex
libito aſſenſu Principis d.cap.1.de feud. non hab.
pro.nat.feu. & propterea antiquitus non poterat
acquiri præuio pretio ſecundum gloſ.1. in cap.1.
de beneſ.fratr.licet hodiè contrarium ſeruetur,ſe-
cundum Bald.in c.1.in §.ex eadem lege num.7.de
lege Corrad. & Zaſius de feud. in 12. par. ver. 3.
concluſio, & dicitur ſtricti iuris eum tantum va-
leat, in quantum ſonat, cum Princeps enarratis
dicatur conſentire D.Georg.alleg.3. num.10. ta-
313 men adhuc extenditur in contractu æquipollẽ-
ti,& veriſimili, quia dum in effectu idem ſignifi-
cat hoc Principi parum prodeſt Camerar. in rep.
c.imperialem in 13.concluſ.& Franch.in cit.deciſ.
305. num.5. vndè eius intereſſe non concernenti
extenditur etiam de vno actu ad alium cum gra-
314 tia, & beneficia Principum latiſſimè contra
eum interpretentur,l.fin.ff.de conſtit.princ.& l.j.
C.ſi libera.imper.ſoc.lib.10.quod in feudis hac ra
315 tione habet locum ius accreſcendi probat ille
text. & Alexand. in conſil.189. & 118. volum. 4.
Bald. Iacob. Aluar. Card. Alexand.in cap.1.de
feud.de nou.beneſ. inueſti. & Franciſcus Duare-
nus in tract.de iur.accreſc.in lib.1.in cap.16. iun-
ctis notat. per Doct.in l.ſi mihi,& Titio ff.de ver.
obligar.& in l.reconiuncti, ff. de leg.3. & ſic ceſ-
316 ſante intereſſe Principis extenditur ad iam fa-
ctum Alexand. in citat.conſil.146. quod fallere
etiam dicimus quando adeſt clauſula veris exi-
ſtentibus præenarratis Afflict. citat. deciſ.355. &
ſecundum Andr.quando eſt expreſſus latè eſt in-
terpretandus,quia eſt beneficium,& gratia,ante
dicitur priuilegium, quod ſtrictè interpretatur
Dom.Regens de Ponte deciſ.5.num.4.Camerar.
d.c.imperialem 2. concluſ.car.44.
317 Nec refragatur, quòd Papæ enarranda ſunt
omnia, quæ poſſunt mouere tàm pro,quàm con-
tra Principem ad non conſentiendum, quoniam
verba non acriter, ſed ciuiliter intelligenda ſunt,
l.ſi cui, ff. de ſerui. nec talis regula excludit aliam
opinionem, quòd etiam nõ enarrata Principi va-
lent, ſi fuiſſent enarrata, veriſimiliter Princeps
conceſſiſſet,vt dixi latius ſupra per ſex media,
& ſequitur hanc opinionem Salyc.in l.2. in 3.col.
verſic. oppoſ. modo extra gloſ. in verſ. ſolutio
num. 11. C. ſi contra ius, vel vt. publ. & Felin.
in cap.ex parte lo 1.col.2. extra de reſcript.
318 Neque adducta per Afflict. in citat. deciſ.355.
obſtant, quòd per talia verba ſi preces, &c. ſtat con-
ditionaliter aſſenſus, & conditio eſt de forma, &
forma omiſſa act actus eſt nullus,ita quòd ſolẽni-
tas ſubſequens non validat actum;ſolutio ſit iſta;
quòd quàmuis Paulina ambitioſæ prohibeat alie-
nationẽ fieri inconſulto Pontifice, & ſine iuſta
cauſa,aliàs alienatio erit irrita, cum pro forma
ante alienationem requiratur aſſenſus Apoſtoli-
cus, tamen communis ſenſus, & obſeruantia
eſt, quòd poteſt fieri ab Epiſcopo inconſul-
to Papa cum euidenti vtilitate Eccleſiæ ſaluo aſ-
ſenſu impetrando,& poſt dies obtinetur aſſenſus
Apoſtolicus,& per delegatos declarantes contra-
ctum illum ceſſiſſe, & cedere in euidentem vtili-
tatem confirmatur, & approbatur Rodoan. in
tract.de reb.Eccl.non al.in q 42.tit.Capitulũ ſede
vacante,& de Franch.deciſ.163.nu.14.quòm ipſiuſ-
met extrauagant. conceſſione hoc fieri permitti-
tur,cum excipiantur à prohibitione illa caſus ex-
cepti,qui ſunt quinq;, & inter cæteros eſt cauſa
vtilitatis ſm̃ Rodo. in cit.tract.lo.cit.& in q.35.&
36.& in q.20.& Steph.Quar. ſuper illa Paulina in
ver.caſus permiſſi in princ.nã ipſi dicunt licet re-
quiratur pro forma aſſenſus, tamen poteſt ſubſe-
319 qui,etiã in feudalibus ſecundũ Andr.in d.c.Im-
perialẽ in princ.3.col & Cõſ. Rouit.ſuper prag.j.
de fid. memor. nu.41. & cũ facta ſit pro Eccleſiæ
vtilitate,quòd à fauorẽ inductum, in odiũ non debet
retorqueri,quarè ſubſequens conualidat illam,
latè Rodoa.in lo.citat. & per Alciat. in conſil. 20.
320 Hac de re, Iaſon qui doctiſſimè ſcripſit, & an-
te eum Paul.de Caſt. in lecturis Doctor veritatis,
in l.vniuerſis, C.de precibus Imperatori offeren-
dis dixerunt, ſtatutum pro ſolemnitate requirens
congregationem Conſilij ad ſonum campanę fie-
ri per Anſianos, & alios deputatos ad regimen
Conſilij,quòd ſi reperitur factum Conſilium il-
lud iuxtà formã illã,ſic ordinatã, quoad finem,&
mentẽ ſtatuti,cũ cõſenſu populi valet Cõgregatio
non

non obſtante, quòd ſit omiſſa ſolemnitas à ſtatu-
to, quia ſufficit adeſſe finis, quæ eſt in eius men-
te, ſcilicèt conſenſus populi, non autem curatur
de modo, qui non eſt ſubſtantialis, & latè Dec. in
conſ. 229. col. 1. qui & ſi in 2. col. ait exiſtẽte clau-
ſula annullatiua, in lege forma dicitur ſubſtantia-
321 lis, quę non poteſt omitti, tamẽ in hac extrauag.
eadem lex excipit, quæ non dicitur excluſa oriens
ex eadem extrauag. Dec. l. qui pecuniam, ff. ſi cer.
petat. Frec. de præſcr. inſtr. 5. par. nu. 17. Marant. 6.
diſput. nu. 33. Caualcan. deciſ. 28. nu. 14. par. 2. de
Franch. deciſ. 623. & Iaſ. l. 1. nu. 18. C. de iur. & fact.
ignor. Menoc. in caſ. 197. Intrigl. dec. 20. nu. 12. 13.
322 Et ad regulam forma omiſſa actus eſt nullus,
c. cum dilecti de reſcr. & l. cum hi, §. prætor, ff. de
trãſact. dicitur, quòd quoad effectum ipſius Pau-
linæ parum prodeſt præcedere, vel ſubſequi ſo-
lemnitatem, cum finis illius conſtitutionis non ſit
alius niſi prouidere vtilitati Eccleſię, nam ſi ſic nõ
eſſet, eſſet præcluſa via acquiſitionis, ac eius vti-
litatis in non acceptando contractus vtiles à
principio, quia poteſt eſſe quòd hodiè aliquis re-
peritur contrahere volens cum vtilitate Eccleſiæ,
& ſi non contrahit tranſit illa voluntas, quæ ſem-
per eſt variabilis, vſq; ad mortem l. 1. C. de ſacroſ.
Eccleſ. & l. 3. ff. de adimen. leg. & ideò accep-
tando illam oblationem vtilem contrahendo vti-
liter valet contractus, ſi poſtmodũ obtinet aſſen-
ſum à Papa, & hoc ne amittatur commoditas ac-
323 quirendi, cum iura non velint, niſi effectum ad
finem, l. 1. §. inde quæritur, ff. de nou. oper. nunc.
& ſemper quod aliquid ſtatutum, vel lex requirit
certam ſolemnitatem in actu aliàs eum irritum
reddit intelligitur, niſi contractus fuit vtiliter ce-
lebratus, nam valet etiam ſine illa ſolemnitate ab
initio, ſecundum Barbat. in conſ. 60. quod ſi ſtatu-
to cauetur, & ſufficit quòd ille effectus, & finis ſta-
tuti ab initio fuit, licet ſolemnitas deſit, quia ſat
eſt ſolemnitatem poſt contractum adhibere, cap.
ſi qua de rebus 12. q. 2. & cap. cum nos de his, quæ
fiunt à præl. ſin. conſ. cap. latè Rodoa. in cit. tract.
in tit. de cauſa vtilitatis in q. 20. à nu. 178. vſque ad
finem, & in q. 35. de diſpoſitione extrauag. & q. 36
tit. ſenſus, & Abb. in c. edoceri nu. 12. de reſcr. dixit
quod alienatio facta à Capitulo Sede vacante ſine
conſenſu prælati in vtilitatem Eccleſiæ poteſt ra-
tificari per Epiſcopum ſucceſſorem, & ibi quoq;
Felin. col. 2. & quando actus valet quo ad ſui eſſe
324 forma non dicitur tantæ ſubſtantiæ, nam vera
forma, vt alienatio valeat eſt cauſa vtilitatis, quia
poteſt alienari cum iuſta cauſa abſque ſolemnita-
te à principio, ſi deinde poſtea ſubſequitur, ſed nõ
valet alienatio facta cum ſolẽnitate, ſed ſine cau-
ſa ſecundum gloſ. in d. c. ſine exceptione 12. q. 2.
& ibi Rodulph. & alij Rodoa. in cit. q. 20. nu. 204.
cũ ſeq. quapropter quando forma, ideſt ſolemni-
tas non eſt tantæ importantiæ valet actus ſi dein-
dè ſolemnitas illa ſubſequitur Rodoa. d. quęſt. 20.
num. 200. cum ſeq. & in q. 51. c. 7. in fi. de Franch.
deciſ. 35. Iaſ. in d. l. vniuerſis, nu. 3. & in d. §. prætor.
num. 3. ver. limita iſta.
325 Ad quæ cõfert conſ. Calder. 11. de iur. pat. quo
in loco dixit, valere præſentationẽ factã à maiori
parte populi licet forma congregandi non ſit ſer-
uata, quia vbi habemus effectũ non curamus de
modo quando nõ eſt tantæ importantiæ ſecundũ
Iaſ. lo. cit. & Pau. de Caſt. & Iaſ. in l. moribus in §.
prius ff. de vulg. & pupil. ſimiliter qñ lex requirit
inſinuationẽ in donatione excedente ſummã 500.
aur. vel quòd de cõtractu ſoluatur gabella dicitur
quòd ſi fit talis contractus non ſeruata illa forma
contractus valet, quia licet contrahere, ſed deficit
forma adiecta à lege, vel ſtatuto, vndè elidiť excep
tione formæ non impletæ ſi illa ſubſequitur, actus
in totum valet, quia omiſſio eſt defectus acciden-
talis, qui ipſo iure non vitiat, ſecus, quando eſſet
ſubſtantialis, ſecundum Bald. l. 1. num. 2. vſq; ad 3.
C. de precib. imp. off. quarè in alienatione Eccleſię
duo ſunt, quæ illam validant vtilitas, & ſolemni-
tas, vtilitas eſt ſubſtantialis, quæ antecedit, ſolem-
nitas accidentalis executiua, quia ſubſequitur, c.
ſine exceptione 12. q. 2. vbi prius eſt vtilitas, & po
ſtea ſolemnitas, ſi ſolemnitas non ſubſequitur cõ-
tractus claudicat, ſi ſeruatur ſimul iunctis perfi-
ciunt contractum.
326 Quæ omnia ceſſant in hac Bulla Pęnitentiariæ
expeditæ Sede vacante ſuper his conceſſionibus
faciendis, nam clauſula ſi preces veritate nitãtur
eſt ſpecificè verificata, cum alienatio ante aſſenſũ
non fuit aliter facta, ſed poſt ipſum obtẽtum prę-
uia licentia, & decreto ſequuta, vndè delegatus
fungitur vice delegantis, c. ſanè de off. del. & ſicuti
delegãs extraiudicialiter ſe informãdo poteſt hãc
licentiã concedere alienandi, & præſumitur iuſta
ratione motus ad id cõcedendũ, ſic etiã delegatus
cũ officium ſuum diligẽter exercere quilibet prę
ſumatur Abb. in conſ. 41. vol. 1. Capy. in dec. 16. in
2. dub. & Bertac. in trac. de Epiſ. in 4. p. in q. 34. &
Rodo. de reb. Eccl. nõ al. in tit. quã tut. ſit res q. 43.
& in quæſt. 23. num. 75. vſque ad finem de cauſæ
327 cognitione, & præſumitur delegatus legalis in
eius officio, l. 2. in princip., C. de iur. fiſc. lib. 12. &
crediť literis ſuis atteſtãtib. aliquid ex eius dicto
ſecundum Bald. in l. Imperium la 1. no. 9. ff. de iu.
omn. iud. & cum ſit onerata conſcientia iſtius de-
328 legati per Papam in tali reſcripto potuit in cau-
ſa procedere ſine aliqua cauſæ cognitione, cum
videatur, vt Deus electus ad tale negotium latè
penes Laur. de Iud. ſuſp. cap. 9. de vi talis clauſu-
læ, & ex poteſtate ſupplendi omnem defectum
in reſcripto conceſſa, & per Pontificem ſupplen-
do, ſupplere ipſe potuit omnem defectum ſi for-
ſan aliquis interueniſſet, ſic dixit Rota, quæ eſt
punctualis deciſ. 230. in nouis, etiam cum ſit facta
329 citata parte talis clauſula ſupplendi tollit om-
nem defectum ſolemnitatum etiam ſubſtantia-
lium, latè Alex. in conſil. 79. num. 20. vol. 1. & in
conſil. 52. num. 11. & 12. vol. 7. ait quòd talis clau-
ſula tollit defectus Iuris ciuilis cõcurrẽte eo ma-
gis præſcriptione annorum 50. Rota in deciſ. 373.
330 in nouis, cum ſit facta ex certa ſciẽtia tollit om-
nem defectum ſi quis forſan interueniſſet, Dec. in
conſil. 614. num. 17. quamuis loquatur in Rege,
idem eſt in delegato ſuo, quia omnia noſtra faci-
mus, l. 1. §. omnia noſtra, C. de vet. iur. enucl. & ipſe
met Dec. in conſil. 404. loquitur de delegato Pa-
pæ, & vtitur hac ratione in geſtis per eum, & Af-
331 flict. in Conſtit. cum ſatis num. 8. & dum eſt fa-
cta tribuẽdo ius de nouo, vt ex ea legitur, videtur
ius nouum tribuiſſe, & valet ex ea alienatio ſi non

 valeret

valeret ex licentia præambula data, quia Princeps poteſt tollere hunc defectum Alex. l. more maiorum num. 2. cum Curt. & Iaſ. num. . . ff. de iur. omn. iud. Grammat. deciſ. 103. num. 161. cum ſeq. & Carauit. in rit. 301. num. 9. cum ſeq. vbi dicit, quòd quando adeſt clauſula non obſtante, & cognitio cauſæ, confirmatio ſemper tribuit ius de nouo, & Alex. in conſil. 215. in fin. vol. 7. Dec. in conſil. 72. num. 5. & à pari procedunt decretum Iudicis, & confirmatio actua, cum ſint eiuſdem effectus, verba ſunt Bar. in l. curiales, C. de præd. cur. lib. 11. & Curt. d. l. more num. 13. & actus inualidus validatur decreto Iudicis confirmantia actum illum, quia authore prætore validatur, l. 3. §. miſſum, vbi Bart. ff. de Carb. edict. & in l. 1. C. eod. Idē Bar. d. l. more nu. 5. Dec. in l. 1. num. 11. de iuriſ. omn. Iudi. Ann. in allegat. 93. num. 7. & quando confirmatio fit in forma ſpeciali, & non communi tribuit ius de nouo Dec. d. l. 1. in fin. & d. l. more in 3. & 4. concluſ. & 1. concluſ. Iaſ. nu. 30.

Non obſtat, & ſextum, quòd non eſt, enunciari non poteſt, ſed tempore Inſtrumenti non erant
332 hæc acta iam producta ergo falſum Inſtrumentum illa exprimendo, nam reſpondetur, quòd legere, & non intelligere eſt confundere, ſi inſpiciantur verba decreti tollitur hæc difficultas, dicitur enim in eo, quòd delegatus occaſione Inſtrumenti præſentati iam factæ conceſſionis veritatem diligentius inueſtigauit, vndè loquitur in caſu comparatiuo, qui eſt ſupra poſitiuum, denotat enim illud verbum diligentius, quòd delegatus ipſe antequàm fieret illud Inſtrumentum diligentem cępit informationem, iuxtà verba Bullæ, ibi (ſi per diligentem informationem) quare conatus ad inſtantiam emptorum ex illo Inſtrumento conceſſionis præſentato, ſuper qua dedit licētiam faciendi, vt confirmaret diligentius, ipſe delegatus voluit inueſtigare ſi adhuc cedebat tempore confirmationis poſt factam alienationem in euidentem vtilitatem, vnde de nouo capta informatione formiter protulit decretum, quòd illa conceſſio non tantùm ceſſit in euidentem vtilitatem, ſed cedere modo reperitur, ideò confirmauit, & approbauit etiam Inſtrumentum, & omnia in eo contenta, quare à ſimili dicitur, quòd quando in
333 Inſtrumento adſunt aliqua verba, quæ poſſunt trahi, & non trahi ad falſum facienda eſt interpretatio benigna ad non falſum ſecundum Bal. & Iaſ. in l. iur. gent. in §. quod ferè n. 9. ff. de pact. & Roman. in conſ. 301. & Intrigl. in deciſ. 17. vlt. col. deciſ. 24.

Neque obſtaret replicatio, hoc non conſtare
334 ſi delegatus tempore conceſſionis, vel ante cępit aliam informationem de hac euidenti vtilitate, ſed tantum de ſecunda, in qua cum non appareat de illa prima ſolemnitate adhibita ante conceſſionem non præſumitur ex antiquitate temporis interueniſſe, quia ſpecificè conſtare debet ſecundum Caualcan. in deciſ. 46. num. 23. & Maſcard. de probat. in concluſ. 1317. num. 17. quæ fuit dubitatio Reuerendi Domini Patris Angeli Caiazze Regentis in Venerabili Monaſterio Paulinorum in Ciuitate Vicijnam reſpon-
335 deri poteſt, quòd delegatus habet poteſtatem dandi licentiam ipſas conceſſiones de faciendo fieri, quæ licentia habetur loco diſcuſſionis, & tractatus ſi erat vtilis, vel ne, Capyc. in deciſ. 16. nu. 4. & Rodoan. de rebus Eccleſ. non alien. in quæſt. 43. & quæſt. 23. num. 75. cum ſeq. quoniam vbi eſt authoritas Papæ non requiritur alia ſolemnitas, niſi probari cauſam, ſuper qua eſt fundatus aſſenſus, ſecundum Dec. in conſ. 142. num. 5. ſic intelli-
336 gentem conſil. Abb. 41. vol. 1. vndè in alienatione rerum Eccleſiæ non requiritur alia ſolemnitas, niſi conſenſus Capituli, & diſcuſſio ſi cedit, vel ne in euidentem, decretum enim non eſt neceſſarium ſecundum gloſ. in cap. 1. & ibi Innoc. num. 2. de rebus Eccleſ. non alienan. in 6. quare cum delegatus extraiudicialiter ſe informando potuit illam concedere licentiam, & conceſſa valet quemadmodum poteſt Papa delegans ſecundum Capy. & Rodoan. loc. citat. potuit poſtmodum in confirmatione ex eadem poteſtate eidem tributa approbandi, & confirmandi diſcutere, inueſtigare, & reperire per teſtes, per appretiū, & per alias probationes, quas recipere potuit in notorijs decretum proferre, prout protulit approbando, & illam confirmando, nam quod eſt ex conſequenti, præſumitur de antecedenti, & dum confirmat eſſe in euidentem etiam tempore, quo illam licentiam dedit, præſumitur ſic
337 fuiſſe, & erat notorium, ſuper quo potuit de per ſe informare Iudex, vt dictum eſt ſupra in ſolutione ad tertium; Et quàmuis illæ ſolemnitates, enunciatæ in eo Inſtrumento non apparent præſumuntur interueniſſe concurrente diuturnitate temporis annorum quadraginta, etiam ſi ſolemnitas eſt cui partes renunciare non poſſunt, qualis eſt iſta ſecundum Felin. in cap. ſicut num. 27. & 33. de re iud. Dec. in conſil. 409. Capyc. in deciſ. 16. Iaſon. in l. ſciendum num. 16. ff. de verb. oblig. nam potuerunt illo tempore interuenire Caualcan. in deciſ. 45. num. 31. & in Addit. in deciſ. 46. num. 227. & Soccin. in conſil. 15. nu. 53. vol. 1. vt ſuperius eſt iam dictum.
338 Et ſic ex verbis illis in decreto prolatis, rebuſque alijs in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi productis, & præſentatis, præſumitur illa diſcuſſio, & ſolemnitas enunciata in Inſtrumento, quòd interuenit, licet non appareat, per ea, quæ notat Afflict. in deciſ. 28. & Felin. in cap. ſicut numer. 21. de re iudic.

Vel ſecundò reſponderi poteſt, quòd Notarius illud aſſerens eſt ex aſſertione Epiſcopi ſibi facta, decretum, & acta, quæ modo exhibentur ſunt facta ad inſtantiam emptorum, ergò diuerſitas in perſonis.

Secundò, Notarius ibi nō teſtatur de die, qua facta fuerunt alia acta, ſed tantum aſſertiuè, ergò dum fieri poterant infra illud tempus nō eſt præſumendum, quòd hæc enunciare voluit.
339 Tertiò decretum enunciat vidiſſe Inſtrumentū latum per antea, & illud, & omnia in eo contenta confirmat, ſi ergò hoc ſubſequens confirmat illud antea, ſequitur quòd diuerſa ſunt acta, cū omnis diſpoſitio iudicari debeat ſm̄ tempus in quòd confertur l. in tempus, ff. de hær. inſt. & quod non eſt, cōfirmari nō poteſt, gl. in c. bonę el 2. de elect.
340 in 6. vnde confirmatio quandoque præcedit confirmabile, quandoque ſequitur actum, qui confirmatur, poteſt enim cōfirmari faciendū, ſed

illa

Digitized by Google

illa confirmatio eatenus habebit effectum, quate
nus ille actus fiet,& fiat vt decet, quia ſi nõ tenet
actus,neque tenet confirmatio, ſed quando con-
firmatio ſequitur,actum cõfirmat,quia prius ha-
bita roborat, vndè actius ſequitur actum, quam
præcedit, quia quod non eſt confirmari non po-
teſt Iacobut in cap.primo,num.3. qui ſucc. feud.
da.tene.

341 Quartò, quando delegatus confirmat Inſtru-
mentum;confirmat etiam omnia in ea contenta,
inter quæ erant iſta ſolemnia enunciata,vndè ha-
betur ita ac ſi ipſe Iudex enunciaret ſpecificè om
nes illas ſolemnitates interueniſſe, Dec. in conſi.
341.num.6.ver.& quia facta eſt relatio, quoniam
credendum eſt decreto,& ſententiæ quando appa
rent,licet,& acta non appareant Dec.in conſ.558.
etiam reſpectu ſolemnitatum, quibus renunciari
non poteſt communem eſſe dicit Craueᵭ. de an-
tiquit.tempor.in 2.part.num.14. & concurrenti-
bus etiam alijs coniecturis, & inditijs, quæ ſunt
enunciatio ſpecifica facta in Inſtrumento, & diu-
turnitas temporis annorum 40.præſumuntur in-
terueniſſe ſecundum Fely.in d.cap.ſicut num.27
etiam ſecundum eum in ſolemnitatibus, quibus
partes renunciare non poſſunt,Iaſo.l.4.ẜ.condem
natum num. 8. .ff. de re iud. & ſic etiam conſi-
deratis deciſio.Cacchera.171.& 172. vbi teſtatur
non præſumi illas, niſi appareant adhuc eſt vera
hæc opinio quòd præſumuntur quando ſpecificè
fuerunt enunciatæ, & potuerunt interuenire illo
tempore,vt in præſenti,vt dictum eſt ſupra, tunc
enim eſſet aliquantulum dubitandum quando
non adeſſet niſi ſolum Inſtrumentum cum illa
aſſertione, quia tunc poſſet procedere opinio, &
replicatio facta per illum Reuerendum Patrem
quod non ſufficit præſumptio,vbi non eſt ſpecifi-
ca probatio,licèt hæc opinio non ſit recepta,cum
etiam præſumatur concurrente tanta antiquitate
temporis ex mente Dec.in conſil.402. & Fely.in
d.cap.ſicut num.27.& 33. & Iaſo.in d.l.ſciendum
num.16.ff.de verbor.oblig. Alex.in conſi.79.lib.1
Rota.in nouis in deciſio.373. Crau.de antiquita.
tempor.in 3.par.num.15. etiam ſi non eſſet enũ-
ciata in Inſtrumento præſumitur iſta ſolemnitas
neceſſaria in actu ex curſu 30. annor. dixit Dec.
in conſi.341.num.13.Iaſo.loco cita.Capy.in dec.
26.in 1.dubio, & Sacrum Conſilium iudicauit in
cauſa Sancti Petri ad Ara cum Sancto Iacobo
Hiſpanorum; Actuario Figliola; patrocinante
Domino Paulo Staibano,vt ſuperius dixi, cui Re
uerendus ille acquieuit.

Quintò reſponderi poteſt quòd in Inſtrumen-
to fit mentio fuiſſe prolatum decretum, fore, &
342 eſſe procedendum ad alienationem ipſam, &
ſic loquitur de actu permiſſiuo conceſſo Epiſco-
po ſupplicanti, ſecundum decretum productum
loquitur de confirmatiuo, ſcilicet confirmamus,
& approbamus Inſtrumentum, & omnia in eo
contenta,vndè cum non concordent in tempore,
neque in verbis non poteſt allegari ad repugnan-
tiam,ſed ad concomitantiam, poſtquam dicebat
Bal.in l.magis puto in ẜ.non paſſim ff.de reb. eo-
rum bonum eſſe in his habere duo decreta,per-
miſſiuum antequam fiat actus, & confirmatiuũ
poſt factum,quæ modo fuerunt probata,vt ſupr.
patet,& ſi primum non apparet cum ſua informa
tione,præſumuntur,vt dictum eſt.

Non obſtat,& ſeptimum delegatum nõ habere
poteſtatem confirmandi,vndè nouum requiri In-
ſtrumentum,& primum non ſufficere,cui reſpõ-
detur quòd ſupra iam in ſolutione ad quintum
argumentum in verſ.ad primum, & in ver. & qđ
delegatus vſque ad finem probatum eſt iſtum
delegatum habere vtramque poteſtatem dandi
licentiam,& confirmandi actum,quare parum
refragatur;

343 Neque,& deciſio Angel.in leg.cum hi in ẜ. ſed
prætor, ff. de tranſact. actũ, qui fit contra formã
Iuris debere reintegrari cum ſolemnitate etiam
antè illam formam, vndè cum hoc fuit factum
ante decretum,& cognitionem cauſæ debebat de
creto interpoſito renouari illud primum Inſtru-
mentum nulliter factum,& fuit adhoc allegatum
ſimile de matrimonio contracto in gradu prohi-
bito,in quo non ſufficit primus conſenſus coniu-
gum,niſi ſequatur de nouo alius cõſenſus expreſ-
ſus poſt habitam facultatem à Papa, & fuit obie-
ctum eiuſdem Dom. de Caiazza.

Cui reſponſum fuit deciſionem illam Angeli
344 procedere quando actus ille ſequitur formam
requiſitam,& tributam à iure ad eſſe illius actus,
tunc ſi ille actus fit per prius,& poſtea ſequitur il-
la forma, actus non valet, cum non poſſit formã
præcedere, cum illam ſequatur ſecundum Bald.
in l.prima,num.44.ver.item quædam ſunt, quæ
ſequuntur C.qui adm.dum ergo forma ſubſequi-
tur debet ſubſequi ille actus, & de nouo fieri, qa
ab initio erat funditus nullus, ideò reconualeſce-
re non potuit,l.quod initio, ff.de regu.iur. Bald.l.
fi.num.primo,C.ad macedo. Affl. in conſt.pœnã
eorum numer. 12. ſed quoties ſolemnitas tributa
alicui actui eſt de forma, & ille actus formam
præceſſit, & poſt illũ ſolemnitas fuit ſeruata,tunc
ſi ille actus valuit aliquo modo per ſubſequen-
tem ſolemnitatem,ſeu formam augetur,& forti-
ficatur Bal.ibidem num.45. ſic intelligens tex.in
cap.cura de iure patron. quod conſenſus ibi ſub-
ſequens ideò fortificauit actum primum factum
quoniam conſenſus erat confirmatorius, & ap-
probatorius,& dum non eſt funditus nullus, ſed
aliquo modo valet per ſubſequentem ſolemnita-
tem reconualeſcit ſecundum Dec.& Cagnol.cõ-
cordantes allegantes in dict.l. quod initio per to-
tam.

Ad propoſitum pluribus in locis ſupra proba-
345 tum eſt,contractum alienationis rerum Eccle-
ſiæ poſſe fieri per Epiſcopum in euidentem vti-
litatem ſaluo aſſenſu impetrando,& facto contra
ctu obtinetur ille aſſenſus Apoſtolicus, & com-
miſſa cauſa alicui delegato poſt dies per illus de-
claratur contractum eſſe vtilem, & Apoſtolica
authoritate confirmari non obſtante Paulina
ambitioſę,quæ ſic eſt recepta,& ſeruatur vſque
ad hodierna tempora ſecundum Franch. in
deciſio.163.nu.12. quoniam non præcludit viam
acquiſitioni,& vtilitati Eccleſiæ,cum excipiat il-
la Paulina caſus permiſſos,qui ſunt cauſa vtilita-
tis,& alij ſecundum Rodoan. qui latè hoc decla-
rat in quæſtio. 35. & 36. & in quæſtio.20. numer.
300.

Et

Digitized by Google

Et eo magis hnc procedit quando ille delega-
tus habet duplicem poteſtatem dandi licentiam,
346 & confirmandi prout habebat ipſe, & ſic dico
quòd illa deciſio Ang. loquitur, & procedit quan-
do non præſumeretur in illo actu formã illã inter-
ueniſſe, ſecus cum præſumatur illam in hoc caſu
fuiſſe impletam dum in ipſo inſtrumento fuit e-
nunciata, & delegatus habuerat iam notitiam de
illa Bulla ex eius præſentatione, vndè ſequuta an-
tiquitate temporis annorum 49. præſumitur illud,
& alia enunciata interueniſſe Capyc. in dec. 4. nu.
29 cum ſeque. cum alijs adductis ſupra in ſolutio-
ne ad quintum in ver. ad primum.

Secundo procedere poteſt in eo, ſimplicem ha-
347 bente poteſtatem dandi licentiam, ſecus in hoc
delegato habente vtramque poteſtatem diſpẽſan-
di, & confirmandi, nam ſi prius diſpenſat poteſt
confirmare, quia paria ſunt aliqua ab initio lege
fieri, vel ex poſt facto, etiam lege permittente cõ-
firmari Soccin. in conſil. 15. num. 44. cum ſequen.
volum. 1. ſi enim ſolam poteſtatem diſpenſandi
haberet non poſſet confirmare, & ſi confirmaret
declarando cedere contractum in euidentem vti-
litatem eſſet neceſſarium aliud Inſtrumentum,
quia in primo deficit poteſtas Apoſtolica ad illud
validandum.

Vel tertio, & melius procedit in actu, qui nul-
lo modo fieri poteſt forma illa non ſeruata ſecus
348 quando fieri poteſt actus forma non ſeruata,
& actus factus aliquo modo valet, nam tunc per
ſequentem ſolemnitatem approbatur, & confir-
matur Bald. in d. l. 1. num. 45. C. qui adm. & Socc.
in loco cita. & Dec. in d. leg. quod initio in ver. 2. &
modo dixi in ver. ad propoſitum, quare confirma-
to actu non requiritur aliud nouum Inſtrumentũ,
cum ſumat vires ex licentia ante conceſſa per illũ
delegatum fore, & eſſe procedendum, vt in In-
ſtrumento dicitur, ac etiam quia fuit factum in
euidentem in caſu licito, tum quia fuit poſtmodũ
Apoſtolica authoritate confirmatum, vnde cum
facta ſint ipſo Epiſcopo, & eius procuratore ci-
tatis, omnia acta valent, & contractus eſt perfectus
Rota in nouis in deciſio. 230. de Franch. in deciſi.
35. & Caualc. in dec. 45. n. 51.

Non obſtat de matrimonio, quia eſt de forma in
349 illo conſenſus poſt licentiam Papæ iuxt. S. C. T.
in ſeſſ. 24. c. 5. de refor. matr. & ſi aliter fieret eſſet
nullum, vt ibi dicitur, & valet, vt ex nunc, nõ ex
tunc, cum illo tempore Iure diuino erat nullum,
ſuper quo non eſt Pontifex, vt declarat Nauarr. in
conſil. 19. in titu. de ſponſ. & matrimo., ſecus in
hoc caſu cum illa Paulina ſic recepta ſit, vt dixi
ſupra in ver. ad propoſitum. Similiter, & authori-
tas Surdi procedit quando actus á principio eſt
funditus nullus, cum elapſo tempore dato ad a-
lienandum vſus fuit licentia illa, vt ipſe loquitur,
non autem quando adhuc durat poteſtas delegati
authorizandi, vt hic.

Non obſtat, & octauum, quod antiquitas tempo
350 ris non operatur vbi ſolemnitas ſtat præcisè, cũ
hæc opinio non ſit apud omnes recepta, tam in
conſulendo, quã in iudicando, quoniam commu-
nis ſtat ſententia ex curſu triginta annorum pur-
gari omne vitium, & omnem defectum qui alle-
gari poteſt in contractu, c. peruenit, & ibi Anton.
de Butr. & Abb. de empt. & vend. nam præſumi-
tur authoritas decreti, & ſuperioris conſenſus in-
terueniſſe d. cap. peruenit, & cap. ea noſcitur de
his, quæ fiunt á Præla. ſin conſ. cap. & l. ſi filius C.
de peti. hæred. & l. qui in aliena §. ſed ſi non adierit,
ff. de acquir. hæred. ſequuti ſunt Ancharan. in con-
ſulendo in conſi. 135. & Aretin. in conſi. 36. cum
alijs adductis ſupra in ſolutione ad quintum, &
351 tempus tria operari, primo vicem perſonæ alie-
nando gerit, iura negligentis tabeſcit, & in diligen-
tem transfert, Ancharan. in conſi. 141. & Iacob. de
Franch. in cap. 1. num. 60. de his qui feud. dar. poſſ.
& Bald. in l. 1. num. 8. C. de emanc. lib. ibi dicens,
quod vetuſtas omnia licita facit, nec cauſa quęrẽ-
da eſt, & ſufficit non extare memoriam hominis
in contrarium, vbi origo rei haberi non poteſt.

Ad obiecta reſpondeo, quod ſolemnitas etiam
353 illa, cui partes renunciare non poſſunt præſumi-
tur ex antiquitate temporis annorum 40. in con-
tractu interueniſſe qualis eſt iſta requiſita in alie-
natione rerum Eccleſiarum, Felyn. in cap. ſicut,
num. 27. de re iudica. & perbelle Alex. in conſi. 79
numer. 10. volum. 1. vbi eſt caſus in terminis quod
illi domini Filippini, quibus erat facta conceſſio
habebant licentiam Papæ obtentam ſuper validi-
tate illius conceſſionis, ſecundum Alexan. ibidem
num. 9. verſ. vtrum autem, & tamen non aderant
aliæ ſolemnitates impletæ, & mentinnatæ in reſcri-
pto, & conſuluit ex curſu temporis annorum 30.
præſumi illas interueniſſe, & alleganti contrarium
quod non interuenerunt incumbat onus probandi
vt ibi num. 14. & quamuis non dicat certum tẽ-
354 pus quod eſſe debet, vt antiquum dicatur, Ay-
mo. Crauett. tamen in tract. de antiq. tempor. in
3. par. la prima, num. 13. referendo omnia conſilia
Alex. dicit hoc tempus antiquum eſſe annorum
triginta, & rationem dicit Alexan. ibidem nu. 20.
quod aliæ ſolemnitates ſcilicet conſenſus capitu-
li, & aliæ de vtilitate Eccleſiæ ſunt de Iure poſi-
355 tiuo, vndè cum adſit in reſcripto clauſula ſup-
plentes omnem defectum ſuppletur ipſe defectus
ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium, & in conſ. 52
num. 11. & 12. volu. 7. & Velaſcus conſultatio. 80.
num. 6. & 7. cum Papa ſit ſupra Ius poſitiuum, &
ſat eſt habere licentiam Papæ, & diuturnitatem tẽ-
poris ann. 30.

Neque refragatur quod cum requirantur hæ
356 ſolemnitates expreſsè non præſumuntur tacitè
ex temporis diuturnitate, ſi expreſsè non proben-
tur eſt fundata contraria opinio ſuper deciſ. Cac-
chera. 173. nam modo Decius Doctor præclarus
in conſulendo in conſi. 409. num. 4. & 5. ſic reſpon-
det cum Abb. in d. cap. ea noſcitur num. 9. verſic. ſi
vero requiritur expreſſus conſenſus de his quæ fi.
á præl. ſi. conſ. cap. quòd vbi in actu requiritur ex-
preſſus conſenſus alicuius ille conſenſus expreſſus
præſumitur ex antiquitate tanti temporis, etiam
expreſsè interueniſſe, quia dum tacuit videtur ex-
preſsè conſentiſſe tanto tempore, nam hoc ope-
[illegible] ratur diuturnitas temporis, & ſequitur Felyn. in d.
cap. ſicut num. 27. & 33. & Angel. in leg. qui in
aliena in princ. ff. de acquir. hæred. & Aret. in alleg.
conſi. 36. & Alexan. in præcitato conſil. 79. & hanc
eſſe magis communem opinionem teſtatur idem
Alex. in l. ſecunda in §. voluntatem num. 3. verſic.

hoc

hoc tamen limita.ff.ſolut.matrimon. & Abb.in
d.cap.ea noſcitur ſic dixit quòd in actibus,in qui-
357 bus eſt dare quaſi poſſeſſionem,præſumendum
eſt pro poſſeſſore ſi ſtat tanquam reus, tamen ſi
ſtat tanquam actor non præſumitur pro conſen-
ſu,niſi poſſeſſio ſit antiqua iunctis notat.per eum
in cap.illud de præſumpt. hoc idem tenuit Alex.
in add.ad Barto.in l.actor in lit.H.ff.rèm rat.hab.
& Rota in nouis in dec.373. & tàm Aret.quàm
Alexand.Cardin.Ancharan.Dec.Felin.Soccin.&
multi alij ſupra etiam relati in citata ſolutione
ad quintum tenuerunt hoc operari diuturnitatẽ
temporis annorum 30. contraria autem opinio
358 intelligitur de antiquitate temporis annorum
viginti, quod tempus non dicitur antiquum in
præſumenda iſta ſolénitate, cui partes renunciare
non poſſunt, ſecus quando eſt longiſſimum an-
norum 30. etiam ſi agitur de magno præiudicio
tertij,& hanc opinionem communem eſſe aſſe-
ruit Aymo.Crau.in citat.3. par.num. 15. & in 2.
part.num.14 vbi Docto. loquuntur in terminis,
ſcilicet in ſolemnitate adhibenda in alienatione
Eccleſiæ ex forma reſcripti Apoſtolici, quòd illa
ſolénitas præſumitur ex tanto tempore, & Sacrũ
Conſilium Neapolitanum in ſimili caſu aliena-
tionis, ſuper qua aderat aſſenſus Apoſtolicus Iu-
dicauit ex curſu annorum 30. præſumi illam ſo-
lemnitatem Capyc.in dec.16. in primo dubio de
ciſio.4. num. 29. cum ſequ. & aliàs cenſuiſſe idẽ-
met Sac.Conſil.in cauſa Sancti Iacobi Hyſpano-
rum,cum Sancto Petro ad Ara Actuario Figliola,
& Reg.de Ponte ſic pluries iudicatum teſtatur in
Sac.Conſil.& Vrbe Romana in rep.cap.1.lectu.3
num.47. lect.5. num.42. quem etiam refert po-
ſtea viſus Thorus in compen.dec.Reg.verb.con-
ſenſus Summi Pontiſ. & in verb. Aſſenſus Sedis
Apoſtolicæ, & ſimiliter in Sacr.Conſil.obtinuit
V.I.D. Ioannes Vincentius Quaranta cum Illu-
ſtriſſimo Archiepiſcopo Salernitano Bolognino
referente Domino Salamanca pœnes Ferrarium,
& Alexand.in conſi.218.num.4.ver. ſi autem re-
quirebatur expreſſus conſenſus volu.6. ait quod
359 vbi non datur quaſi poſſeſſio illius actus, qui
allegatur non præſumitur ſolemnitas,niſi ſit poſ-
ſeſſio antiquata, ſi autem non haberet in ſe quaſi
poſſeſſionem ,tunc regulariter non præſumere-
tur ſolemnitas extrinſeca,etiam concurrente diu-
turnitate temporis,niſi actus foret multum anti-
quatus, vel aliud interueniſſet,ſcilicet ſententia
vel alius ſimilis actus,& Balbus de præſcriptio. in
2.part.3.par.princ.num.27.verſic.3.eſt concluſio
car.88.dicit ſic intelligere tex. ſingularem dicti c.
peruenit,cum gloſ. de empt. & vend. vt concur-
rente poſſeſſione longiſſimi temporis 30. vel 40.
annorum præſumatur titulus, qui non præſumi-
tur ex ſpatio 30.vel 20.annorum, & Intrigliol.in
deciſio.44. num. 28. & 29. de communi fatentur
etiam vbi non eſt enunciata in actu.

Ad dicta per Octauian.Cacchera. in alleg.dec.
360 173. reſpondetur quatenus dicit primo loco ſo
lemnitatẽ nõ operari in magno præiudicio, vt pu-
ta,quando tractatur de perdendo dominium hoc
non eſt in quæſtione, cum adſit Inſtrumentum
factum cum euidenti vtilitate, & aſſenſus Apo-
ſtolicus, cum legitima confirmatione delegati,
ſed tantum tractatur de præſumendo ſolemnita-
tẽ enunciatam in Inſtrumento ante ſtipulatio-
nem, quæ præſumitur, & non eſt magni præiu-
dicij.

Nequè ad rem obſtat quod dicit in num.tertio
361 huiuſmodi præſumptionem non procedere
quando pars negat,vel vbi agitur de tertij præiu-
dicio, nam quò ad primum dico illud procede-
re quando actus eſſet factus ignorante parte,
contra quam allegatur diuturnitas temporis, tũc
non operatur ſi à parte opponitur quòd illa ſo-
lemnitas non interuenit dum de illo actu notitiã
non habuit, quia data ſcientia partis diuturnitas
temporis operatur,ſic dixit Felyn. in d. cap. ſicut
num.27.& 33.& Caualca.in dec.29. num.24. in
2.par. & Crauett.in cita.3.par. num.17. dicens,
quòd imò ſi pars non opponit defectum ſolem-
nitatis illa præſumitur, etiam in actu recenti ceſ-
ſante antiquitate temporis,& notat etiam Mathę
ſilanus in ſingul.12. quantò magis in poſſeſſione
annorum quinquaginta, cum ſcientia, & patien-
tia habita omnium Epiſcoporũ, & miratur quo-
modo Senatus Neapolitanus in deciſio.245. hanc
opinionem ſequutus ſit, cò magis quòd Alexan-
der in conſi.9. num.6. verſic.non obſtat,& num.7
362 cum ſequ. volu.3. allegatus ab Afflict. in citat.
deciſio.ſe habet quando tantum cucurrit tempus
decem annorum, quod non eſt ad hoc ſufficiens,
vt ſupra dixi ex mente Crauett. in dict.3.par.nu.
15.Balb.loco præcit.num.27. & ſic loquitur Ale-
xander data ignorantia partis, dicens quod Ca-
nonici de actu illo notitiam non habuerunt,ac de
re contradicere poſſunt, cum tale tempus decem
annorum ſufficiens non ſit ad illorum conſenſũ
indicandum, Alexander in d.l.actor ad Bartolum
lit.H.ff.rem ratam haberi ſecus ſi ille actus ſactua
eſt ab Epiſcopo, in quo de eorũ cõſenſu nõn ap-
paret, nam tunc ex longo tempore ſi ille actus
apparet præſumitur factus cum Canonicorum
conſenſu dum non contradixerunt, & præſumi-
tur notitia, cum dicantur eius coniunctæ per-
ſonæ,probat hoc text.in d.cap.ea noſcitur ver.re-
ſpondemus,& Alex.ibidem de aſſenſu Papæ in
num.8. quod per tale tempus annorum 10.& 15
non præſumitur.

Sed aliud eſt dicendum quando actus eſt factua
363 ab Epiſcopo obtento prius aſſenſu Apoſto-
lico, per quem aſſenſum non requiritur alius cõ-
ſenſus Canonicorum, c. ad audientiam el 2. vbi
glo.de eccl.ędiſ.Abb.in conſi.41.volum.primo,&
Franch.in dec.163.num.13. cum Bald.in l.vnica,
num.11.in fin.C.de cadu.tollen.dicat quòd ſcien-
tia præſumitur ex aſſidua conuerſatione,ex ami-
364 citia intenſa,& ex publica voce,& fama, & Iaſ.
in l.ſi rem, C.de lega.dixit dari ſcientiam per de-
cennalem poſſeſſionem, dum allegare ignoran-
tiam in facto proprio eſt lata culpa,quæ non ex-
365 cuſat l.fin ff.pro ſocio, Abb.cap.fin.num.20.de
confeſſ.& Iaſon.l.error,num. . . . C.de iur.& fa.
ign.

Tum etiam loquitur Alex.cum Afflict. quan-
366 do illimet Canonici,qui ſtipulati ſunt aliquem
contractum,in quo enunciatur de eorum volun-
tate proceſſum eſſe opponerent dicẽtes quod ipſi
nunquam conſenſerunt, tunc allegando conſen-
ſum

Digitized by Google

ſum illorum in illo actu tenetur ipſe hoc probare Innoc. in d.cap.ea noſcitur in fine,ſecus autem quando eſt elapſum tempus annorum 30. cum ſcientia, & tolerantia illius actus, tunc diuturnitas temporis hunc conſenſum operatur, ſecundum Felinum in dict.capitu. ſicut, numer.27. & 33.

Nequè afficit non operari in præiudicium ter-
367 tij,quoniam text.in dict.cap.peruenit procedit etiam in præiudicium tertij per tantum tempus annorum 30. vt poſt alios ſupra relatos ſic dixerunt Crau.in d.3.p.n.7.& 15.& gl. in d.c.peruenit in ver. & poſt biennium,& ibi Abb.nume. decimo.

Non procedit,& aliud præſumi tantum ſolem
368 nitatem extrinſecam,ſecus eſſentialem, & ſubſtantialem, quæ reſpicit iuſtitiam tituli quia tunc non præſumitur ex diuturnitate, nam etiam hoc concesſo ſolemnitas ſubſtantialis in reſcripto Apoſtolico non eſt niſi cauſa vtilitatis enarrata, hæc enim dicitur finalis in mente Pontificis,quæ ſi non eſſet Papa non diſpenſaſſet,iſta reſpicit iuſtitiam tituli Rodo.cit.tract.in titu. de cauſa vtil. in quæſt.20.num.156.cum ſequ. & Socc.in conſi. 25.num.51.volum.primo, vndè cum hæc ſit euidens vtilitas ſpecificè probata ſequitur quod parum prodeſt antiquitas temporis in hoc, & cum adſit decretum delegati confirmans illas conceſſiones præſumitur quòd alienatio ceſſit in euidentem,nam alias delegatus non confirmaſſet,vt infra ad nonum latè dicam ex mente Bart. in l.prima,per illum text.C.de præd.dec.libr.10. & Caualca.in deciſio.40.num.29.in tertia parte, & Alexand. conſil. 218. numer. ſeptimo, volum. primo.

Non eſt conſiderandum, & aliud in numer. 5.
369 quod præſumitur ſolemnitas data ſcientia, & patientia eius de cuius præiudicio agitur,& quando potuit actum impugnare,ſed noluit, & quando ſcientia fuit certa,& vera,nam dico quòd ſciētia,& patientia ſemper adfuerunt omnium Epiſcoporū ab illa die, quoniā aſſenſus à Sede Apoſtolica fuit obtētus ex petitione ipſius Epiſcopi, qui bona illa conceſſit, in quibus ſunt enunciatæ omnes illę ſolemnitates adhibitæ coram delegato, & deinde fuerunt illa acta confirmata ab eodemmet delegato.

Non obſtat in num.6. quòd non præſumitur
370 ſolemnitas, quæ non potuit interuenire tempore contractus,cui reſpondetur, quod tempus iudicat legitime acceſſiſſe ex interuallo trium dierum,adhoc vt legitimè arguatur ſeruata, Gram. in deciſio.79. num. 10.cum ſequent. & Caualca. in deciſio. 45.num.30.& 31. dum potuerunt ſeruari,ergo ſi ſunt enunciatæ præſumuntur interueniſſe; oppoſita autem procedunt, quando non eſt veriſimile quòd illo inſtanti, quo fit cōtractus ſolemnitas illa, quæ requirit tractum temporis adhibita fuit,tunc ſi enunciatur non præſumitur Felyn.in cap.ſicut num.27.& 33. de re iudica. vbi ſic declarauit Bartol.in d.l.ſciendum,& alios ob-
371 ſcurè loquentes,Imò Innoc.in cap.veniens numer.2.ver.alij tamen in fin.de uer.ſign. ait quòd ea quæ excedunt mætam 40. annorum ſunt impoſſibilis probationis, adeò quod quis releuatur ab onere probandi, & omnia ſolemnia ex tanto tempore præſumuntur, licet Alex. dubitet citar. conſi.218.num.10.& 1.volu.6. quod vt ſit impoſſibilis probationis requiritur tempus centum annorum.

Nequè ſimiliter obſtat quod ibi dicit non procedere hoc in ſolemnitate, cui partes renunciare
372 non poſſunt, quia hæc opinio non eſt recepta, nam etiam iſta præſumitur per curſum 30.annorum,quando eſt ſpecificè enunciata in actu ſecūdum Fely.in dict.cap.ſicut num. 27. vt dixi in d. ver.eo magis, & in hac ſolutione ad octauum in verb.neque obſtat in ver.antecedenti.

Non militant quæ in n.7.dicta non operari an
373 tiquitatem temporis quando ex actis contrarium patet, vel ſi non debito modo fuerunt illæ ſolemnitates in Inſtrumento deſcriptæ, nam totū eſt oppoſitum,vt ex actis patet.

Neque refragatur quando aliter fuerit probatum, quia dicit Rota in nouis in deciſi. 230. non
374 dari probationem in contrarium quando conceſſio fuit confirmata authoritate Apoſtolica citata parte,& eſt eo magis elapſum tempus annorum 40. & illo tempore conſtat de euidenti vtilitate,& rationem adducit Caualca.in dec.40.nu. 31.in 3.part.vt finis litibus imponatur; quia ad probandum contrarium requiritur prius probatio per tres teſtes legales ad tollendam præſum-
375 ptionem hanc iuris,ſcilicet decreti lati, & antiquitatis temporis Iaſo.in l.ſciendum,nume.10.ff. de verbor.oblig. & Crauett.de antiquit. tempor. in 2.part.num.47. cum valde operetur pro agente præſumptio illa,& Inirigl.deciſio.5.nume. 91. requiritur poſteà ad elidendam probationem factam alia probatio per teſtes eiuſdem numeri, & qualitatis ſecundum Caualca.in deciſi 45. in add.num.308. cum plur.ſequ.requiritur etiam alia probatio validior per Inſtrumenta antiqua ad elidendam probationem reſultantem ex quatuor Inſtrumentis locationum apparentibus.

Non afficit quod dicit in num.8.9.& 10. quod
376 debet probari coram delegato id quod Principi fuit narratum,nam coram delegato probatum eſt authoritate delegantis.

Non obſtant,& alia ſequentia nam iuſtus titu-
377 lus ortum habet ex Inſtrumento, & actis, ergo antiquitas temporis annorum 30. opitulatur per tex. quem ipſe allegat in capitul. peruenit de empti. & vendit. & ſic vt patet illa deciſio non eſt contra,cum factum non concordat,nam quatenus dicit in num.12.verſi.ex præmiſſis quod,vt
378 tex.in d. capit. peruenit,procedat requiruntur multa,ſcilicet iuſtus titulus,bona fides ementis,q; ſit verſum pretium in vtilitatem communem, & quod alia bona extarent tempore illius contractus,dico quòd Abb.ibidem num.8.& 9.cum ſequent. dubitat ſi iſta neceſſaria ſimul concurrere debent,tamen conceſſo quod omnia ſint neceſſaria omnia,interueniſſe patet ex lectura.

Neque dicendum eſt verba poſita in aſſenſu,
379 ſi in euidentem importare conditionem, ita quòd debeat illa conditio impleri in forma ſpecifica expreſſa,& nō tacita,& æquipollenti ex

præ-

præſumptione iuris ex poſſeſſione 30.annorum,
nam vera eſt opinio quòd quando verba ſunt a-
diecta in aliqua diſpoſitione iſto modo ſcilicet
lego ſub hac conditione ſi Titius hæres erit lego
decem Caio quòd illa verba non inducunt con-
ditionem, quando de ſui natura, ſeu ex alijs verbis
non eſſet conditionalis, ſed alterius naturæ puta
modalis l.mæuia, & l.Imperatores, ff.de manu.te-
ſta.& l.cum ſit verum de cond.app.l.2.§.ſi.ff.de
donat.l.ea conditione vbi Bart.& Bald. & Salicet.
C.dè reſcind.vend. Bald.in l.cum res, C.pro do-
nat. ſecundo ſtat alia opinio vera quòd quando
380 conditio, quæ apponitur ab homine tacitè in-
eſt ex iuris diſpoſitione non dicitur conditiona-
lis, ſed modalis, & procedat regula tex.in l.3.ff.de
legat. primo, quòd expreſſio eorum, quæ tacitè
inſunt nihil operatur Bald. in l.vnica, num.13.C,
de cadu.tollend.& Caſtr,d.l.3.num.4.ponit exem
381 plum quòd ſi Papa dicit beneficium confera-
tur alicui ſi eſt idoneus , hoc mandatum non eſt
conditionale, & ideo valet collatio etiam ſi non
eſt idoneus, dummodo ſit capax, quia clericus, ná
hæc conditio ſi eſt idoneus tacitè inerat ex diſpo-
ſitione legis, vndè ſi eſt expreſſum non operatur
aliud niſi quòd aliàs conferens peccat mortaliter,
ſi tamen eſſet dictum, vt ſit Doctor, tunc quia il-
la conditio à iure non requiritur, vt collatio va-
leat debet ille eſſe Doctor, (ad rem) clauſula ſi in
382 euidentem non debet accipi conditionaliter,
ita quòd debeat ſpecificè apparere, nam alio mo-
do poteſt apparere per viam modi ſcilicet decla-
rando delegatus quòd cedit in euidentem vtilita-
tem cum magna ſit vis decreti, & ei eſt credendú
quouſque contrarium non pàtet, vt infra in ſolu-
tione ad nonum, & ex poſſeſſione 30.annorum,
vt ſupra dixi, ergo; ſecundo tacitè inerat iſta clau
ſula quamuis à Papa non eſſet dictum, ſi in eui-
dentem, quia ita lege communi cauetur in c. fine
exceptione 12.quæſt.2.& in extrauag. ambitioſæ
de rebus eccl.non alien. vndè cum Papa expreſsit
id, quod tacitè inerat non dicitur talis clauſula
conditionalis, ſed modalis ſecundum Caſtr. dict.
l.3.num.4.quare, & ſi hæ ſpecificè probationes, &
ſolemnitates non apparerent ſtante aſſenſu Apo-
ſtolico, & poſſeſſione 40.annorum omnia præſu-
mi deberent iuxta deciſio.Capyc.16.& alias dec.
S.C.ſupra relatas, tum etiam conditio expreſſa
adhuc præſumptiuè poteſt impleri tradit con-
cord. Intrigliol.in deciſio.21.num.20. & Mantic.
de con.vlt.volun.libro primo, titul. 16.num.8. &
Honded.in conſi.58.num.83.lib.1.& ſupra etiam
dixi.

De cauſa alienationis par. 2.

NEque, & ſimiliter obſtant argumenta, quod
cauſa legitima non interuenit, & ideo nulla
alienatio, quia omnia obiecta eodem mor-
bo laborant, & figurantur in aere abſque ratione
& facto, & vt pateat reſponſum ad omnia dica-
mus.
383 Non afficere primum, nam verum eſt quòd
cauſa, & ſolemnitas requiritur, & quod vtilitas de
bet eſſe euidens, vt obijcitur, ſed negatur obie-
ctum ratione primi quæſiti non eſſe vtile aliena-
re pro pretio taxato per expertos, quia Dec. hoc
non dicit in allegato conſil.141 neque vllus Do-
ctor, imò hæc eſt ſolemnitas ad eſſe actus de iure
Canonico antiquo, vt in cap. hoc Ius, §.perpetua
10. quæſtio. 2. quo Iure ſancitum erat quod pen-
ſio ſoluenda Eccleſiæ pro emphyteuſi perpetua
debet æſtimari per expertos, vt dicatur iuſta, &
Eccleſia non ſit in læſione, & hoc etiam diſpone-
batur de Iure Ciuili in authen. perpetua, C. de
ſacroſanct.Eccleſ. à quo iure ſumpta eſt illa Ca-
nonica diſpoſitio, cum iuſtum pretium non poſ-
ſit cenſeri, niſi per expertos arbitrando conſide-
ratis omnibus talem eſſe iuſtam penſionem, ſe-
cundum Rodoanum de rebus Eccleſ.non aliena.
de cauſa vtilitatis quæſtio.20. à num.145. cum
ſequenti, & de Franchis in deciſio.35. num.quin
to, & 6. & in deciſio. 191. nu.10. ſubdens talem
eſſe practicam, & in deciſio. 235. & Vrſill.ad Af-
flictum in deciſio.286. num. ſecundo, poſt illud
factum ſi res induſtria emptoris aucta ſit, læſio
allegari non poteſt, cum illa conceſſionis tempore
vtilis erat, & ad vtilitatem facta Rodoan.ibid.nu.
384 140.cum ſequenti, & Eccleſia ſolum pretium
iuſtum expoſcit, & non ab alio illicitatione for-
ſan facienda plus oblatum, Romanus in ſingula-
ri 762. quod eſt commune ſecundum Addentes
ibi, & Abbas in cap.quia plerique, numer.29. de
immunitate Eccleſiarum, prout ſimiliter non
attenditur oblatio plus iuſti pretij ab alio facta,
vt illud iuſtum æſtimatum dici non poſſit etiam
inter priuatas perſonas, ſed tantum illud attendi,
quod ab alijs communi æſtimatione, æſtimatum
eſt, Cœpolla de ſimul.contract. numer. decimo-
quarto, Velaſcus in conſultatio.43.numer.vnde-
cimo, citans Pinellum, & Caualca.in deciſio.37.
385 nu.vigeſimo quinto, in tertia parte, dicens iu-
ſtum pretium arbitrari, etiam ex inſtrumentis
locationum per antea factis de cenſu minori, &
per Architectos illud probari Gloſa in §. quia
vero leonis in authentica de non alienandis, aut
permutandis rebus Eccleſiæ, & Afflictus in con-
ſtitutione violentias, numer. decimoquinto, &
Caualcanus in deciſio. 46. in additione, numero
255. & 256. 1.p.

Igitur ſi factum eſt appretium, quo oblatio il-
la, vt iuſtum pretium confirmata eſt; ergo ea non
eſt in detrimentum, ſed in euidentem Eccleſiæ
386 vtilitatem, ratione pluris in cenſu conſtituti, &
ſic, vt iuſta penſio per Tabularios iudicata, & e-
tiam per Iudicem confirmata, vt ex decreto pa-
tet, cum ad ipſum Iudicem ſpectet illam, vt vti-
lem declarare, Additio ad Caualc.in d.dec.46. nu.
255.& 256.

Et Decius in citato conſil. 142. loquitur ſcili-
387 cet, vt cenſus modo oblatus excedat fictum
temporalem, aliàs non eſſet vtilis conceſſio pro
eodem pretio, quo res locabatur, vt Caualca.in
deciſi.quadrageſima, num.decimotertio, parte ſe-
cunda, & Menoch. dicto caſu 74. iudicant exceſ-
ſum in duos aureos, imò ſufficere eſſe æqualem
fructibus, vt iuxta dicatur dixit de Franchis lo-
co citato, & Surdus deciſi.198.num.22.

Neque obſtat ſecunda cõſideratio quod Tabu
388 larij æſtimauerunt attento reditu rei eſſe certi
valoris; ergò ſi redditus erat in ſimili, nõ fuit vtile
alie-

Digitized by Google

alienare pro eodem illo Canone, Caualcan. in
deciſ.45. num. 36. ſed debebat concedi pro maio-
ri pretio, nam fructuum perceptio non ſpecifica-
tur in ipſo Inſtrumento talis penſionis, ſed tãtum
in genere dicitur attento redditu, & conſideratis
de iure conſiderandis, dum non eſt expreſſa quã-
titas reddituum non videtur ſublata per illam
genericam aſſertionem ſpecialis, & indiuidua
probatio ſacta per delegatum de perceptione ip-
389 ſius, & vbi numerus nõ adijcitur duo ſufficiant
l. vbi numerus, ff. de teſtibus, & in materia iſta
Caualcan in alleg. 46. in add. num. 271. ſi eſt plena
probatio, & ſpecialis ergo tollit præſumptam, cũ
præſumptio cedat veritati, & vna præſumptio
390 validior elidit aliam, c. quia veriſimile, & c. illud,
& cap. fin. de præſumpt. quanto magis, & clara
probatio, in qua non indigemus coniecturis, leg.
continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.
391 Vndè cum pars aduerſa valdè ſe tuebatur ex
authoritate Caualcan. volui ſemper cum eiſdem
Caualcan. auth. ſoluere quæſtiones, & eius argu-
menta, ipſemet Dominus Caualcan. in deciſ. 37.
num. 25. & 26. in 3. parte dicit, non operari præ-
ſumptionem, vbi eſt determinata probatio facta,
& in deciſ. 40. num. 13. par. 3. ait, quòd tunc non
dicitur probata vtilitas Eccleſiæ, & probationem
factam per delegatum de perceptione fructuum
non eſſe veram, quando pars aduerſa, vel Eccle-
ſia probaret per teſtes fide dignos, vel per Inſtru-
menta locationum facta per Prælatos prædeceſ-
ſores, quòd eodem, vel maiori pretio res illa lo
cabatur, ſed debebat excedere, ſed ſecus quando
per teſtes, & ſcripturas per reum, vel emptorem
probata eſt de præterito perceptio illa fructuum
eſſe longè minor, quàm modo, vt ibidem num. 15
& 16. latè explicat; Probatur ergo ex ſimili pro-
392 batione de perceptione vera æſtimatio rei, l. ſi
quos, C. de reſcind. vendit. Bart. l. pretia rerum, §.
quod nonnulli, ff. ad l. Falc. & in conſil. 157. nu. 7.
& Bald. in l. ſi fundum num. 3. C. de rei vendicat.
Addit. ad Caualcan. in deciſ. 46. num. 318. & num.
255. & in deciſ. 37. num. 26. & deciſ. 40. nu. 38. 39.
& 40. 3. par. Alber. de Roſa. 2. par. ſtatutor. q. 102.
& Afflict. de iure prothomiſeos, §. 4. num. 27.
393 Probatur etiam in antiquis perceptio illa ex
locationibus factis fructuum rei, & locorum
Eccleſiæ vicinorum, vt iuſta penſio dicatur obla-
ta per emptorem loci vicini ſecundum Caualcan
in citata deciſ. 40. num. 40. in fine, & deciſ. 37
num. 26. 3. parte.
394 Non afficit ſecunda præſumptio ad hoc allega-
ta, quòd dum dicunt Tabularij attẽto redditu, er-
go non fuit vtilis conceſſio pro illo redditu, quo-
niam illi non dixerunt ſolum attento reddi-
tu, ſed dicunt, redditu, ſitu, & conſideratis de
iure conſiderandis, ſequitur ergo, quòd illud ap-
pretium eſt fundatum, tàm ſuper redditu, qui ex
eo percipiebatur, quàm ſuper ſitu, & ſuper alijs
de iure conſiderandis, quia dictio illa, etiam, ſtat
395 copulatiuè, cum ſit poſita inter compatibilia
Dec. in conſil. 275. num. 4. Caualcan. in deciſ. 31.
num. 3. in 5. par. Surdus deciſ. 210. num. 14. nam
de iure, vt æſtimatio dicatur formiter facta ſunt
396 conſideranda res redditus, locus, tempus, con-
trada, venditiones locorum vicinorum, & futurũ
tempus ad beneficium Eccleſiæ, Bar. quem om-
nes ſequuntur in l. 2. C. de reſcind. vendit. & ibi la-
tè Cagnol. Pantal. Crem. & Pinell. & Velaſc. con-
ſult. 43. & dum non exprimuntur hæc omnia, ſed
dicunt conſideratis de iure conſiderandis, viden-
tur tacitè hæc omnia comprehendere. & Rodoa.
d. q. 20. num. 145. cum ſeq. Afflict. ſuper conſtit.
violentias nu. 15. & Caualcan. in deciſ. 46. nu. 256.
& 257. 1. par. & ſi dicunt attento redditu opporte-
bat hoc dicere per ſupradicta, & in effectu res il-
la non erat inutilis cum erat in redditu.
Ad adducta per Caualcan. in deciſ. 45. num. 36.
397 1. par. reſpondetur, quòd illud dictum non eſt
ſic ſimpliciter verum, & parcat mihi dominatio
ſua, ex quo inuoluit materiam, & confunditur
ipſemet, & ſic intelligendo fuiſſet erronea, & falſa,
cum Eccleſia ſolum iuſtum pretium expoſcat, &
non quod ab alio in licitatione forſan plus offer-
retur, ſic ipſe dixit in deciſ. 37. num. 26. 3. par. ex
mente Ludou. Roman. in ſing. 762. & Carot. in
deciſ. 99. num. 9. vbi plura ad ornatum, & iuſtum
pretium arguitur ex redditu, & taxatur per ex-
398 pertos, vt dictum eſt, & de Franch. in deciſ. 191.
num. 10. Vrſill. deciſ. 316. num. 3. dicunt hanc eſſe
communem practicam in Regno, & idem Fran-
chis, deciſ. 235. & ita eſſe de iure communi inter
priuatos quoque, vt ſupra dixi Velaſc. conſult. 43.
num. 11. & Caualcan. in deciſ. 49. num. 21. 2. par.
dixit, quòd in emphyteuſi perpetua debet taxari
penſio pro iuſta mercede; & Canone, & circa eui-
dentem vtilitatem Doctores ſolum conſiderant
quando bona non eſſent fructifera, ſed inculta, &
ſterilia, & maior eſſet impenſa, quàm introitus, &
non quando ſolum augetur penſio aliqua, quia
hoc reſpicit fauorem Rectoris, & non Eccleſiæ,
quod non eſt in præſenti, vt ex actis.
399 Neque dictum in citata deciſ. 29. num. 21. ibidẽ
abſolutè eſt verum deberi Eccleſiæ ſolui per em-
phyteutam aliquam quantitatem anticipatam.
poſtquam Additio ad eum in deciſ. 46. num. 250.
ait quòd in iſtis conceſſionibus debet pro intra-
tura ſolui magna quantitas, & concedi ſub modi-
ca recognitione, quod non aderat in præſenti, cũ
cenſus ſit exceſſiuus vltra ſolitum, & ſolui quan-
titatem anticipatam non eſt receptum, cum ſolũ
in emphyteuſi iuſta penſio ſolui debeat ad reco-
gnitionem directi dominij, Iaſon. dicens eſſe cõ-
munem in l. 1. à num. 4. 2. col. C. de iur. emphyt. &
Iul. Clar. in §. emphyteuſis in quæſt. 3. immò de
Franch. loc. citat. dicit cenſum non taxari ad re-
cognitionem directi dominij, ſed illæ fiunt præ-
uio appretio bonorum concedendorum pro ſum-
ma reſpondenti fructibus, ex re percipientibus,
& Caualcan. deciſ. 45. num. 53. 1. par. & Vrſill. loc.
citat. num. 2. deciſ. 386. adeo, quòd poteſt peti re-
400 miſſio cenſus ſi res perijt, vt dixi in allegat. 5. &
hac in re in redditu illa eſt in euidenti vtilitate ab
initio abſque nullo pacto diminutionis, iuxta
conſil. Decij 142. num. 5.
401 Circa valorem rei in proprietate adhuc eſt in
euidentem, nam res quanti valet ex fructibus ar-
bitratur, l. ſi quos, C. de reſcind. vend. l. ſi fundum
per fideicommiſſum, vbi Doct. ff. de leg. 1. vnde
dicebat Rodoan. in quæſt. 20. de cauſa vtilitatis,
num. 107. quòd ſi res reddit quinquaginta valet
mille,

Digitized by Google

mille,cum ad rationem quinque per centum illa
facienda ſit,& Caualca.in deciſio.46.nu.262. in
additione , quare neceſſario dicendum eſt, quod
dum res illa quolibet anno reddebat ducatos duo
decim ad quinque per centum eſſet valoris duca-
torum 250. & tamen eſtimatum eſt ducat. mille,
attento non præſenti,ſed futuro redditu,& ſic iu-
ſta penſio cum longè excedat fictum temporalẽ
iuſta Decij opinionem in conſilio 142. numer.5.
verſi.non obſtat ſucceſſiuè,& ipſemet Caualca.in
deciſi.40.num.decimo tertio,par.3.

Eſt etiam vtilis in proprietate, quia affrancare
402 cenſum ducatorum 33. ad quinque per cen-
tum eſt ducatorum 700. ad tarenum vnum pro
vncia auctum eſt in ducatis 300.cum ſint vnciæ
167. ſunt ducati mille.

Neque obſtare replicatum cenſum debere eſſe
403 correſpondentem valori rei,vndè ſi valet mil-
le ad quinque per centum eſſet cenſus ducatorũ
quinquaginta,quia illud procederet quando alie-
natum eſſet directum,& vtile dominium,& po-
ſtea relaxatum eſſet capitale in poſſe eiuſdem
emptoris,tunc ſaltem ad quinque per centum de-
beret conſtitui,cum conuertendo illud in annuos
introitus , tantumdem ab alia perſona potuiſſet
haberi.

Sed nos ſumus in cenſuatione vtilis dominij
404 tantum,retento directo, quæ, vt valeat fictum
temporalem excedere debet, alias non eſſet vtilis
pro eodem pretio,quo res locabatur, Dec. in
allegat.conſil.142.numer.quinto, & tamen fictus
temporalis erat in duc.12. & modo eſt pro cenſu
valde maiori.

Secundo ſtat regula contractum debere fieri
405 ſecundum loci conſuetudinem , in quo ſtipu-
latur,l.ſi fundus,ff.de euictio. & Barto.in l.prima
nu.14.& 15.C.de ſum.trin.& fid.catt.cum res ſu-
mat initium à loco, in quo naſcitur, tàm in ho-
406 mine,quam in delicto, quam etiam in contra-
ctu ſecundum Paul.de Caſt.in leg. cum antiqui-
tas num.2.C.de teſtam. & Dec.in l.ſi conuenerit,
num.31.ff.de iuriſdict.omn.iudicum,Afflict.in
deciſio.248.num.4. & Caualca.in deciſio.51.nu.
50.& 51.par.2. vndè Maria.Socci.in cap. vlt.co-
lum.3.verſicul.ſexto principaliter quando de for.
comp. per incolatum tripliciter domicilium que-
407 ritur,diſpoſitione legis, animo, & voluntate
incolæ,& natura, quare conſuetudo dicitur opti-
ma legum interpres,l.ſi de interpretatione,ff.de
408 legibus,gloſ.eſt pulchra in cap.non nullam de
reſcr. Abb.in conſi.9.in fi.volum.2. & conſuetu-
409 do dicitur lex, l.cum de conſuetudine, & l.de
quibus,ff.de legib.& l.vt gradatim, §. & ſi lege,&
l.fi.§.ſed ea quæ ſupra, & l.honor.§.de honoribus
in gloſ.ver.de honor.ff.de mun.& honor.& con-
ſuetudo loci eſt ſemper conſideranda, l.ſemper in
410 ſtipulationibus,ff.de regu.iur.& Afflict.de iur.
prothom.§.primo,nu.31.& facit tex. in cap. pri-
mo,de feu.cog.vbi dicitur quod particularis con-
ſuetudo loci eſt in cauſis feudalibus ſemper actẽ-
denda,& latè Camerar.c.imperialem, §.præterea
Ducatus pen.& vlt.col.nam conſuetudo eſt alte-
411 ra natura dixit Ariſtot.in 4.lib.de mo.& rerũ,
& lib.2.metafiſ.tex.com.14. ex quibus dici po-
teſt valere conſuetudinem patriæ quòd emphy-
412 teuta non cadat à Iure per bienniũ non ſoluẽs
canonem Eccleſiæ, Theſſ.in deciſio.pedamo.169
nume.2.ibique filius in add. refert Senatum cen-
ſuiſſe. Sicut,& valere conſuetudinem,quòd em-
413 phyteuta volens donare alteri, teneatur de-
nunciare domino ſi rem vult pro iuſto pretio ta-
xando,quamuis de iure non teneatur Alexa. in
conſi.119.vol.3.Iul.Clar.in §. emphyteuſis q.15.
vlt.verſ.& Rodoa. de rebus Eccleſ. non alien. q.
79.cap.9.num.27.vt latius dixi de donat. 2.parte,
cap.5.quæſti.41. & omnem diſpoſitionem inter-
414 pretari conſuetudinem dicit Dec.in conſ.441.
num.13. & Menoch. de arbitrar. Iudicum, caſu
199.num.11.& Gloſ.in l.non poſſunt de legibus.

Ad propoſitum omiſſis,quæ in medio poſſem
afferre conſuetudo contra Eccleſiam, omiſſa li-
415 bertate eccleſiaſtica,& quod non inducatur ſu-
per reſeruatis Principi, vt valeat duo requirũtur
primò quòd ſit rationabilis,ſecundò quod ſit prę
ſcripta,cap.fi. de conſuetud. cap.3. de conſuetud.
in ſexto, Barto.& alij in leg.de quibus, ff.de legi-
416 bus,dicitur enim rationabilis quando in totum
non corrigit Ius commune Canonicum,ſed in
parte minuit,vt eſt in præſenti quatenus deberet
taxari de iure communi cenſus ad quinque per
centum,Caualca.in deciſio.45.num.3. tamen
417 quia ibi extat conſuetudo antiquiſſima, vltra
centenariam quod res eccleſiæ cenſuantur ad ra-
tionem tareni vnius pro qualibet vntia,non enim
tollit hæc conſuetudo totum Ius,ſed minuit,cum
ſit pro capitali ducatorum centum cenſus an-
no quolibet caroleni 34.& non 50. ad quinque
per centum,& hoc caſu, etiam contra Ius Cano-
nicum ſcriptum valet conſuetudo Iacobut. de
418 Franch.in cap.1.numer.64.de his qui feud.dar.
poſſ.& Nauar.in conſ.4.nu.6. de vſur.lib.2. & eſt
ratio ſecundum Abb.in d.cap.fina.num.7.verſ.&
puto, quia in hac conſuetudine inducta aliqua
419 cauſa interfuit, & fuit conſiderata per populũ,
quæ non erat tempore legis conditæ, & in num.
6. dicit quod poteſt eſſe rationabilis quàmuis ſit
contra ius,ex alio non eſt cauſa quod eſt contra
420 Ius,poteſt eſſe iuſta, & rationabilis, vndè duo
contraria poſſunt ſimul ſtare iuncta , & eſſe vera
conſideratis diuerſis finibus, vt nubere, & non
nubere,cap.nuptiarum 27. quæſt.1. & Menoc.de
arbit.Iud.in caſu 81.latè probans omnem legem
421 eſſe factam cum ſua ratione , quarè valdè mi-
randum eſſe ait in loco præcitato, Abb.quod po-
puli non habentes poteſtatem condendi contra
422 ſacros Canones ſtatuta poſſint communi con-
ſenſu contra Ius Canonicum conſuetudinem in-
ducere,& rationis ratio eſt,quoniam hac tantum
via his populis conſultum eſt, aliquid contra Sa-
cros Canones poſſe inducere quod expreſsè face
re nõ poſſunt,nam Ius Canonicum principaliter
423 in Deum hominem dirigere intendit, & ad bo
num publicum Eccleſiaſticũ venit, vndè ſtatutũ
ab inferioribus editum præſumitur temerarium,
& ambitioſum,& æterno fini contrarium, & hac
de re Papa poteſtatẽ hanc expreſsè ſtatuere cõtra
Sacros Canones dare nolit, ſed benè conſuetudo,
quæ ex tacito communi conſenſu elicitur à Papa
toleratur non in totum corrigendo, ſed in partè,
attenta aliqua rõne,& cauſa,quæ eſt in loco in quo

inducitur,& ſic concurrit in hac conſuetudine tacitus cōſenſus populi,& authoritas Papæ tolerãtis,
424 quoniam maius ſcandalum oritur ex reprobatione conſuetudinis,concurrente tacito cōſenſu,& longo tempore continuato,quàm ex tolerãtia iſta sm̄ Abb.in d.c.fi.n.9.& ideò ſubnectit,nu.10.quod ex cauſa vrgenti in non prouiſis à Canone pōt ſtatui aliquid contra illud, & ſic eſſe ſentiendam authoritatem,DD.dicentium eos nō poſſe inducere conſuetudinem,qui non poſſunt facere ſtatutum, quorum meminit D.Reg.Valenz.in conſ.34.à nu. 147.cum plur.ſeqq.vbi ipſemet quando contra Canones non eſt admictenda.
425 Imò dicendum eſt hanc conſuetudinē eſſe fundatam ſuper rōne iuris,de iure enim res ęſtimatur sm̄ fructuum perceptionē,l.ſi quos,C.de reſc.vēd. attento ſitu,cōtrata,& sm̄ tempora,& alienationes rerum vicinarum,Bar.in l.2.vlt.col.vbi omnes repet.mod.C.de reſc.vend.& communiter DD. in l. ſi fundum, ff. de legat. 1. his actentis inducta eſt talis conſuetudo.

Requiritur ſecundo,q̄ ſit præſcripta,& quãuis
426 inter Doctores ſit altercatio quot tempus exigatur,vt præſcripta dicatur cōmunis eſt, in Eccleſia ſufficere tempus 40.annorum quale requiritur in præſcriptione Innoc.in c.cum dilectus de conſuetud.Abb.poſt.alios in d.c.fi.n.11.Bal.d.l.de quibus nu.27.& ibi Iaſ.col.24.n. . . Balb.in tract.de preſcript.in 5.p.princ.12.q. Menoch.de arbitrar.Iud. lib.2.cent.1.caſ.82.num.7.& ſeq.& Maſcard.ce-
427 teros congerens in concluſ.424. quia per tale tempus præſumitur ſcientia Principis,vt contra eum præſumatur aſſenſus in tali actu inducendo contra poteſtatem quam ipſe habet Affl.in prælu. conſt.Regni,q.19.

Conſuetudo enim quando tāto tempore eſt to-
428 lerata illicitum facit licitum,nam tanto tempore præſumitur interueniſſe ſcientia,& aſſenſus ſuperioris,ita quod alius aſſenſus non requiritur,& dicitur vim legis habere,quia iſta conſuetudo non ſolum excedit tempus 40.annorum,ſed non habetur memoria hominis in contrarium, vt latè per
429 Alex.in conſi.24. lib.5. & facit talis conſuetudo ius partis iuridicum Anto.Theſſ.in dec.Pedamo. 57.nu.5.& sm̄ eos habet talis conſuetudo vim pri-
430 uilegij,& de Franch.dec.166.imò talis conſuetudo centenaria,contra quam non eſt memoria hominis in contrarium operatur etiam in reſeruatis Principi,vt illa quoque præſcribi poſſint Capibl. de Baro.prag,8.la 2.nu.119.cum ſeq.Crau.de ant. temp.4.p.n.11.Surd.dec.1.late Fel.in c.cum cauſa, n.12.de re iudic. & talis conſuetudo habetur loco veritatis dicit Bal.d.l.de quibus n.28.de legibus,&
431 latius per eundem Bal.in l.1.n.2.3. & ſeq.C.de emanc.lib,nam tales ſic vulgatas antiquas conſuetudines præſumitur Principem ſcire,& notitiam habere ſecundum Iaſ.in l.Imperiū. n.20. ver.2.reſponde,ff.de iu.om.iud.Capibl. lo.præcit.nu.121, cum ſeq.& Capyc.in dec.69.n.17.

Imò dicunt Crau.in tract. de antiq. temp.in 4.
432 p.n.7. & Meno.in cit.caſu 82.n.8.& Intrigl.dec. 44.nu.4.valere conſuetudinem inductam per populum,ſi per decennium fuit vſu recepta non cōtra Ius Canonicum,ſed circa bona temporalia, nam æquiparantur eo caſu cum bonis laicorum,
433 in quibus ſufficit hæc conſuetudo decennalis, eò magis dicunt, ibidem, quando eſt inducta, & facta ſciente,& patiente ſuperiore, tunc non re-
434 quiri tempus 40.annorum,ſed ſufficere decennium, tractatur ſolum de modo alienandi bona Eccleſiæ,quæ conſuetudine toleratur dato eò fortius (vt in præſenti) ſcientia Papæ per ſupplicationem Epiſcopi.

Neque eſt de eſſe,vt illa ſit ſeruata in contradi-
435 ctorio Iudicio,vt dicebãt Dec.Pariſ.& de Mōte relati per Velaſc.conſul.75.nu.8.à.Docto.enim communiter illud reprobatur, cū ſufficiat binus actus, vt ſit inducta idem Velaſc.conſult.95.n.11 Socc.conſ.90.8.col. 1.p.Affl.in c.1.nu.17. & ibi Iaco.n.65. de his qui feu.dar.poſ.Clar.§.feudum,
436 q.13.ver.nunc,& Meno.de arb.caſ. 81. nu.5. & ſeq.opinantur per ſolum actum non dici rem ſolitam infeudari, niſi ſit binus, quia per binum actum dicitur inducta conſuetudo, Camera.loco præcit.pen.col.car.108.lit.C. & D. ſecus quando
437 induceretur contra diſpoſitionem ſtatuti, tunc requiritur ſpatium decem annorum, & quod ſit obtentum in contradictorio iudicio Alex. conſil. 136.nu.19.vol.2.& conſ.123.n.4.vol.1.Carau.rit. 84,n.4.& Amat.in conſ.48.ferè per totum, & ſic intelligendus eſt Bald.in l.qui enim,ff.de legib.&
438 per duos teſtes ſic deponentes probatur illa, ac etiam per duo inſtrumenta ſimilia confecta, q̄n ad Notariorū maioris partis illud peruenit, Maſcar.in all.concluſ.424.& 425.cum ſeq. & Theſſ. in dec.183.n.3. Phanuc.de inuent.in 3.p.n.87.Caroc.da loc.& cond.tit.de mercede difformi,q.5.n. 16.car.9.& de prædictis per Intrigl.in dec.44.à n. 18.cum ſeq.& Dec.in conſ. 275. ponens modum
439 conſuetudinē probandi, cum pluralitas actuū, & continuatio ſit de illius ſubſtantia, Bald.in d.l. imperium la 1.n.10.ver.item,& Amat.lo.cit.ver. ad primum.
440 Non obſtat de depoſitione nō facta de cōi æſtimatione pretij in locãdo, quoniã tripliciter illud probari poteſt, Primo per vulgum populi,vt q̄n publicis in plateis ſubhaſtatur res, & plus offerēti liberatur,nam tunc non data meliori oblatione Eccleſiæ vtilitas probatur,& iuſta arguitur oblatio,ita quod in Fiſco etiam loquendo non admittitur maioris oblationis allegatio,ſtante cōtractu ſolēniter ſic facto,iuxta dec.Affl. 340.niſi in ſexta par.concurrat læſio,vt ibi,de cuius veritate latius per Reg.de Pon.in tract.de pot.Proreg. car.128. à n.48.cum ſeq. & ea eſt ratio,vt per illam ſubhaſtationem,vera æſtimatio non probetur cum ſoleant eſſe animoſę, ratione ſingularis affectionis vel ex cauſa viciniatis,vel quia maiorū fuit ſuorum, vel ratione odij,vel ex cauſa artis ſuæ. quia eſt ad officium cum imponente,vt ibi Vrſill. in addit.ad Afflict.numer.tertio dicit, & latius de Franch.in deciſi.54.num.7. cum ſeq.& idem Afflict.de iure prothomiſ.§.4.num.14. vt ſupra dixi quare dicunt ſeruandam eſſe practicam Bartol. in leg.2.num.20.cum ſequ,C.de reſc.vend. quod Iudex debet mictere duos bonos æſtimatores,qui delato prius iuramento debent referre actentis fructibus rei,loco, ſitu,& tempore quanti res illa valere poteſt, nam cuilibet perito in arte ſua ſtandum eſt, cum per eos illa probata

ſit

d'catur,ita quod læſio non poteſt prætendi, & ſe-
quitur Barto.Bald. & Paul.de Caſtr.in d.l.2.Pant.
Crem.Cagnol.& Pinellus ibidem,& Rodoa.de
rebus Eccl.non alien.q.20.num.145. & 146. & ſic
per Sacrum Conſilium ſeruari teſtatur Dominus
de Franchis in alleg.deciſio.54.num.7.& 8.cum
444 ex fructuum perceptione illa probetur l.ſi.quos
C.de reſcind.vend.& Bald.in d.l.2.num,25.quarè
ſi res reddit quinquaginta, valet mille ad quin-
que per centum, cum tali ratione æſtimentur,
leg.ſi ſundum,vbi Docto.ff.de leg.primo, & Ro-
doa.loco cita.num.107.& 108. & latius dixi ſupra
in ver.non obſtat,& 2.conſideratio,ver. & quibus
enim, num. . . & Bald.in d.l.2.numer.25.verſ.ex
hac probatione facta ait,quod Iudex ſi vult poteſt
445 facere quod ſuper iſta probatione eligantur æ-
ſtimatores per partes,qui iurati deponant viſis re,
& probationibus ſuper hoc factis quantum eſt ve-
rum pretium, & ſi non concordarent partes in
eos elegendos,Iudex eligat l.fin.C.de iudit.& ſi di-
ſcreparent eligatur tertius,cuius authoritati parea
tur,hæc Bald. loco præcitato, & not.Aretin.in
§.optionis in fin.inſt. de legat. nam quamuis arbi-
446 trio Iudicis relinquatur quale ſit iuſtum pretiū
Bald.d.lege 2.loco alleg.& add.ad Caualca.in dec.
46.num.256. & Afflict. de iur. prothomiſe.§.ſe-
cundo,num.17.car.37. tamen ait Bald.loco citat.
quod Iudex debet mictere duos æſtimatores, qui
tanquam magis periti his conſideratis illud arbi-
trantur,quibus ſtandum ſit, Bart.loco cit.& hanc
practicari teſtatur de Franchis in allegata deciſio.
54.num.8.dicens veram non eſſe opinionem ad-
dit.ad deciſio.Capyc. & illa de iure non militant,
& eſt ſecunda probatio ſcilicet per appretium,
præuia electione expertorum.

Probatur, & tertio per teſtes, quo modo nun-
447 quam datur certa probatio,vel ratione ſingula-
ris affectionis, vel quia ſcire non poſſunt realiter
quanti res valet,& ideò,vt ipſi probent debent de-
ponere quod ipſi tantum darent, quia communi
æſtimatione tantum valet Velaſc. conſul.43. n.13.
Maſcar,concl.567.n.41.ſed duo requiruntur ſe-
cundum Bar.& Bal.in loco prealleg. primò,quod
à re remoueatur ſingularis affectio,quam teſtes in
ea habere poſſunt, ſecundo probari circumſtan-
tias rei venditæ,ſcilicet quantum reddit, & quales
fructus producat res illa,ex quibus circumſtantijs
redditur cauſa ſcientiæ in hoc requiſita, Velaſcus
loco citat.num.14. declarans quando hoc proce-
dit ſcilicet in re, requirēti ſpeculationem iudicij,
vt in gemma,in intereſſe, & alijs ſimilibus, ſecus
in re mobili, vel victualibus, quia tunc quilibet
groſſolanus hoc ſcire poterit,ſed quia iſti teſtes nō
poſſunt ſemper haberi,dicit Bald.in dict.l.ſecun-
da,num.25.ver. & eſt ratio,quòd probandæ ſunt
circūſtantiæ quales fructus res producat, & quan-
to pretio res ſimiles contiguæ vendantur, & alia,
ex quibus colligi poteſt communis æſtimatio,cum
ex fructuum perceptione vera rei æſtimatio pro-
betur, dict.lege ſi quos, C.de reſcindenda vendi-
tione.

Imò hæc dixit Borgni. Caualc. in dec.40.n.39.
in 3.parte, reſpondetur quod locatio cum ſolutio-
448 nibus penſionum ſub eodem tempore facta,
quo fuit inueſtitura,& antequam illa inciperet le-
ſionem ænormiſſimam longè vltra dimidiam o-
ſtendit, & quando nemo pati voluiſſet,& plenam,
ac claram probationem facit contra emphyteu-
tam, quia ſolutio penſionum in illa quantitate
probat eandem perceptionem in fructibus, quo-
rum loco illa ſuccedit, leg.cum antiquitas, verſic.
quid enim,C.de vſufructu,leg.prædiorum, ff.de
vſufructu,lege mercedes,ff.de petitione hæredita.
cum alijs,& cum iſta penſio fuerit diú præſtita vl-
449 tra decem annos.& ſemper creuerit de ea dubi-
tari non poteſt ex notat.á Bart.in leg.litibus, num.
2.C.de agricolis, & cenſitis libro 11. & cum illa
450 longo tēpore actualiter ſit præſtita per laborato
rem ſagacem habentē notitiam rei, & expertum
vt in eius depoſitione,qui volebat potius lucrari,vt
communiter conductores faciunt, quàm tali pre-
tio perdere conducendo, dici non poteſt pretium
ſingulare reddidiſſe, ſed quod communiter ab a-
lijs inuentum eſſet, quia & ipſe cenſetur feciſſe eo
modo,prout communiter alij homines qui ſuum
non iactant, leg.cum de indebito,ff.de probation.
& quod ab alijs communiter fieri ſolet, leg. ſi pa-
ctum;ff.de probatio. & quia non ſolum longo,ſed
longiſſimo tempore dicta perceptio continuauit,
& ex ea per viginti annos collecta,probatur etiam
perceptio,& pretium rei,vbi allegat multa, & de-
inde dicit,quod ex locationibus non longè ab in-
ueſtitura factis læſio, vel vtilitas Eccleſiæ proba-
tur,ſunt enim teſtes examinati coloni dicti loci in
hoc negotio deponentes de ſolito affictu per eos
ſoluto, & per alios.

Non enim obſtat dec.Caualca.prima. num.36.
& 37. ſecunda parte,non enim obijcimus eius di-
451 ctum quod ex depoſitione communis æſtima-
tionis probatur verus rei valor, nam & hoc affir-
mauimus ſupra, tamen per Doctor. fatetur vt ſu-
pra dixi cum Bald. in dict. leg. ſecunda, numer.
25. C.de reſcindenda venditione; quod licet ex
eorum dicto non probetur verus valor rei, tamen
ex depoſitione perceptionis fructuum in præteri-
tum, ſaltem per tres annos probatur vera rei per-
ceptio in fructibus,& in pretio,ſecundum additio.
ad Caualcan.in deciſio.46.numer.318.& 319. ex
qua fructuum perceptione æſtimari poteſt, quan-
ti res valet, dict.leg.ſi quos;C.de reſcindenda ven-
ditione,& Barto.& Bald.in dict.leg.ſecunda,num.
25. eò magis ſequuto appretio cum decreto dele-
gati, ad quos ſpectat iuſti valoris declaratio,vt di-
ctum eſt.& Maſcard loc.cita.

Non obſtat,& ſextum, quod delegati induſtria
videtur eſſe electa, qui non poteſt ſubdelegare,
nam dico fuiſſe receptos per Actuarium,& dum
non probatur quod delegatus erat abſens, præſu-
452 mitur præſens duplici ratione,prima, quia quā-
do expeditur citatio teſtium dicitur,ibi (quod cō-
pareant teſtes coram nobis vbi fuerimus) com-
parentibus ergo, & examinatis præſumitur præ-
ſentia delegati per glo.in leg prima,in verſic.inter
præſentes,& ibi Barto.& gloſ. in lege optimam,
in verſi.ſi ſeruus,& in ver.eo die, C.de contrahen.
ſtipulat. & quæ not.Felyn. in cap. ſicut num. 36.
de re iud. dicens quod ſi apparet citatio præſumi-
tur mandato Iudicis facta, & cenſetur inueſtitus

Digitized by Google

cap.hoc Ius porrectum 10.quæſtio.2. & latè Ro-
doan. in eodem tract.in quæſtio. 19. & Soccin.in
conſi.29.num. 16. volum.primo, vt in minore
adnotauit Menoch. de arbitrar. Iudic.caſu 149.
Sed in conceſſione in emphyteuſim alie-
465 natur tantum vtile dominium, directo reten-
to, pro quo Eccleſiæ præſtanda eſt, anno quo-
libet iuſta penſio vltra ſolitum locationis, &
debet illa taxari per expertos, quòd ſit iu-
ſta abſque læſione diuinæ domus, & Eccleſiæ eſt
prouiſum quòd rem conceſſam recuperare po-
teſt, vel per non ſolutionem Canonis per bien-
nium, vel ob alienationem faciendam irrequiſito
domino, vel ſi rem deterioraret, dict. cap. hoc ius
§.perpetuam, & auth.qui rem, C.de ſacroſa. Ec-
cleſ.l.2. C.de iure emphyt. cap.potuit extra loca.
cum Gloſ. vndè non requiritur tanta ſolemni-
tas, cum duo teſtes deponentes de redditu in præ
teritum per tres annos tantum reddidiſſe rem il-
lam ſufficit ad videndam, & probandam veram
rei perceptionem adhoc, vt argui poſſit ſi penſio,
quæ modo eſt ſoluenda excedit fictum tempora-
lem de præterito, & ſi eſt in euidentem Add. ad
Caualca.in deciſio.46.num.271. & 318. cum ſe-
quenti, requiritur etiam expertorum appretium
cum iuramento referentium conſideratis de iure
conſiderandis poſitis per Bartolum, & alios in
leg.2. C.de reſcind. vend. vt penſio ſoluenda ſi ſit
iuſta, & non ad læſionem diuinæ domus, eadem
Additio ad Caualc.in dict.deciſi. 46. nu. 256. &
illa eſt melior probatio ad rei valorem probandū
vt ſupra dixi in ſolutione ad tertium, ex quibus
deueneniendum eſt ad hoc Eccleſiam in euiden-
tem eſſe vtilitatem, ſcilicet primo vltra illam ſo-
litam augendo penſionem ſoluendam, iuxta De-
cij conſilium 142.num.5.& Rodoa.in dict.quæſt.
5.n.169. quod Comm.facere poſſunt Ricc.reſo.
81.in Pr.Arch. ſecundo in augendo rei valore in
proprietate, §. quia verò leonis, in authen. de non
alien.rebus Eccleſ.& dict.cap.hoc ius, §.perpetua
Rodoa.loco præcit.
466 Quæ quidem omnia ſatis apertè, ac in re ex
perſpicuis probationibus, & cauſis vtilibus appa-
reut poſtquàm coram delegato per quatuor te-
ſtes probatum eſt quod res pro ducatis duodecim
iuxta antiqua inſtrumenta locabatur, quare æſti-
mando pro redditu illo ducatorum duodecim ad
quinque per centum eſſet valoris ducatorum
250. ſecundum Doctores in l.ſi fundum, ff.dele-
gatis primo, modo à prima die offertur penſio
non ducatorum duodecim, ſed longe plus, per
quam augetur illa vltra ſolitum in magna ſum-
ma.
Eſt etiam factum illud in valore proprietatis,
quoniam affrancare ducatos duodecim, ad quin-
que per centum ſunt minus ducatorum 250. &
ad tarenum vnum pro vncia, ſunt vncię 60. va-
loris aureorum 360. Modo affrancare cenſum
oblatum ducatorum 33.cum dimidio, ad quin-
que per centum, ſunt ducat.700. ſed ad tarenum
vnum pro vncia, ſunt ducat.mille (hæc enim con
ſideranda ſunt) eò magis quod non duo, ſed ſex
experti ſic illud declarauerunt; ita quod lęſionem
menſa Epiſcopalis vlterius allegare non poteſt,
iuxta Ludouici Romani ſingula.762.communi-
ter receptum ſecundum Caualca. & alios pluries
ſupra relatos; & cum eiuſmodi ſi facta ſit, omni
tempore validā eſſe deberi Additio ad Caualca-
num in citata deciſione 46.num.250.cum ſeque.
& ille in deciſio.29.num.21. parte 2. Iulius Clar.
in §.emphyteuſis quæſtio. 28. verſi. ſecundus ca-
467 ſus, & Afflictus in dec. 100. dicentes ſi totam
rem cum iſtis ſolemnibus alienare licet, à fortio-
ri ergo, & vtile tantum dominium, & ſequitur
Abb.in c.in præſentia, n.27.de prob. Imò ſolem-
nitatem cap.ſine exceptione 12. quæſtio.ſecunda
in conceſſione in emphyteuſim non ſeruari, ſed
abijſſe in deſuetudinem, cum tanta hodiè non
requiratur, & Summi Pontifices eam diſſimula-
uerunt, vt ſupra dixi cum Rodoan. de rebus Ec-
cleſiæ non alien.quæſtio.51. cap.5. nu.8. & Clar.
loco citato, verſi.& ſi dicas, & Intrigliol.in deciſi.
43.num.21.
Vndè, & quàmuis Extrauagans Paulina ambi-
468 tioſę alienationem prohibeat inconſulto Ro-
mano Pontifice, ſub qua includitur ipſa in em-
phyteuſim conceſſio, vt ex ea, commiſſa tamen
cauſa alicui delegato in partibus, cum clauſula
(ſi in euidentem) ſolemnitas dicti cap. ſine exce-
ptione non requiritur, ſed ſolum cauſa vtilitatis,
ſuper qua Apoſtolicus fundatur Aſſenſus, & om-
nis alia remiſſa dicitur ſolemnitas, Abbas in conſ.
41.vol.1.Capy.in dec.16.in 2.dub.
Neque conferunt notata per Additi.ad Caual-
ca.in allegata deciſi.46.num. 373. dicentem con-
ſilium allegata per Abb.in dict.cap.nulli num.6.
in fin.non eſſe, Feder. de Senis 249. ſed alterius
vnde illa vera non eſt, nam conceſſo, eſt tamen
illud ſequutum per Abbat. loco cita.cuius autho-
ritatem magnam eſſe dixit Iaſo. in leg. à Iudice
469 num.11.verſ.iſta concluſ.C.de iudic. & dicitur
Abbas Pater Canonum magnæ authoritatis, &
exiſtimationis, cū ſit Doctor antiquus, cuius di-
ctis Feder.de Sen.ſe ſubmiſit, quamuis ipſe con-
trarium tenebat audita illius authoritate contra-
rium ſentientis ex relatione ſibi facta refert Lam
bert.de Iur.patron.2. parte, libr.1.quæſt. 2.art.16.
num.10.ver. quarto loco, & maior eſt opinio il-
lius, quàm Caualcani, ex quo illud eſt conſilium
poſitum inter conſilia Feder.de Senis, cuius au-
thoritas valdè cōmendatur apud Doctores, & ſi-
gnanter in Iure Canonico, hoc autem eſt conſi-
lium cuiuſdam Antonij à Canibus, qui quamuis
doctiſſimè ſcripſit ad fauorem Illuſtriſſimi Car-
dinalis Albani poſitum ad deciſi.Caualca. & ma-
ior eſt authoritas Feder.de Senis, quàm Caualca.
ſequuta eſt etiam opinio Abb.à Laur.de Rodul-
pho, in d.cap.ſine exceptione in quæſtio.9. & 10.
& à Rodoa.in d.quęſtio.23.num.8.cum ſequenti,
& in alijs locis, vt dixi ſupra; eius autem opinio à
nemine, vltra quod eſt erronea, ex quo gl. quam
allegat in d.c.primo, ver.deſenſore de rebus Eccl.
non alien.in ſexto, loquitur in alienatione facien-
da ex cauſa neceſſaria propter æs alienum, & ſic
quando totale dominium alienatur, ſimiliter tex.
in dict.leg.magis puto, §.item prætor, ff. de rebus
eorum, & ſic etiam Soccin.in allegato conſil. 29.
ver.tertio principaliter, numer.16.volum.primo,
cum alijs, & iam ſupradixi magnam dari differē-
tiam inter cauſam neceſſariam, & vtilem, nam

licet conueniant quo ad alienationem, ex quo v-
traque in caſu ſuo debet eſſe vera, vt alienatio
propter eas ſacta valeat, tamen differunt, vt dixi
ſupra ver. tum etiam.
Et Innocent. in d. cap. primo, num. 2. dicit duo
470 eſſe neceſſaria, ſcilicet cognitio cauſæ ſi eſt vti-
lis, vel ne, & ſi cauſa alienationis ſubeſt, & conſen-
ſus Epiſcopi, non autem decretum, & ſic non di-
cit cognitionem rerum, ſed cauſarum alienatio-
nis, quia, vel cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis alie-
nantur, imò ibidem ſequitur quod ſolemni-
tas requiſita in alienatione rerum pupillarium
non eſt recepta per Canones, vndè ſeruanda non
eſt, quarè potius ex capite ſuo dixiſſe videtur, do
minus Anto. à Canib. quam ex Doct. vel iurium
auth.
Vel dici poteſt quod ex diuturnitate temporis
471 annorum 50. præſumitur ſacta licet non appa-
reat hæc diſcuſſo, ex quo quamuis in actis præ-
ſentatis de ea non apparet, ſed tantum de cauſa v-
tilitatis adhuc illa præſumitur interueniſſe, quæ
cum ſint facta diuerſo tempore, & antequam
ipſa confirmaretur, vt ex inſtrumēto, in quo om-
nes ſolemnitates interuenerunt ex relatione No-
tarij ſpecificè ſacta, clarum eſt, quòd quando vna
ſolemnitas ſolet fieri, vel per alium actum ſepa-
ratum ab actis ordinarijs, vel ſi potuit in eo inter-
uenire ex temporis antiquitate annorum 30. illa
præſumitur interueniſſe, Felin. poſt cœteros in
cap. ſicut, nu. trigeſimo tertio, verſi. dicta autem
ſupra.
Et in num. 27. de re iudicat. affirmat idem eſſe
ſi eſt ſolemnitas, cui partes renunciare non poſ-
ſunt, dicens ſic intelligi text. in leg. quæcunque, §.
fina. ff. de publ. in rem act. quod ſolemnitas ex-
trinſeca non præſumitur, niſi fuit enunciata, vel
potuit interuenire, & Crauett. de antiqu. tempo.
in 2. parte, num. 54. vſque ad 57. & Decius in con-
ſilio 409. & 341. num. 13. Add. ad Caualca. in deci.
46. num. 227. cum ſequent. potuit enim in illa
informatione enunciata in inſtrumento diſcuſſio
illa fieri quæ modo ex temporis antiquitate præ-
ſumitur, eò magis ſequuto decreto confirmato-
rio conceſſionis, & inſtrumenti cum ſingulis in
eo contentis, Capy. in deciſio. 4. num. 29. vſque
ad finem, Decius in conſi. 341. num. 6. ver. & quia
facta eſt relatio, & ſtantibus illis verbis in decre-
to, rebuſque alijs in actis cauſæ, facientibus vale-
re decretum ex alijs, etiam non apparentibus, qui
bus credendum eſt, Affl. in dec. 23. vt ſupra pluri
bus in locis dixi.
Vel vltimo dici quod iſta cognitio circa rem
472 non eſt niſi tractatus faciendus per Epiſcopum
cum Capitulo quam rem magis expedit concede
re Socci. in conſil. 29. numer. 16. volum. primo, &
Rodoa. in loco cita. quæſtio. 25. num. 6. qui neceſ-
ſarij non ſunt ſtante aſſenſu Papæ, cum ſit ſuper
omnes conſenſus, ſupplens hos defectus cum
diſcuſſio, quæ mandetur delegato circa euiden-
tem vtilitatem loco illius habeatur Rodo. in
dicta quæſtio. vigeſima quinta, num 66. cum ſe-
quent.
Solum enim Papa attendit cauſam finalem ſi
vera eſt vtilitas, & ſi ſit euidens, Abbas in conſilio
41. volum. primo, Dec. in conſi. 142. num. 5. Capy.
in deciſio. 16. num. 4. Caualca. in dec. 46. num. 34.
Socci. in conſ. 15. num. 53. volum. primo, de Fran-
chis in dec. 163. num. 13. Rodoan. in quæſt. 23. nu.
54. cum ſequent. & num. 73. vſque ad finem, &
in quæſtio. 25. num. 19. cum ſequ. non requiri tra-
ctatum in alienatione rerum Eccleſiæ, ſed ſolum
Epiſcopi conſenſum, qui ceſſat, vbi eſt aſſenſus
Papæ, & attēditur æquitas Canonica, proſpiciens
vtilitatem, & non iuris ciuilis rigoroſitatem, Soc-
cin. dict. conſi. 15. num. 47. & hac de re conſuetu-
dines inductæ circa conceſſionem in emphytheu
ſim ſunt toleratæ, cum hodiè indiſtinctè valeant
ſi factæ fuerint cum capituli, & Epiſcopi cōſenſu,
Clarus in dicta quæſtio. vigeſima octaua, ver. &
ſi dicas.
Nam hodie omnis lex ciuilis loquens de alie-
473 natione rerum Eccleſiæ ſublata eſt, & per Ca-
nones non recepta, cum ius Canonicum in rebus
ſuis certam præbuit ſolemnitatem, gloſſ. in dicto
cap. primo, ver. tractatus, & ibi Innocent. nume.
ſecundo, de rebus Eccleſiæ non aliena. Fely. in
dict. cap. cum cauſa num. nono de re iudicat. Ca-
ualca. in deciſio. 46. num. 246. in additio. ſola di-
ſpoſitio dict. cap. ſine exceptione, & cap. nulli de
rebus Eccleſ. non alienand. & Paulinæ ambitioſę
ſeruatur proſpiciens Eccleſiæ vtilitatem tantum
& illa auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſanct.
474 Eccleſi. recepta eſt tantum, quoad cognitio-
nem cauſarum, vt in cap. hoc ius porrectum 10.
quæſtio. ſecunda, Doctor. loco. citat. ſcilicet de
probatione redditus, & quod iuſta conſtituatur
penſio, vt in auth. perpetua, C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. diſcuſſio circam rem alienandam de Iure
Ciuili requiſita neceſſaria non eſt, poſtquam in
conceſſione in emphyteuſim attenditur vtilitas
& iuſtus cenſus, Iaſ. in l. prima, col. 2. C. de iur. em-
phyt. & conſuetudo diminutiua ſolemnitatis in
tali alienatione valet, Intrigl. deciſ. 44. in num. 21.
cum illa antiqua abijt in deſuetudinem ibid. n. 15.
& ſequ.
Conſiderandum eſt etiam quòd in ſupplicatio
475 ne enarrata fuerunt omnia, quæ habebat ſuper
quibus à Papa data fuit licentia alienandi ſi illa
cedebat in euidentē, ergò diſcuſſionem iſtā fieri,
opus non erat cū ſuper vnaquaq; re poteſtate ha-
bebat alienādi, cum ſuppletione omniū defectuū.
vt ex Breui, Caualca. in dec. 45. num. 82. & Decius
in conſi. 142. nu. 7. dicentes exiſtente tali clauſula
(ſupplentes omnès, & ſingulos defectus ſi qui for
ſan interueniſſent) defectus aliquis allegari non
476 poteſt etiam ſi eſſet ſubſtātialis, ſtante cauſa
vtilitatis peroptimè Alexand. in conſi. 79. nu. 20.
volum. 1. & Cardin. in clem. 2. in §. cæterum in
3. notab. de re iud. & Bald. in titu. de pace conſtāt.
in prima colum. in fi. in verſ. de clauſula ſupple-
tiua vbi multa, Velaſcus in conſult. 80. n. 6. & per
Alex. conſi. 52. num. 11. volu. 7. dicentes fallere in
defectu naturali.
Tum etiam cum ſint bona ſpecificata, ſuper
477 quibus petebatur Apoſtolica licentia probata
cauſa reſcripti, ſcilicet vtilitatis, poteſt Epiſcopus
illa liberè concedere cum licentia delegati, Rodo.
in eod. tract. in quæſt. 20. n. 111. & 122. cum plur.
ſequ. & in q. 22. nu. 75. quæ cauſa vtilitatis iā pro-
bata eſt.

Non

Digitized by Google

478 Non obſtat argumentũ de pupillo cum Eccle-
ſia, nã licet inter ſe æquiparentur, l. pupilli, ff. quib.
ex ca. ma. in int. reſt. non tamen circa alienationẽ
rerum Eccleſ. quia illa habet ius per ſe, reſpondet
Innoc. ad d. l. pupilli in d. c. 1. nu. 2. de reb. Eccl. non
al. & Rodoan. in d. q. 23. nu. 21. cum ſeq. & Caualc.
in deciſ. 46. num. 67. cum ſeq.

Octauum neque confert non eſſe procul aſpe-
ctam vtilitatem Eccleſiæ, reddens modo ma-
479 gnum pretium, quoniã ſatis cauſa procul aſpe-
cta fuit, dixit idem Caualc. in alleg. deciſ. 31. nu. 22.
& 23. quòd vt conceſſio in emphyteuſim valeat
oportet, vt offeratur penſio, quæ collecta inde ad
20. annos faciat iuſtum pretium rei, non autẽ de-
bet attendi tempus præſens allegans vulgatũ tex.
in §. quia vero Leonis lo 2. auth. de nõ al. reb. Eccl.
debet etiam per Commiſſarios fieri diſcuſſio de
qualitate bonorũ, quæ bona ſint, ſi ſunt pratiua, &
vtilia, & in qua vtilitate, vel ſint inutilia, & inculta
ad hoc, vt argui poſſit diſcuſſa vtilitas profutura
Eccleſiæ, quæ omnia cũ facta fuerint valida iudi-
catur conceſſio Add. ad Caualc. in dec. 46. nu. 250.
& 51. procederent oppoſita qñ hæc nõ eſſent pro-
bata, Dec. in conſil. 142. nu. 5. & Pariſ. in conſ. 101.
nu. 124. in fin. lib. 1. dicens nõ eſſe vtile offerre id,
qđ percipitur ex re conceſſa, ſed debet excedere
habito reſpectu ad futurum euentum, vndè Ec-
cleſia debet eſſe contenta iuſto pretio Roman. in
ſing. 762. ſunt enim conſiderandæ impenſæ in au-
gumento, & gubernio, cenſus, & tẽpus decurſum,
vt modo arguatur ſi magnũ eſt pretium D. Conſ.
Georg. alleg. 1. in 1. quæſt.

480 Neq; de iure militant adducta, prout in facto
non militari probatũ eſt, qm̃ dixit Calder. in cõſ. 5
in tit. de rer. permut. quòd ſi Eccleſia permutauit
30. torneaturas terræ valoris pretij 300. cũ decem
torneaturis eiuſdem valoris, ſi poſt permutationẽ
illæ 30. efficiuntur maioris valoris, & ęſtimationis
dubitatur propterea, an teneat permutatio facta;
& dixit, quòd, & ſi permutatio cũ Eccleſiæ vtilita-
te facienda ſit, c. cum Apoſtolica de his, quæ fiũt à
præl. ſin. conſ. cap. tñ ſatis eſt, quòd ex dicta per-
mutatione Eccleſia non ſit damnificata c. hoc ius
12. q. 2. dũmodò fuerit ſeruata forma notata in d.
c. cum Apoſtolica, nec inquit, obſtat, quòd res, quę
fuit Eccleſiæ ſit ex poſt meliorata, quia non tẽpus
ſuperueniens, ſed tempus contractus inſpici, & at-
tendi debet, & ſm̃ illud de eius valore iudicatur, c.
vt ſuper de reb. Eccl. non alien. l. ex mille, §. 1. ff. de
euict. c. cum dilecti, de empt. & vend. & Caſtr. l. 2.
nu. 4. C. de reſc. vend. ſubdẽs Calder. ſi res permu-
tata Eccleſiæ efficeretur deterior, ipſa non poſſet
dicere ſe læſam, ergò neq; ſi efficeretur melior, ex
quo in contractu non fuit vitiũ, neq; defectus, &
ſequitur Rodo. de reb. Eccl. non al. in q. 20. n. 140.
cũ ſeq. & de Franch. in dec. 110. in fi. ait S. C. iudi-
481 caſſe debere ſufficere cẽſum taxatum tempore
conceſſionis in noua conceſſione facienda, ſi plus
poſtea ex meliorationibus in re emphyteotica ad
Eccleſiam reuerſa factis reddit non afficere, quia
illo tẽpe nulla aderat læſio, & ſi mõ auctus eſt valor
fit ex induſtria emphyteutæ, quæ Eccleſiæ prodeſ
ſe nõ debet, nec cenſus augendus eſt, text. eſt ſo-
lẽnis in l. ſi quis authoritate, C. de omn. agr. deſer.
482 lib. 12. ſic & in minore volẽte agere pro læſione
in contractu adhibita, tempus contractus inſpi-
ciendũ eſt, vt læſio detegetur, non autem ex poſt
facto, Crauet. conſ. 11. nu. . . Affl. dec. 304. & Me-
noch. de arbit. iudic. caſ. 149. num. 19. qui ante, &
poſt idem probat in alijs cõtractibus, & latè Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 960. dicens eſſe cõmunẽ
etiã in Eccleſia n. 6. plures dans limitationes, quã-
do tempus contractus non eſt attendendum.

483 Vndè ad hoc vt lęſio per Eccleſiã allegari poſ-
ſit quatuor requiruntur, primò quòd ipſa allegãs
illã probet c. 1. de reſt. in int. in 6. per teſtes legiti-
mos deponentes de valore rei, in ſimili, vel pluri
redditu, quo res alienata fuit, quod hic eſſe nõ po-
teſt, cum ſint teſtes examinati in numero maiori,
& digniori, Caualc. in dec. 46. n. 377. cum ſeq. Pa-
pieſ. in pract. in tit. de form. lib. oppon. cõtra teſt. §.
ac etiam num. 4.

484 Secundò, quòd fiat intra tempus petendæ reſti-
tutionis in integ. ideſt ante tẽpus ann. 44. quo elap
ſo non poteſt vlterius læſio allegari, niſi ſit enor-
miſſima, quã nemo in re ſua pati voluiſſet, & ſic
quòd ſit vltra dimidiã Caualc. in deciſ. 40. nu. 31.
ver. quib. omnib. 3. par. vndè Aret. in conſ. 15. Re-
uerendiſsime Pater in fi. dixit, quòd elapſo legiti-
mo tẽpore præſcribẽdi contra Eccleſiam, ſcilicèt
44. annor. non poteſt allegari ignorantia, ideò nõ
egit pro læſione infra legitima tempora, vt dixit
Caualc. d. dec. 45. & 46. & Grãm. in dec. 103. n. 33.
cum reportatis per eum ad probandam ſciẽtiam,
refert hoc conſiliũ Aret. perpetuò mẽti tenendũ.

485 Quare ſtãtib. pdictis pſcriptio 40. annor. currit
cõtra Eccleſiã, c. ad aures, & c. de quarta de præ-
ſcript. & Sriati in extrauag. ambitioſę nu. 56. ver. &
notandũ ex Bulla Greg. xiij. & Caualc. in all. dec.
486 40. nu. 24. & eſt elapſum tẽpus annor. quatuor,
datũ pro reſtit. in integr. cap. 1. de reſtit. in integr.
in 6. & ideò cum non concurrat enormiſſima læ-
ſio, vt ſupra dixi, nõ debet ipſa in integrum reſti-
tui, nam pro modica læſione, ſi forſan daretur ne-
gatiua, cum in nihilo adſit ipſa non eſt conceden-
da, Rodoa. de reb. Eccl. non al. q. 78. c. 4. nu. 3. cum
ſeq. quoniã ad quid ſeruiret eſſe diſpoſitũ per Ca-
nones præſcriptionẽ currere contra Eccleſiam, ſi
ſtante bona fide, & iuſto titulo cũ vtilitate Eccle-
ſiæ pręſcriptio non operetur, Balb. de præſcript. in
1. par. 2. par. concluſ. 1. & in 6. q. 2. par. 3. par. nu. 9.
487 cum inducta ſit ad libertatem ſubditorum, ne
ſẽper de iure ſuo dubitet, cũ ſit legalis, & ppetua
abolitio à lege inducta, Bal. in l. 1. nu. 38. C. de his,
qui accuſare non poſſunt, Surd. deciſ. 3.

488 Tertiò requiritur, quòd læſio contingerit ex ip
ſo contractu, nempe tempore contractus vtilita-
tem non accidiſſe, nam Epiſcopo hoc onus pro-
bandi incumbit, Caualc. in cit. deciſ. 37. num. 30.
cum iam emptores illam fuiſſe vtilem, & in eui-
dentem ceſſiſſe, plenè probauerunt, iuxtà primũ
Calder. conſil. cuius hæc ſunt verba, ita vt ap-
pareat, & ſic non ſufficit, quòd conductor vtilitatẽ
allegat, ſed opus eſt, quod eam ita probet, vt de
ea appareat, & Guid. Papa in deciſ. 157. & eſſe cõ-
munem, ex l. ſi voluntate cum gloſ. & Doct. C. de
reſcin. vend. quia ſumptus emphyteutæ non de-
bent ſibimetipſi obeſſe, nam negligentia poſſeſ-
ſoris poteſt diminui rei valor, ſicuti poteſt eius di-
ligentia augeri, vt in l. ad reſcindendam cum gloſ.

&

& Doct.C.de reſcin.vend.ibi (non auditur venditor allegans læſionem rei minus vẽdidiſſe, quàm emit, quia eius negligentia potuit minui valor.)
489 Requiritur etiam probari, quod tempore contractus bona erant redditit ia, & non indigebant reparatione, & augumento, quod iam in præſenti eſt in probatis, Guid.Pap.in deciſ.170. ſi modo ſunt prætioſa eſt ex meliorationibus factis ab emphyteutis, quorum intereſt ne eorum labores deperdant Ant.de Butr.in d.c. ad aures de reb.Eccl. non al. & Guid.Pap.cit.dec.157.
490 Neq;, & nonum afficit, quoniam in quacunque alienatione, in qua adeſt decretum Iudicis in eo contractu tollitur pręſumptio doli, & fraudis Bar. in l.1.per illum text.C.de præd. decur.lib.10. Roland.à valle in conſ.90.num.11.vol.1.Menoch.de præſumpt. præſumpt.75.nu.5.lib.2.par.1 Simonc. de decr.rubr.de eff.& vir.decr.nu.37. & 45.& Intrigl.deciſ.46.nu.55.facit in eo præſumere Eccleſiæ vtilitatem acceſſiſſe, nam non eſt veriſimile delegatum voluiſſe ſuper illis in damnum Eccleſiæ decretum interponere, ſed in vtilitatem, cum eius conſcientia ſit onerata, vt cõſuluit Imol. in conſ 98. Dec.in conſ.341. nu.11. & 12. & in conſ. 209.D.Aloyſ.Ric.in prax.Arch.reſol.95.in 1.no tab. multa referens de decreto, Caualc.in dec.45. nu.2.cum maximam operetur præſumptionem,
491 Intrigliol. in deciſ.46.nu.55. & nemo præſumitur eſſe immemor ſalutis æternæ, l.fin.C. ad l.Iul. repet.timore Paulinæ contra talea Prælatos malè alienantes, facit etiam decretum præſumere omnia ſolemnia de iure neceſſaria ad illum actũ interueniſſe, Dec.conſ.274.nu.5. Rodoan.in d.q.20. nu.162. & 163. ita quòd ſtandũ eſt illi, donec Eccleſia oſtendat falſis allegationibua delegatũ circumuentum fuiſſe ad tale decretum proferendũ Dec.in alleg.conſ.num.11.& in conſ.536.num.4. & d.conſ.209. Bal.in l.cum hi, §.prætor ff.de tranſact.& in l.non aliter, ff.de adopt.& in l.ſi poſt diuiſionem nu.2. C.de iur.& fact. ignoran. & Spec. in tit.de empt.& vend.in §.nunc videndum, verſ. & breuiter, Alex.in l.ſciendũ n.27.& 28.ff.de ver. oblig.& in conſ.125.num. . . vol.1.& Dom.Ric.
492 loco citato, & ad tollendam hanc iuris præſumptionẽ requiruntur tres teſtes idonei, vel duo excellentes, vt reſultet plena probatio, Crauet.de antiq.tẽp.in 2.par.nu.47.Iaſ.in d.l.ſciendũ nu.10. ff.de ver.obl.& Franch.in dec.301. nu.4.ait, quod
493 quãdo duo ſunt in pari probatione proferri debet ſententia ad fauorem illius habentis iuris pręſumptionem pro ſe, ad quam tollẽdam requiruntur euidentiſſimæ probationes, maximè accedente illi contractui breue Apoſtolico, tollente alias ſolemnitates à iure requiſitas, Capy. in dec.16.2. dubio, & ſequuta eſt puſſeſſio 60. annor. cum illo titulo, quod tempus tollit omne vitium, & omnẽ defectum, qui in contractu allegari poteſt, ſecundum Aret.in conſ.36 Alex.in conſ.79.lib.1.Dec, in conſ.409. & in cit.conſ.341. nu.13.& Alex.in conſ.218.nu.7.vol.6. dicentẽ, quòd ſi in aliquo a-
494 ctũ eſt latum decretum Iudicis, & currit temporis diuturnitas cum illo decreto, quòd ob magnã præſumptionem, quæ eſt pro Iudice præſumitur, quòd alia ſolemnia neceſſaria interueoerint in
495 illo actu, Capyc. deciſ.86. nu.2. & tanta eſt vis decreti, quod tollit omnem fraudem, & dolum, & contractus dicitur fieri palam, ac bona fide ſecundum Rolan. in cit.conſ.90. nu.11. & habet ſym-
496 bolum veritatis, quia pro eo pręſumitur, & creditur, vt veritati, l.tutor, qui repertorium §.ſi poſt ver.ſed, & ſi, ff.de adminiſt.tutor. Bald.Angel.& Saly.l.cum te, C.de probat. Dec.conſil.274.nu.1.
497 Et licèt ſex requirantur, vt hæc omnia decretũ operari poſſit, ſcilicèt primò, quòd ritè, & rectè fiat, ſecundum Maluaſ.in conſil.55.num.3.& ſeq. car.245. ſecundò, vbi debita cognitio interuenit, tertiò quando decretum nõ fuit obreptum, quarto, quando non eſt informatus benè Commiſſarius, quinto, quando diligens diſcuſſio non interuenit, ſexto, quando enormiſſima læſio interuenit Caualcan. in dec.40.num.29.in 4.par. quæ interueniſſe ex actis clarè patet.
498 Igitur non obſtat prima præſumptio allegata ad fundamentum huius noui obiecti, nam dolus, & fraus in dubio non præſumitur, niſi probetur per allegantem l.cum precibus. C. de probat. & oportet ſpecificè probari in illo contractu, non autem in genere, ſecundum Bal. in l.interpoſitas nu.4.C.de tranſact. Abb.in conſil.39. nu.2. vol.2. & in cap.ex litteris lo 2.nu.7. & 8.de iur.iur. Affict.ſuper conſtit. vſurariorum nu.19. Gram. in dec.76.nu.27.28.& 29.cum talis præſumatur eſſe contractus, & inſtrumentum, quale in ſui facie apparet, Bald.l.poſt diuiſionem, C.de iur. & fact. ignor. & ideò dum non eſt probatus ſpecifice, nõ obſtat præſumptio, quæ eliditur ob decretum ſuper illa confirmatione interpoſitum, vt dixi ſupra in princ. huius noni argumenti.
499 Dixit enim Caualcan. in dec.46. num.152. eo tunc præſumi dolum, & fraudẽ in contractu, quãdo cauſa enarrata non fuit cognita, & diſcuſſa, ſed ſolum apparet aſſertio Prælati, quæ non ſufficit, ad probandum euidentem vtilitatem Eccleſię vt ea obligetur, & quando non eſt inueſtigatũ de cauſa vtilitatis, de qualitate rei concedendę, & expenſis neceſſarijs pro reducendo ad culturã, de perceptione fructuum in præteritum, de pẽſione, quæ modo offertur, ſi eſt iuſta ad vtilitatẽ Eccleſiæ, de inueniendo meliorem conditionem, & deniq; ab alleg.nu.152.vſq; ad 165.dicit hæc nõ præſumi, ſi non conſtent, D.Ric.lo.citato, reſol.93.& ſi non adſit tempus cõgruum inter medios actus, vt illa ſolemnia adhiberi potuiſſent, quæ omnia iam apparent diligenter diſcuſſa in hiſce conceſſionibus à die facti cotractus vſq; ad diem inſtrumenti, & confirmationis, infra quæ tempora potuerunt mainra ſolemnia adhiberi, & fuit citatus procurator Epiſcopi, conſiderat idem Caualcan. dec.40. nu.43. qua inueſtigatione facta confirmatio ſubſequuta fuit, qua facta cum hac diſcuſſione tollitur omne dubiũ, videatur Caualc.à n.279. cum ſeq. d.quæſt.46.Ric.lo.citato 2.4.& 5.notab. reſol.95.
500 Et ideò oẽs illæ præſumptiones ceſſant quando ſolemnitas adhibita fuit in contractu publicè, & palam, quæ tollunt omnẽ præſumptam fraudem, & ſuſpitionem, l.fin.de rit.nuptiar.cum in his, quę palam fiant, ceſſet omnis fraus, & mala ſuſpitio, l.non exiſtimo, ff.de admin.tur.l.ita fidei, ff.de iur.
501 fiſc.cum ſimilib.nam fraus, & dolus in ſecreto, adhiberi ſolent, ſecundum gloſ. in l.ſi com exceptione, §.in hoc, ff.quod met. cau. & ideò non præſumitur

Digitized by Google

ſignificatur, niſi allegetur, & ſpecificè probetur, & il-
la corruſtur actu iam facto palam coram omni-
bus, & diuerſis in locis, & interpellatim dato tē-
poris ſpatio de vno actu ad alium ſecundum. Ca-
ualc. in alleg. dec. 46. nu. 162. & à nu. 279. cum ſeq.
& cum euidenti vtilitate in cenſu maiori, & pro-
bata perceptione fructuum in duc. 12. in præteri-
tum, vt ibi nu. 156. cum ſeq. dicit, & 284. cum ſeq.
quare ad hoc probandum oportet Eccleſiam ha-
501 bere peritiores teſtes deponentes contrarium
ſecundum Caualc. in deciſ. 40. nu. 31. vol. 3. & quod
ſint in numero maiores, & in dignitate Sacerdo-
tali, vt fuerunt teſtes iurati, & eo tempore exami-
nati, Addit. Caualc. in dec. 46. à nu. 295. cum ſeq.
& à nu. 337. & Papienſ. in citata forma opponen-
503 di contra teſtes, & Menoc. de arbit. iud. caſu 98.
nu. 5. dicens in paribus probationibus ad fauorem
rei iudicandum eſſe, etiā ſi pro actore eſſent te-
ſtes Sacerdotes producti, qui ſi forēt quatuor pre-
ferrentur ſex laicis, quantò magis quādo ex parte
rei ſunt tales teſtes producti, & ſic ipſemet in ca-
504 ſu 90. n. 7. & ſeq. dixit, quòd quāuis omnes pro-
bationes ſint Iudici arbitrariæ, non tamen reſul-
tantes ex teſtibus iſtius qualitatis, cum eis ſine
cauſa, fides denegari non poſſit, & latiùs Maſcar.
de probat. concluſ. 1199.

505 Eò magis, & tertiò illud procedere in dubio
quando ex actis non conſtaret per legitimos te-
ſtes quantum res reddebat, & modo plus Eccle-
ſia percipiat conſtito namq; ſpecificè de euidenti
vtilitate, tollitur illa præſumptio ex illa diſcuſſio-
ne facta ſecundum Caualc. in deciſ. 29. nu. 19. 20.
& 21. 2. par. & in alleg. dec. 46. nu. 152. cum ſeq. &
506 à num. 279. cum ſeq. etiam in re ſua quilibet eſt
moderator, & arbiter, etiam abutendo, gl. in l. ſed
& ſi lege §. conſuluit, ff. de pet. hæred.

Neq; enim eſt vtilitas reſpectiua ſecundū quid
507 vt dixit Rodoan. in q. 20 nu. . . quia attenta
qualitate bonorum cum probatum ſit, quòd erāt
inculta, & requirebantur magnæ expenſæ, opor-
tebat expendere ad meliorandū bona ipſa, adhoc
vt cenſus ſolui potuiſſet, cum tantum locabantur
pro duc. 12. & ſic per 40. annos reddidiſſe. & à 12.
vſque ad cenſum oblatū excedit magna ſumma,
& conſiderandū eſt, quòd emphyteuta vſquequo
res non fuit meliorata, & aucta continuò ſoluit
cenſum oblatum abſque tamen perceptione ſi-
mili, & opus erat continua impenſa ad meliorā-
dum, & augendum, & ideò tàm reſpectu bonorū,
quàm cenſus, quàm temporis, vtilitas dicitur eui-
dens Eccleſiæ.

508 Non obſtat, & decimum de appretio, quia præ-
ſumitur quando eſt enunciatum in Inſtrumento
Felin. in d. c. ſicut nu. 27. de re iud. Capy. deciſ. 86.
num. 2. apparet etiam ex alio inſtrumento in actis
producto, quòd illi primi experti appretiauerunt
bona illa, apparet etiam ex decreto confirmato-
rio, in quo dicitur viſis, & viſo Inſtrumento cō-
ceſſionis illud, & ſingula omnia in eo contenta
confirmantur, ergo Iudex illa vidit, dum illa con-
firmauit, Decius in conſ. 341. num. 6. & præſumi-
tur habuiſſe notitiam Capy. dec. 86. nu. 11. & cre-
ditur decreto, licèt de actis non appareat, quando
ſequuta eſt diuturnitas temporis annor. 30. ſecun
dum Crauet. de antiq. temp. in 2. par. nu. 12. 13. 14.
15. & 16. cum ſeq. Capy. d. deciſ. 86.

509 Præſumitur etiam, quia ſecundi æſtimatores il-
lud primum confirmant, & ratificant, ergò erat
factum, quia quod non eſt, confirmari non poteſt,
c. bonæ il 2. de elect. in 6. Dec. cit. conſ. 341.

510 Neq; obſtat, quòd eſt nullum hoc ſecundū ex
quo per partes fuerunt electi, & non per Iudicē,
nam Bal. in l. 2. nu. 25. C. de reſcin. vend. & ibi Pā-
tal. Crem. nu. 51. dixit, quòd tales eligendi ſunt per
partes, & ſi illę diſcordant, debet Iudex alios eli-
gere, Maſcar. concluſ. . . & eſt opinio Io. And. vt
refert Abb. in c. propoſuiſti nu. 10. de probat. qui
quidem tres electi retulerunt viſis bonis, & con-
ſideratis conſiderandis primum eſſe iuſtum pre-
tium, in aliquo non diſcordantes.

Imò ait Bar. in §. quòd autem in auth. de non
alien. reb. Eccl. & Abb. ſequitur in d. c. propoſuiſti
nu. 5. in fi. non eſſe neceſſariam in alienatione rei
Eccleſiæ æſtimationem, quia ſolum meliorē con-
ditionem proſpicere debet Epiſcopus alienando,
c. ſine exceptione 12. q. 2. & per Abb. cum Felin.
ibi, quādoq; non ſufficit vnus peritus ad aliquid
iudicandum, maximè quādo deponit de creduli-
tate, & ſumus in facto arduo, & magni præiudicij,
& per Alex. l. iuris, C. qui admitti; Si conuocandi
ſunt alij, locorū vicinorū, ſi verò ſumus in re Ec-
cleſiaſtica alienanda, tūc ſi vnus eſt in Ciuitate, &
non alij ille ſolus ſufficit, ſm̄ Bar. in d. §. quod au-
tē, & tamen in primo fuerunt tres electi, & in 2.
fuerūt tres alij, qui quàmuis in eorum æſtimatio-
511 ne iurare nō teneātur, ſm̄ Bart. in prohe. ff. nu. 8.
& 9. & in l. j. §. ſicut, C. de re mil. li. x. & in l. Theōp.
ff. de dot. prælég. & in l. 1. ff. de vētr. inſpi. & Bal. in
d. prohēm. ff. ver. 1. q. §. 1. nu. 6. ver. circa. 5. Intrigl.
dec. 15. nu. 77. attamen maiorem efficaciam habēt
illa ſtante iuramēto delato, ita quòd retenta opi-
nione Abb. in d. c. propoſuiſti nu. 11. de probat. &
ibi Felyn. 2. col. in pri. ver. vlt. per iſtum text. non
poteſt contrarium probari, neq; retractari præ-
textu aliarum æſtimationum.

512 Argumentū procedit quando omninò à Iudi-
ce delegato eſſent eligendi, vt loquuntur text. in
c. fin. de frigid. & malef. & c. cauſam matrimonij,
de probat. quia ibi à Papa formaliter erat delega-
ta cauſa ad videndum ſi factum ſe habebat iuxta
enarrata, mulierem eſſe virginem, & virum eſſe
impotentem ad coeundum, tunc enim, vt colluſio
coniugum euitetur Iudex debet ex ſe inueſtigare
ſi verum eſt, at hic eſt diuerſum factum, cum ſit
onerata eius conſcientia non dicitur contra illam
facere credendo expertis electis, & iuratis, & à ſi-
mili dixit Abb. in c. pen. in §. fin. in fi. de offi. deleg.
nam ſi hoc eſſet ſequeretur, quòd neq; teſtes iu-
rati probarent, neq; hæc communis practica ap-
pretiandi eſſet cum vtilitate inuenta.

513 Non obſtat, & vndecimum, quòd ſolēnitas eſt
implenda per Epiſcopum alienantē, quia ſe ha-
bet reſpectu aſſenſus impetrandi, cum ipſe illum
à Papa impetrare debeat, & poſt illum obtentum
licentiam habere à delegato, iuxtà deciſ. Domini
de Franchis 35. & in Aſſenſu Regio in feudalibus
Reg. de Ponte conſ. 14. nu. 9. vol. 2. quod factum
apparet, ſed iſte emphyteuta ad hoc, vt omni tē-
pore eſſet ſecurus, & ne moleſtari potuiſſet, non
obſtante aſſenſu, & illa prima informatione, cum

Inſtru-

Inſtruméto, cupijt, vt etiam in ſcriptis appareret
confirmatio, cum legitima informatione declarã-
do, & illam delegatus confirmãdo cedere in eui-
denté vtilitaté, cum Eccleſia ſéper poſſit allega-
re inualiditatem contractus dicendo non eſſe illũ
factum com euidenti vtilitate, nolens ſtare con-
tractui, & in dubio præſumitur contractus tépo-
ralis, factus ad vitam Epiſcopi alienantis, & non
realis, vt Eccleſia obligetur, & ideò Calder. in cõ-
ſil. 1. in tit. de locat. dicit, oportet, vt cõductor pro-
bet eam vtilitaté in contractu acceſſiſſe, ita quòd
appareat, & non ſufficit allegare cum nõ credatur
514 Prælato ſic dicenti, quoniã Eccleſia ex hac aſ-
ſertione nõ obligatur, ſed tantũ ipſe alienãs eius
vita durante, Anan. in c. fin. nu. 15. ne prælat. vices
ſuas, vndè vt obligetur oportet, quòd ſit factus cũ
Eccleſiæ vtilitate, & quòd ſit euidens, de Ponte,
conſ. 106. nu. 23. & ſeq. vol. 2. & qui eam allegat, &
ſic emphyteuta, probare tenetur, cũ Eccleſia ha-
beat ius pro ſe dicẽs, ſucceſſorem non teneri, niſi
ex contractu vtili, d. c. fin. & ibi Anan. & ſequitur
de Franch. in deciſ. 35. in penult. col. adducens ra-
tionem quarè non tenetur, cum Eccleſia ſit illa,
quæ agit, quando non apparet vtilitas, & ſolẽni-
515 tas, cũ ſucceſſor non ſuccedat Epiſcopo, ſed Ec-
cleſiæ, Lãber. de iure p. 2. par. lib. 1. q. 1. art. 11. n. 4.
D. Ric. in prax. Arch. reſol. 93. 1. par. Maſ. concl. 95
qua de re emptores ſe bene agãt, & Caual ĩ dec. 37
n. 35. & 36. 3. p. dicẽs oĩnò teneri emphyteutã pba-
re, quòd ille contractus fuit vtiliter factus, & Dec.
in conſ. 142. nu. 4. & Rodoan. de reb. Eccl. non al.
516 in q. 23. nu. 47. & ex prædictis Franch in deciſ.
163. nu. 14. dicebat, quod quemadmodũ Epiſco-
pus adhibitis ſolemnitatibus poteſt amptoré co-
gere, & ſtandum cõtractui, vt dixit in alia ſua de-
ciſ. 35. ita etiam, & emptor poſt ſeruatas ſolẽnita-
tes in contractu vtili declarato poteſt cogere Epi-
ſcopot ad obſeruandũ, vt idé ius ſeruetur, dũmo-
dò re integra ſolemnitas illa adhibeatur, ſ. viuẽte
ipſo Epiſcopo alienante, idẽ Franch. in alleg. dec.
35. & Caualc. in dec. 45. nu. 51. 1. par. Reg. de Põte
in conſ. 96. vol. 1. neq; læſio, quã nemo in re ſua pa-
ti voluiſſet allegatur Caualc. deci. 40. nu. 31. 3. par.
517 Verbũ illud ſi cedere reperietis, &c. denotat in-
ueſtigationem actus parte audita, Iaſ. l. fin. vlt. col.
C. vnde legit. Rodoan. q. 23. n. 63. D. Ric. loc. cit n. 3.
& 4. vt auditis partibus iam omnia geſta ſunt.
518 Ex quibus etiam patet reſoluta hæſitatio, quòd
poſt confirmationem non requiritur nouũ Inſtru
mentũ, ſed primum ſufficit, cum ſit in eo data li-
cẽtia ſtipulandi, & præceſſit cauſæ cognitio, vt in
eo enũciatur, & fuit confirmatũ cum cauſæ cogni
tione, nã ſat eſt, hoc eſſe actũ viuente ipſo Epiſco-
po alienante, ipſo audito, cũ illa confirmatio con-
ualidet actum à principio validũ, Franch. in alleg.
dec. 35. & Maſcar. de probat. in concluſ. 74. & 75.
Rodoa. in q. 32. nu. 12. cum ſeq. & in q. 20. nu. 178.
cũ ſeq. Alciat. in conſ. 20. Bero. in c. cũ oẽs nu. 45.
cũ ſeq. & in c. quę in Eccleſiarũ ſub nu. 33. cũ ſeq.
de cõſtit. Abb. in c. 1. & c. tua nos de his quæ fiũt à
Præl. ſin. conſ. cap. Iaſ. in l. cũ hi, §. eã, ff. de trãnſact.
519 Et clauſula illa ſupplentes omné defectũ tollit
etiam defectũ ſolẽnitatũ ſubſtantialiũ, cũ ſit cauſa
cognita parte citata actũ, Rot. in nouis in dec. 229.
& 230. & Dec. in conſ. 142. nu. 7. Cæphal. in cõſ. 9.
nu. 10. Vital. in tract. clauſul. in ver. clauſula ſup-
plẽtes omnẽ defectum car. 15. in meis, & Alex. in
conſ. 79. vol. 1.

Neq; obſtat, & duodecimũ de præſcriptione, quæ
nõ currit ſtãte mala fide, nã ſupra ver. probatũ eſt
bona fides iuſto titulo iuſtificata.
520 Neq; ſimiliter, quòd præſcriptio fuit interrupta
per citationẽ, nam illa vnquam interuenit, vt præ-
ſcriptio interrumpatur, per ea quę not. in l. cũ no-
tiſſimi in princ. & in §. imò, C. de præſcrip. 30. ann.
& c. poteſt. 16. q. 3. & ſi prætenditur, quòd quidam
Reuerendiſſimus reuocationem illam intentauit,
nihil obſtaret ad rem, quia nõ poterat eſſe Iudex,
& pars, & in cauſa ſua non poteſt ius dicere l. 1.
C. ne quis in ſua cauſa, & l. qui præeſt iuriſdictio-
ni, vbi DD. ff. de iur. omn. iud. Abb. c. cum veniſ-
ſent de iud. etiã in Epiſcopo procedere dicit Abb.
c. poſt ceſſionẽ, 8. col. de probat. & D. Maſtrill. de
Magiſtrat. lib. 3. c. 4. nu. 16. Thor. in Compend. de-
ciſ. Regn. ver. Epiſcopus in cauſa propria car. 180
nec ius dicere in cauſa, in qua ſecundario cõmo-
521 dum ſentit, l. omnibus, cum gloſ. & Doct. C. de
teſtib., & ſic oportebat cõuenire poſſeſſores corã
Iudice laico cõpetenti, iuxtà Doct. Innoc. in c. ex
parte nu. 2. cũ ſeq. de verb. ſign. & gloſ. in clem. 2.
ver. menſę de reb. Eccl. non al. & Abb. in c. vene-
rabili nu. 4. de cenſib. & latius per Alex. in cõſ. 79.
à nu. 8. ver. reſpondeo vol. 1. & Calder. cõſ. 6. de
Iud. quòd in cauſa eius menſæ Epiſcopalis de re-
cuperatione bonorũ alienatorũ Epiſcopus nõ eſt
Iudex cõpetens, vt ibi pulchrè probat. & Mata in
dec. 2. ferè per totã, & eſt Sũmus Pontifex, qui po-
522 teſt ius dicere, & nõ facit de honeſtate in cauſa
propria DD. l. eſt receptum de iur. omn. ind. vt di-
xi latius in add. tract. de ſuſpitione iudicũ nu. 791.
& ideò omne totum ab eo factum tanquã à non
cõpetenti Iudice factũ, eſt nullũ, vt in toto tit. C. ſi
à non comp. iud. & l. 1. C. de iur. omn. iud. Afflict.
523 dec. 27. & paria ſunt non eſſe, vel eſſe, ſed inutili-
ter, & inualidum eſſe, Iaſ. l. quoties, ff. qui ſat. cog.
Caual. in dec. 46. n. 44. 1. par. & in proprijs termi-
524 minis ſic dixit Dec. in conſ. 460. nu. 34. & præ-
ſcriptionem nõ interrumpi per citationẽ nullam
dicit Frãc. de Iudice de liquid. inſtr. 1. cõſid. n. 3. &
gloſ. auth. offeratur ver. pro nihilo, C. de litis con-
teſt. & Iaſ. in l. more maiorum, n. 60. ff. de iur. om.
iud. & multa per Surd. deciſ. 10.
525 Vel ſecundo, quatenus adeſſet citatio facta à
Iudice cõpetenti, quę nunquã adfuit, illa non ſuf-
ficit ad interrumpẽdam præſcriptionẽ cum bona
fide, ſed requiritur litis conteſtatio Bal. in tract. de
præſcript. in 3. par. 6. & vlt. par. princ. in q. 4. 7. car.
548. Bar. cũ glo. in l. libertus, ff. de in ius voc. gl. c. ſi-
ne poſſeſſione in 1. gloſ. ver. & iſta interruptio de
reg. iur. in 6. & l. vt perfectius C. de ann. except. ne-
526 que nulla litis cõteſtatio interrumpit præſcrip-
tionẽ Iaſ. lo. citat. & Surd. cit. deciſ. nu. . . vnde
D. March. Antonius Morra Regius Conſil. cauſę
Cõmiſſarius noluit mãdare Epiſcopo agenti, quòd
conſtituat Procuratorem inſtructum in cauſa, &
dum fuiſſet dictu, quòd citare fecit in S. C. & ideò
intererat negotium legitime finiri ad tex. in l. diſ-
famari, C. de ing. manum. & l. Titia, ff. de accuſat.
dixit, quod ſola citatio nõ eſt litis conteſtatio, ne-
que pendentia, ſed male dicebat in hoc ſalua pace

tantu

tanti Conſ. cum litis pendentia inducatur per ſolam citationem d.l.libertus, & l.cum quo. ff.de in ius voc.auth. qui ſemel, C.quomodo, & quando Iudex, c.lem.2. vt lit.pend.Meno. caſ.202.num.5.
528 Guid.Pap. deciſ.488. quare non poterat hoc ei mandare, ſed benè decreuit parte inſtante poſſe recipi teſtes ſenes informatos de facto ad futurã rei memoriam, iuxt.Conſtit.Regni probationũ in curſibus, vt dixi de donat.1.par.c.1.q.2.ver.ſumitur ex hoc, prout iam ſunt recepti, qui ſunt ſex pęnes Carbonem.
529 Non obſtat, & decimũ tertiũ quod non eſt probatũ omni tempore rẽ fuiſſe ſterilẽ, quia ſat eſt probatum eſſe, quòd res illa per annos 40. & per 15. & per octo, & per tres, & per quatuor inſtrumenta locationum non reddidiſſe, niſi ſingulis annis duc.12.& quòd res erat inculta ſine muris, & malè tractata, nam hoc conſideratur tempore contractus, vt ille iuſtus cenſeatur ſecundum Bal. in l.2. nu.29.C.de reſcin. vend.iuxtà, quæ dixi in ſolutione ad octauum, & ſi illo tempore erãt illo modo præſumitur ſemper in præteritum ſic fuiſſe,
530 quia quod eſt de præſenti, præſumitur eſſe de prę terito, vbi contrarium non probatur, l.ſi quis, C. ad l.Iul.de adult.& l.3.C.de probat.

Non fuit deciſum, quia fouens malam cauſam deſiſtit ille Reuerendiſſimus.

Mauritius de Apicella I.C.

SVMMARIVM.

Attentata quando ſint reuocanda, num.1. & ſi dicitur quando iure permittente ſit, num.3.

Iudex à quo poteſt ſtatuere terminum, & illum minuere appellanti ad ſe præſentandum coram Iudice ad quem, & ſi non comparuerit poteſt exequi eius ſententiam, & appellationem declarare deſertam, num.2.

Ius Canonicum ſeruandum eſt inter ſubditos, num.4.

Suſpitio Procuratoris, Actuarij, & Conſultoris de iure Canonico requirit cauſam quando proponitur, & an de iure Ciuili, num.5.

Nouatio antiquarum Cautelarum non inducitur quando illa reſeruantur, num.6. neq; fauore dotis, nu.8.

Priuilegio tacito à iure conceſſo, an videatur renunciatum per expreſſum quæſitum, num.7.

Contractus cenſualis ad decem per centum de ſoluendo tertiatim an valeat, num.9.

Et ſi totus vitiatur, vel idſcõtra formã Bullæ P. Nicol. num.10.

Sententia appellationis quando confirmatur per quem Iudicem exequitur, num.11.

ALLEGATIO XXV.

Agitur de confirmatione ſententię latę per Reuerendiſſimam Curiam Metropolitanam Salernitanam introducta ex delegatione Sãctiſſimi in Reu.Cur.Epiſcopali Reginenſi per appellationem, ſuper Inſtrumento dependente ex dotali cauſa quando nouatio pręſumatur, & de Pragmatica cẽſuali ex Bulla P.Nicolai; Cũ quibuſdam incidentibus actentatorum, & ſuſpitionis proponendæ, cum deciſione indè ſequuta.

Pro Reu. Donno Iulio Piſano.

EX lectura proceſſus apparet notoria iuſtitia appellati; Nimirũ ſi parum inſiſtendo paucis agam, vt inſeruiam Amico iubenti, vt ius dicti appellati fouerem; Reſponderi viſum eſt friuolis oppoſitis, abſque nimio ſtrepitu Doctorum aduerſus confirmationem ſententię latę ad fauorem R.Don.Iulij Piſani de Veggiano appellati per Reuerendiſſimam Curiã Metrop.Salerni, contra R.D.Scipionem Parilem appellantem per hanc Reu.Curiam Reginenſem delegatam à Sanctiſſimo ex actis factis in R.Cur. Epiſcopali Marſici Noui.

Duo incidentia modò tractantur prius obiecta. Primum eſt, Prætenditur ex aduerſo priuſquam ad vlteriora ſit procedendum reuocari attentata, ad text.in c.non ſolum de appell.in 6.eo quia Iudex à quo poſtquàm detulit appellationi declarauit illam deſertam, & iuſſit exequendam.

Secundum, abſq; cauſa ſuſpitionis allegatæ remoueri Mag.Conſultorem formiter electum.

Dicebatur, Primum non obeſſe, ſi quidem illa
1 minimè ſint reuocanda quando notoriè conſtat ex actis de non iure appellantis Afflict.in dec.98. in fin.& Bru.de ceſs.bonor.q.vlt.in fi. Quid enim fuit actẽtatum poſt appellationem allegantur acta,
2 Potuit Iudex à quo pendente appellatione tẽpore illius factæ ſtatuere terminũ competentẽ, & breuiare tẽpus iuris ad ſe præſentandũ coram Iudice ad quẽ, infra quẽ terminum ſi appellans non fuerit proſequutus, remanet appellatio deſerta, & poteſt per ipſum ſententia exequi, ad tex.in c.per ſonas, vbi Abb.& Philipp. & in c.cum ſit Romana, & in c.oblatæ, & in c.reprehenſibilis, & in c.ſæpè de appell. & Marant. in 6.pat. car.509. in meis nu.205. & per ipſum declarari deſertam D. Ric. in prax.Arch. reſ.408. cit.262.p.1. & D.Oliu. ad Rit.Arch.36 nu.7.& 8.vbi latius per eos, & alios DD.Audẽt. & in Rit.35. cauetur ſic declarando per illos. Et eſt vnus de nouẽ modis dãdi terminũ à Iudice à quo, vt per Philipp.lo.cit.d.c. perſonas, & Marant.ibid. Quid ergò malè egit Iudex à quo ſi elapſo termino iuridico conceſſo, & nõ cõſtito

ſibi

Digitized by Google

ſibi de impedimento Iudicis ad quem, vel partis,
quæ nõ potuit obtinere reſcriptum, vt tradit Ma-
rant.lo.cit.nu.419.car.539. declarauit appellatio-
3 nẽ deſertam; Non dicitur attentatum, quod iure
permittente fit, ad tex.in l.Gracchus, C. ad l. Iul.
de adult.& gloſ. magna in verſ. reducendam, d.c.
non ſolum, Aufrer. in deciſ. Cappell. Tholoſ.500.
Brun.lo.cit.nu.3.& 4.Couar.pract.quæſt.c.23.Lá-
cell.de attentat.car.214.ampl.3.& 5.& 2.par.c.12.
lim.29.car.287.Caualc.dec.6.nu.21.par.j.& Lim-
pius in eius repertor.ver. Appellatio non datur in
ſummarijſſimo lo 1. & in verſ. Iudex à quo 1
4 Secundú neq; admittendú, qm̃ ſumus inter Ec-
cleſiaſticas pſonas, & foro Eccleſiaſtico, ergò ſer-
uandú ius Canonicũ, ad tex.in cap.1.cú ibi not.de
nou.op.nunc.cũ ſimil.ommiſſo iure Ciuili in alle-
gatione ſuſpitionis, quo, & ſi cauſa requiratur in
recuſatione ſeruando ius Canonicum, iuxtà Rit.
M.C.& Reg.Pragm.primã de ſuſp. off. & prag.5.
5 & 9. illud non procedit in Conſultore, Actuario,
& Procuratore, qui ſolo iuramento recuſantur, vt
dixi cum Genitore meo in eius Add.de ſuſp. offi.
num.698.& 716.cum ſeqq.& Vrſill. in deciſ.317.
Carau.in cit. rit.265.1. notab. Iure tamen Cano-
nico in huiuſmodi recuſatione adhuc cauſa eſt
exprimenda deciſ.eſt ſynodalis Alex.in conſ.104.
nu.4.vol.1.Laur.de Iud.ſuſp.c.10.nu.11.ergò illud
ſeruandum eſt, Genitor meus lo.cit.nu.50. iã mo-
do imprimendus, & Intr:gl.in dec.47.nu.25.
6 Ad punctum, & quæſtionem principalem duo
ex aduerſo allegantur ad impugnandã ipſius cõ-
firmationem, Primum eſt, Nouatio antiquarum
Cautelarum, virtute quarum eſſet anterior appel
lans, ſed illa iura antiqua ſunt extincta per nouã
obligationẽ per dationem in ſolutum, & per alte-
rationem quantitatis debitæ per tradita ſupra in
alleg.9 Remanent iura ex noua obligatione, qui-
bus ipſe D. Scipio Parilis appellans eſt anterior
virtute ſuarum Cautelarum donationis, & alia-
rum, vt ex actis.

Sed relictis ambagibus iuris duę patent reſpon
ſiones ex facie ipſius nouæ obligationis, Prima
eſt reſeruatio antiquarum Cautelarum ex verbis
illis (citra præiudicium,) vt latius legitur ex in-
ſtrumento, qua ſtante non dicitur nouata actio,
nec antiquæ actionis derogatio, quando naſcitur
euictio in noua obligatione, vel delegatione, vel
in ſolutum datione, ad gloſ.in l. libera communi-
ter receptam, C.de ſeni.& int.ad deciſ. Præſid.50.
Afflict.16. & ad nota. per Neguſan. de pignor.1.
membr.6.par.num.41.42.& 43. Poſt Surd. Ma-
ſtrill.Vrſill.Papienſ.Maſcar.Annam, & Martam.
relatos per Viſcont.ad illam deciſ.de Franch.n.7.
& poſt illos Boer. in deciſ.337. & Genitor meus
in tract.de quinq; dilat.nu.56. iam modo eſt ſub
prælo.

7 Secuuda eſt tacita ſubintellecta iuris, vt nemo
præſumatur renunciare priuilegio tacito à iure
conceſſo per nouam actionem quæſitam ex con-
uentione, iuxtà text.cum ibi nota. in l.fin.C. de
pact.conuen. & per tradita à Neguſ.in cit.loco in
8 4.mẽb.2.par.à nu.82.cú ſeqq. Quò fit, quòd cum
deſcendat ex cauſa dotis dictum debitum, & re-
manet in pecunia iuxta antiquas cautelas, & in
annuo cenſu in quantitate illius fauore nũnquam
actio antiqua videtur extincta quandò delegata,
vel noua aſſignata euinceretur, vel ex illa eſſet ex-
cluſus, ad tex.in l.qui res, ff.de ſolut.vbi Bar.Paul.
de Caſtr.& Ang.omnes in 1.notab.& Bald. in d.l.
libera nu.4.& Caſtr.n.3.Bal.Nouell.de dot.8. par.
ſpet.17.18. & 19.Amẽd.ad Franch. lo.cit.dec.50.
nu.5.& Boer.præcit.dec.337.nu.2. Genitor meus
d.loco præcit. nu.56. vbi dicunt vno ore hoc eſſe
fauore dotis, ea potiſſimum ratione Bal. lo.cit.ne
iuris fictione dotis cauſa fieret deterior, allegantis
quãplurimas leges aliàs procederẽt not. per Bar.
& alios in l.ſi quis alam, ff.de ſolut. & dixi in meo
tract.de donat.2.par. c.2.q.1.ver. quæ tamen Bar.
9 Secundum, quod aſſerebatur erat pactum vſu-
rariũ cõtra formã Bullæ P.Nicol. inſertæ in Prag.
prima de cenſibus, quòd cenſus erat cõſtitutus ad
decem per centum de ſoluendo tertiatim, quod
facit excedere ſummam, ſecundum D.Conſ.Ro-
uit. ſuper illa pragm. nu.33. ergò reſoluto cõtra-
ctu, tanquam vſurario remanet ipſe D.Scipio an-
10 terior, & in iure valido; Nam ſimiliter hoc non
afficit, cum ipſemet D.Rouit. Vir, & Conſ. eru-
ditiſſimus nemini Secundus temporibus noſtris,
dignus omni sũmo decore, & poteſtate hanc for
mauit quæſtionem de facto aliàs eueniſſe, & fuiſ-
ſe deciſum per R.Aud.Aprutij, confirmatum per
M.C.& ipſo tunc patrocinante deindè per S.C.
vt reijciatur illud pactum de ſoluendo tertiatim,
& remaneat contractus validus in ſolutione ad
decem per centum, & ſecutus eſt Muta ipſum, &
alios referens in deciſ.Sicul.98. nu.39. & poſt illos
licet ante omnes ſcripſit, ſed nunc impreſſus, cum
ab hac vita migrauit in anno 1600. 27. Septemb.
Venerandus Genitor meus in tract. de Morat.
Princip.nu.41. ex ratione, quod in ſeparabilibus
vtile per inutile non vitiatur, & D.Ricc.in prax.
Arch. reſolut.106.p.1.
11 Sicq; confirmata fuit illa ſententia Metropoli-
tanæ Curiæ Salernitanæ, & illa executa per Iudi-
cem Delegatum, iuxtà theor.Bar.in l.à Diuo Pio
nu.15.ff. de re iud. gloſ. & Doct. in c.Paſtoralis, §.
præterea de offic.deleg.Papienſ.in tit.de form.lib.
circ.execut.rei iud.ver.ſapiens nu.2.Marant. in 6.
par.in 3.& vlt.act. nu.6.car.545. Proceſſus cum
ſententia eſt in Archiuio Curiæ Metropol. Salet.
& Reg. Minoris.

Mauritius de Apicella I.C.

L A V S D E O.

Imprimatur.

Alexander Bochius Epiſcopus Carinolæ, Vicarius Generalis Neapol.

Curtius Palumbus Canonicus Deputatus vidit.

Mag.Cornelius Tiroboſch. Ordinis Prædicatorum, & Cur.Archiep.Neapol.Theolog.

Digitized by Google

ELENCHVS ALPHABETICVS
LOCVPLETISSIMVS
Allegationum eximij Doctoris
D. MAVRITII DE APICELLA.

ABBATIS authoritas magna eſt, & dicitur Pater Canonum, Allegatio 24. num.469.

Ab errore iuris quando quis excuſatur, alleg.2.num.96.

Abſolutio iuramenti danda non eſt poſt incurſum illius, allegat. 3. num. 16.

Abbreuiaturæ poſſunt extendi, etiam per alium Notarium, alleg.17.num.7.

Abbreuiaturæ, quæ fiunt, præſumuntur de manu notarij adiectæ in prothocollo, etiam ſi manu aliena ſint additæ, ſic, & caſſaturæ, ibidem num.9.

Attentata quando reuocari poſſunt, alleg.24. nu.171. & 25. num.1. & 3.

Actio perſonalis contra hæredem pro legatis, etiam anterior non præfertur hypotecæ expreſſæ poſteriori, alleg.9. num.18.

Actio abſenti ex ſtipulatione notarij non quæritur antè ratificationem, & ceſſionẽ, ibid. nu.28. & ſi alius contraxit medio tempore eſt anterior, num.30.

Actio petendi legitimam nõ tollitur per quinquennium, alleg.11.num.8.

Actuarius largo modo venit appellatione officialis, alleg.3.num.29.

Actum gerens videtur gerere, vt ius commune expoſcit, alleg.1. num.95.

Actum pendente dilatione à lege data, nullum eſt, allegat.3. num. 16.

Actum contra legem feudalem nullum eſt, & agens poteſt reuocare alienationem, tàm ſi eſt venditor, quam emptor, alleg.14 num.39. Sic forma non ſeruata, allegat.24.nu.14. & num 276. cum plurib ſeqq.

Acta differunt à ſententia, alleg 2.num.120.

Actus voluntarius, & neceſſarius quando ſimul concurrunt, quod agitur præſumitur neceſſariò factum, etiam ſi ſpontè ſit, alleg.1.num.91.

Actus fieri præſumitur, vt diſcordiæ euitentur, ibid. num. 98.

Actus in dubio cenſetur factus ſecundum loci conſuetudinem, ibid.num.105.

Actus principalis ſi eſt nullus, omnia ſunt nulla, alleg.2.num.110. & alleg 15.num.7.

Actus conſuetus quando dicitur, alleg. 13. num.12. & an debeat eſſe obtentus in contradictorio iudicio, num.14.

Actus factus contra formam legis feudalis nullus eſt, alleg.14 nu.8. & 65. & ſeqq.

Actus nullus non præſtat impedimentum alium faciendi, alleg. 14. num.40.

Actus quando non valet, vt agitur, an valeat eo modo, quo fieri poteſt, ibid num.41. declaratur multis modis num.42.43.44.& 45.

